© Biblioteca Nacional de España

onagris mansuefactis genitas: que sunt velocissime cursu.

Una.

אַחַת Achath. vna sive vnū aut semel. de quo vide sup in dictione. אֶחָד Echad cū daled in fine. Itē אַחַת Achet. in lingua chaldayca signat ponere vl reponere. Esdre. 5. Et ponere ea in tēplo quod est in ieruslē. et in eo. 6. Qui erant reposita i babylone. Et in eo. Que et posita sint in tēplo dei.

Ponere Reponere.

אַט At. leniter. paulatim. 3. Re. 21. Et ambulauit demisso capite. Pro quo hebrei legūt. Et ambulauit paulati sive pedetētim. Et illud quod hētur Osee. 11. Et declinaui ad eū vt vesceretur. vbi p eo quod in lra nostra est declinaui in hebreo hētur supradicta dictio. s. אַט At. vt dicetur infra i verbo. נָטָה Nata. a quo deriuatur. et recipit i principio lamed & dicitur לְאַט Leat. i. paulatī. leniter. suauiter. 2. Re. 18. Serua te mihi puerū absalō. pro quo hebi. legūt. leniē mihi de puero absalō. sed translator trāstulit sensū. et Iob. 15. Sed verba tua praua hoc phibēt. Pro quo hebrei legūt. & loqtur suauiter tecū. et ēt recipit i fine iod et dicitur. לְאַטִּי Leiti. Gen. 33 Et sequar paulatī vestigia eius. Itē אֲטִים Itim. malefici. vel diuini: & solū inuenitur in numero plurali. Esa. 19. Interrogabunt simulachra sua & diuinos suos.

Demisso capite. Paulatiz Leniter. Praui Suauiter. Paulatiz. Diuini.

אֲטָד Atad. Tribulus. vel spina. Pro q in nostra trāslatiōe hētur rhamnū. Ps. 58. Priusq intelligerēt spine vre rhamnū. est etiā nomē ppriū. Gen. 50. Et venerūt ad areā atad. quod male in aliqbus codicibus hētur acad pro atad.

Rhamn. Atad.

אָטַם Atam. claudere. obturare. Ps. 57. Sicut aspidis surdi et obturātis aurē suā. et Prouer. 21. Qui obturat aurē suā ne audiat pauperē. Esa. 33. Qui obturat aurē suā ne audiat sanguinē. Inde. אָטוּם Atum. i. clausum. sive obturatū. et in plurali אֲטוּמִים Atumim. vel אֲטוּמוֹת Atumoth. in gne fe. i. clausi. vl clause. sive obturate. Ezech. 40. Et fenestras obliqs. Pro quo hebrei legūt. Et fenestras clausas sive obturatas: nō q̄d oīno essent clause: sed quod erāt magis clause a parte exteriori: sicut fit cōiter in fenestris ecclesiarū. sicut exponūt hebrei. Vnde trāslatio nra recte trāstulit obliqs.

Obturare. Obturatū. Oblique Claudes vl obturare.

אֶטֶן Etun. Tapetes. Prouc. 7. Lectulū meū strauī tapetibus pictis ex egypto. & solū inuenitur i loco pdicto. et scribitur cū vau & pūcto sur ec in secūda syllaba. & dicūt hebrei q̄d signāt funes qa in lingua syra cōiter ponitur p funibus.

Tapetes Funes.

אָטַר Atar. claudere. sive obturare. ps. 69. Et ne vrgeat supme putei os suū. Ēt btūs hieronymus in psalterio iuxta hebraicā veritatē trāstulit. Et ne coronet sup me puteus os suū. quod etiā pōt stare: mutādo litterā aleph in ain. & fortasse etiā cū littera aleph pōt significare corōare: sicut multe alie dictiones hebraice. q̄ quāuis scribātur diuersis lris: idē significāt: et maxime qn habēt aliquā simílitudinē in platione. sicut sunt aleph & ain: que ambe pronūciātur in gutture secūdū hebreos. Inde. אָטַר Iter. sinister. qvtitur manu sinistra pro dextra. & secūdum beatū hieronymū dicitur ille qui vtraq manu pro dextera vtitur. vt Iudi. 3. Qui vtraq manu pro dextera vtebatur. & i eo. 20. Ita sinistra vt dextera pliātes.

Vrgere. Claudere. Cozonare. Sinister. Qui vtraq manu p dexteravtit

אֵי E. Vbi. quis. vel quid. aut vnde. & est dictio interrogatiua אַיֵּה vel dubitatiua. Gen. 4. Vbi est abel frater tuus. Eccl's. 11 Nescis qd magis oriatur. & Esa. 50. Quis est hic liber repudii matris vre. 1. Reg. 30. Cuius es tu vl vnde. & ponitur etiā p nō vel nullū. Prouer. 31. Quia nullū secretū ē vbi regnat ebrietas. Inde deriuatur nomē ppriū. אִיכָבוֹד Iccabod q̄d interptatur: vbi gloria vl nō est glia. 1. Reg. 4. Et vocauit puerū ichabod dicēs: trāslata est gloria dñi de israel. Et in hebreo nō est illud dñi. debet tñ subintelligi. & recipit in fine he. & dr. אַיֵּה Aie. i. vbi. de quo infra in suo loco dicetur. Itē. אֵי I. i. ve. interiectio dolētis. vt Eccl's. 10. Ve tibi terra cui rex est puer. & in eodē. 4. Ve soli: qui cū ceciderit non

Vbi. Quid. Quis. Nullum. Vbi gloria

Ve.

habet subleuantē se. vbi pōitur. אִילוֹ Ilo. cōpositū ab אִי I. i. ve. & לוֹ Lo. i. ei. Itē אִי I. insula. Esa. 20. Et dicet habitator insule hui. et Iob. 22. Saluabitur innocēs. Pro q he. legūt Saluabit insulā innocēs. & alii dicūt q̄d pōitur ibi. אִי I. pro אִישׁ Is. per appositionē lre sin. & sic legūt. saluabitur vir innocens. q̄d est idē cū lra nra. & in plurali אִיִּים Iim. i. insule. Ps. 71. Reges tarsis & insule munera offerent. et Ps. 96. Letentur insule multe. Ezech. 26. Et turbabūtur insule in mare. & qñ post se regit gtm scribitur sine mē. vt Gen. 10. Ab hiis diuise sunt insule gentiū. & Hiere. 2. Transite ad insulas cetim. ide nomē quorūdā aialium mōstrosorū cōiter in desertis vel insulis repertorū: q̄ dicuntur אִיִּים Iim. pro quo btūs hieronymus transtulit vlulas. Esa. 13. Et rndebūt vlule in edibus eius. & etiā trāstulit alibi onocētauros. Esa. 34. Et occurrent demonia onocentauris

Insule. Onocentauri.

אַיָּב Aiab. Inimicare. inimicū esse. Exo. 23. Inimicq ero inimicis tuis. Inde אוֹיֵב Oieb. i. inimicus. 1. Reg. 18. Et factus ē saul inimicus dauid. et Ps. 8. Vt destruas inimicum & vltorē. et i gne. fe. scribitur cū tau i fine. vt Mich. 7. Ne leteris inimica mea. Et in plali אוֹיְבִים oibim. vel אוֹיְבַי oibe. Leuit. 26. Cadent inimici vri gladio. & Ps. 17. Et inimicos meos dedisti mihi dorsū. Treñ. 1. Et facti sunt ei inimici. Inde אֵיבָה Eba. i. inimicitia. Genē. 3. Inimicitias ponā iter te & mulierē. et Eze. 25. Et iplētes inimicitias veteres.

Inimicū es Inimicus. Inimica. אֹיְבִים אוֹיְבַי Inimici. Inimicitia

אִיד Ed. Afflictio. interitus. pernicies. calamitas. Ps. 17. Preuenerunt me in die afflictionis mee. & Prouer. 1. Ego quoq in interitu vestro ridebo. & in eodē. Et interit quasi tēpestas ingruerit. Itē אֵד Ed vapor. sive nubes. pro quo translatio nostra fontē trāstulit. Genē. 2. Sed fons ascēdebat de terra. Sed hebrei vaporē vel nubē interptantur. et Iob. 36. Vbi dicitur: & infundit imbres ad istar gurgitū: pro eo quod in lra nra ē gurgitū. in hebreo est eadē dictio.

Afflictio. Interitus. אִיד Fons. Vapor vel nubes. Gurges.

אַיֵּה Aieh. Vbi. aut qlis. sive qles. Genē. 18. Vbi ē sara vxor tua. Iudi. 8. Quales fuerunt viri q̄s occidistis Itē. אַיָּה Aiah. vultur. Leui. 11. Miluū ac vulturem iuxta genus suū.

Vbi. Qualis. אַיָּה Vultur.

אֵיךְ Ech. quomodo. vt Genē. 39. Quō ergo possū hoc malū facere. Exo. 6. Quō audiet me pharao. & Osee. 11. Quomodo dabo te ephraim. & recipit i fine he. Et dicitur אֵיכָה Echa. i. quomodo. vt Exo. 2. Quō palā factū est verbum hoc. et Esa. 1. Quō facta est meretrix ciuitas fidelis. Threñ. 1. Quō sedet sola ciuitas plēa pplo. Et aliqñ pōitur pro vbi. vt Cantī. 1. Vbi pascas vbi cubes in meridie. & aliqñ scribitur per caph duplicatū. Et dicitur אֵיכָכָה Echacha. vt Canti. 5. Spoliauī me tunica mea: quō induar illa. lauī pedes meos: quō inquinabo illos. et Ester. 8. Quomodo enim potero sustinere necē et interfectionē populi mei.

Quomō. אֵיכָכָה Quō. Vbi. אֵיכָכָה Quō.

אַיִל Eial. fortitudo. robur. sive valitudo. vel potestas. Ps. 21. Tu aūt dñe ne elōgaueris auxiliū tuū a me: ad defensionē meā conspice. pro quo btūs hieronymus in psalterio iuxta hebraicā veritatē transtulit. Tu aūt dñe ne longe fias fortitudo mea in auxiliū meū festina. et Ps. 87. Factus sum sicut hō sine adiutorio. Pro q̄ btūs hieronymus in eodē psalterio trāstulit. Factus sum sicut hō inualidus. i. sine fortitudine vl valitudine. & aliqñ scribitur sine iod: et pōitur lamed i principio & dicitur. לְאַל Leel. i. valitudo sive fortitudo. vt Genē. 31. E tnunc quidem valet manus mea. Deut. 28. Et nō sit fortitudo in manu tua. Et inde. אֵיל El. i. fortis. potēs. robustus. Eze. 17. Sed & fortes terre tollet. & in eo. 31. Tradidi eū in manu fortissimi gētiū. & ēt scribitur sine iod: et signāt deū sive fortissimū. vt Genē. 14. Erat enī sacerdos dei altissimi. & in eo. 33. Inuocauit sup illud fortissimū deū israel. vbi pōitur p fortissimo. Et de hoc dicetur infra in dictiōe אֵל El. Item. אַיִל A'il sive אֵיל El. aries. Genē. 22. Viditq post ter

Fortitudo. Valere. Fortitudo. אֵיל Fortis. Fortissimus אֵיל אַיִל

© Biblioteca Nacional de España

Aries. אֵלִים Arietes. אַיִל Cāpestria. Frons edificij.

gum arietē. Exo. 29. Arietem aūt cōsecrationis tolles. Et in plāli. אֵלִים Elim. i. arietes. Exo. 25. Et pelles arietū rubricatas. Et in eodē. 29. Et arietes duos īmaculatos. Ps. 113. Montes exultauerūt sicut arietes. Itē. אַיִל El. cāpestria. siue vallis Geñ. 14. Vsq; ad cāpestria pharan. Accipitur etiā pro limine siue frōte edificij. Ezech. 40. Et ad frontē atrij porte vndiq; per circuitū. Et in plurali. אֵלִים Elim. i. frontes edificii. vt in eodē. Et mēsura vna frontiū ex vtraq; parte. & in eodē. Et fecit frontes p sexaginta cubitos· Et aliqñ in supra dicto loco scribitur sine iod in medio: tam in singulari q̄ in plurali. Itē. אַיָל Aial. ceruus. Ps. 41. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarū. Esa. 35. Tunc saliet sicut ceruus claudus. Et in gñe fe. dicitur. אַיָלָה Aiala. vel. אַיֶלֶת Aieleth. i. cerua. Geñ. 49. Neptalim ceruꝰ emissus. qđ in hebreo legitur in gñe fe. scilicet cerua emissa. Prouer. 5. Cerua charissima & gratissimꝰ hinnulus. Et in plurali. אֵילִים Aialim. i. ceruí. Canti. 2. Similis est dilectus meus capree hinnuloq; ceruorum. Et in plurali femīo. אַיָלוֹת Aialoth. i. cerue. Iob. 39. Et parturiētes ceruas obseruastí. & sub gñe masculino intelligitur femininū: et ecōtrario: tā in singulari q̄ in plurali.

Frontes. Ceruus. Cerua. Ceruí. Cerue.

אֵים Horribilis אֵימָה Terribilis אֵימָה Horror. Formido. Timor. Indignatio אֵימִים Horribiles Terrores. Furor. Portēta.

אֵים Aiom. horribilis: vel terribilis. Abach. 1. Horribilis et terribilis est. cuiꝰ femininū est. אֵימָה Aiūma. Cāti. 6. Terribilis vt castrorū acies ordinata. Inde אֵימָה Ema. idest terror. siue horror. aut timor. vel formido. aut indignatio. Geñ. 15. Et horror magnus & tenebrosus īuasit eū. Exo. 15. Irruat sup eos formido. Ps. 54. Et timor mortis cecidit sup me. Prouer. 16. Indignatio regis nuncii mortis. Et in plurali. אֵימִים Emim. i. terribiles. siue horribiles. vel formidabiles. siue furores. aut portēta. Iob. 20. Vadēt & veniēt sup eum horribiles. Ps. 87. Exaltatus aūt humiliatꝰ sum & cōturbatus. Pro quo hebreí legunt. Portauí terrores tuos & cōturbatus sum. Vnde beatus hieronymus ī psalterio iuxta hebraicā veritatē trāstulit. Portauí furorē tuū & cōturbatus sum. et Hiere. 50. Terra sculptiliū est & in portētis glorian tur: et inde quidā populi qui erant q̄si gigantes appellātur אֵימִים Emim. Deuť. 2. Emim primi fuerūt habitatores eiꝰ populus magnus & validus vt de enachim stirpe quasi gigantes crederētur: & essent similes filiorū enachim: deniq; moabíte appellabāt eos emim. et dicūtur sic a trore: qm̄ sūt timendi & horribiles visu. Et inde. אֵמְתַנִי Emthani. quod in ligua chaldaica significat terribilē vel admirabilē. Dañ. 7. Et ecce bestia quarta terribilis atq; mirabilis.

Mirabilis

אֵין Non. Nihil. אָיִן Nihil. Non. מֵאַיִן Nec. מֵאַיִן Vnde. כְּאַיִן Pone. Tanq̄ nihilum.

En. Non. siue nihil. Geñ. 28. Non est hic aliud nisi domus dei. Leuí. 26. Et nō erit qui exterreat. 1. Reg. 2. Non est sanctus vt est dñs: et nō est fortis sicut deus noster. 2. Paral. 2. Nihil erat in arca nisi due tabule. Dicitur etiā אָיִן áin. i. nihil. vel nihilū. siue non. Esa. 40. Ecce vos estis ex nihilo. et Osee. 13. Et saluator nō est p̄ter me. et recipit mē in principio. Et dicitur. מֵאַיִן Meáin. i. non. nec. Hiere. 30. Ve quia magna dies illa: nec est similis eius. et ē hec dictio מֵאַיִן Meain est aduerbiū interrogatiuū loci: & significat vnde. vt Geñ. 29. Fratres vñ estis. et Ps. 120. Vnde veniet auxiliū mihi. et etiā cōponitur cū littera chaph in prīcipio et dicitur. כְּאַיִן Cheáin. i. quasi. pene. tanq̄ nihilū. vel quasi non. Ps. 73. Pene effusí sunt gressus mei. et. Ps. 38 · Et substātia mea tanq̄ nihilū ante te.

אֵיפָה Ephi. Modius

Epha. genus mensure. quod in nostra trāslatione dicitur. ephi. Exo. 16. Gomor aūt decima pars est ephi. Ruth. 2. Inuenit ordei quasi ephi mensuram. & aliqñ ponitur pro modio. Leuí. 19. Iustus modius equusq; sextarioꝰ & scribitur aliqñ sine iod. Leuí. 5. Offeret pro pctō suo simile partē ephi decimā. Et q̄n post se regit genitiuū tunc mutat he vltimū in tau: sicut alia noīa feminina in he desinentia. vt. 1. Reg. 17. Accipe frībus tuis ephi polēte. Item.

אֵיפֹה Epho. vbí. vel quādo. Geñ. 37. Vbi pascant greges. Ruth. 2. Vbi hodie collegisti. et Iob. 38. Vbí eras quando ponebā fundamēta terre. Et aliqñ ponitur pro qñ. vt Iob. 4. Aut qñ recti deleti sunt. scribitur etiā cum uau in fine loco he. vt Iob. 17. Vbi est ergo nūc prestolatio mea. vbí ponitur. אֵיפוֹ Epho pro eo quod in littera nostra est nunc. Inuenitur etiā. אֵיפוֹא Epho. cum vau et aleph in fine. & in terptatur vbí: siue nūc: vel hic aduerbiū loci. vt Geñ. 27. Quis igitur ille ē: q captā venationē attulit mihi. Pro quo hebreí legūt. Quis nūc ille ē qui captā venationē attulit mihi. Et aliqui hebrei dicūt q̄ etiam in loco predicto ponitur pro vbí. et legūt sic. Quis vbí ille est. Et dicūt q̄ deficit ibi cōiunctio q̄dā: ac sí diceret. Quis et vbí ille est. sicut Abac. 3. Vbí nos habemus sol & luna steterūt in habitaculo suo. p quo in hebreo habetur. Sol luna steterūt in habitaculo suo. vbí similiter deficit illa cōiunctio. et Geñ. 27. ubí dicitur. Et tibí post hac filí mi ultra qd faciam: pro eo quod in littera nostra est post hac in hebreo habetur predicta dictio.

Vbi. Quādo. Vbi. Nunc. Igitur. Nunc. Vbi. Post hac.

אִישׁ Vir. Marítus. Vbī q̄libet. Vbī q̄cunq; Vnusquisq; Alter. Vír scilicꝫ nobilis. Vír fortis. Homo. Vir. Mulier. Virago. Vxor. Femina. Vnaquaq;.

Is. vir. homo. marítus. quilíbet. quicūq;. vnusquisq;. quisq;. alter. Geñ. 2. Hec vocabitur virago: qa de viro sumpta est. Et in eodē. 30. Etiā hac vice mecū erit marítus meus. et Exo. 11. Postulet vir ab amico suo. & in eodē. Fuitq; moyses vir magnus valde in terra egyptí. Leuí. 17. Homo quílibet de domo ísrael sí occíderit bouē aut ouē. Et in eodē. Homo quílibet de domo ísrael & de aduenis quí peregrinātur inter vos. & in eo. Homo quicūq; de filíis ísrael & de aduenis quí peregrinātur apud vos. et in eodē. 19. Vnusquisq; patrē suū & matrē tímeat. et in eodē. 25. Reuertatur homo ad possessionē suam & vnusquisq; rediet ad familiā pristinā. Ponitur etiā pro altero. vt Exo. 21. Sí rixati fuerint viri: & percusserit alter proximū suum. Et in eodē. 25. Vbí nos habemus respiciātq; se mutuo versís vultibus: in hebreo habetur. Et aspectus eorū quisq; ad fratē suū: siue alter ad frēm suū: aut alter ad alterū. qa sicut supra dictū ē hec dictio frater aliqñ ponitur in scriptura p alter de duobus qñ sunt sílles. Accipitur etiā אִישׁ Is. p viro forti et magno siue nobili vel pricipali · vt. 1. Reg. 26. Nūquid nō vir tu es. idest nobilis et precipuus vl̄ prīceps. Vnde subditur. & quis alius símilis tui in ísrael. Et. 3. Reg. 2. Confortare et esto uír fortis. vbí in hebreo nō ē illud fortis: sed subintelligitur sub nomine viri. Et aliquādo pōitur pro nomine speciei. quod sub nomine hominis siue viri intelligitur etiam femina. vt Exo. 21. Quí percusserit hominem volens occidere morte moriatur. & p̄s. 1. Beatus vír quí non abiit in cōsílio impíorum. Vbí sub hoc nomine. אִישׁ Is. Intelligitur tam masculus quā femina. & etiā accipitur pro masculo cuiuscūq; speciei. Vt. Geñ. 7. Ex omnibus animātibus mūdis septena et septena masculū & feminā: de animantibus vero īmundis duo masculū & feminā. vbí pro masculo habetur. אִישׁ Is: et pro femia. אִשָּׁה Isa. et in plurali אִישִׁים Isim. í. viri. Prouer. 8. O uiri ad vos clamito. et Esa. 53. Despectū et nouissīmū virorum. Et in genere femínino scribitur sine iod & cū he in fine et dicitur. אִשָּׁה Isa. idest mulier. Virago. vxor. femina. vnaquaq;. q̄libet. Geñ. 2. Et edificauit dominꝰ deus costam quam tulerat de adā in mulierē. et in eodē. Hec vocabitur virago: quía de viro sumpta est. et in eodem. 4. Adā vero cognouit vxorem suam. et in eodem. 7. Ex omnibus animantibus mundís septena masculum et feminam: de animantibus vero ímmundís duo masculum et feminam. Exo. 27. Pro eo quod nos habemus quinq; cortinas sibí iungentur mutuo: in hebreo habetur quinq; cortine erunt iuncte vnaquaq; ad sororem suā. í. vnaquaq; ad alteram.

© Biblioteca Nacional de España

Sed trāslator transtulit sensum. Scribitur etiā cū tau in fine loco he. & dicitur. אִשֶּׁת Eseth. idest mulier. siue vxor. vt Prouer. vltimo. Mulierē fortē quis inueniet. et Exo. 18. Tulit sephoram vxorem moysi. Et in plurari. אִשֹּׁת Isoth. idest mulieres. vt Ezechi. 23. Sic ingrediebantur ad oola & oolība. muliere s nefarias. & pōitur cōmuniter pro mulieribus. נָשִׁים Nasim quod nomē deriuatur ab. אֱנוֹשׁ Enos de quo infra in suo loco dicetur. Item אִישׁוֹן Ison. obscurū vel tenebrosum. siue pupilla. s. oculi. Prouer. 7. in noctis tenebris & caligine. et in eodē. 20. Extinguetur lumen eius in mediis tenebris. & accipitur etiam pro pupilla oculi: eo quod cōmuniter est nigri coloris. Prouer. 7. Legemq; meam vt pupillā oculi tui. ps. 17. Custodi me vt pupillā oculi. אִית Ith. siue אִיתַי ithai. in ligua chaldaica signat eē. Dañ. 2. Non est homo super terrā qui sermonē tuū rex possit implere. Et ī eodē. Quorū nō ē cū hominib⁹ cōuersatio אֵיתָן Ethan. Fortis. robustus. durus. siue asperū. & saxosū Gen. 49. Sedit in forti arcus eius. & Nu. 24. Robustū quidē ē habitaculū tuū. Exo. 14. Cūq; extēdisset Moyses manū suā contra mare: reuersū est primo diluculo ad priorē locū. pro quo hebrei legūt. reuersū est primo diluculo ad fortitudinē suam siue ad vigorē suū. & ps. 73. Tu siccasti fluuios ethan. Pro quo beatus Hieronymus interpretationē nominis sequens in psalterio iuxtā hebraicam veritatē trāstulit. Tu siccasti flumīa fortia. & Deut. 21. ponitur pro aspero & saxoso. vbi dicitur & ducent eam ad vallem asperā atq; saxosam. et Iob. 33. Vbi dicitur. & oīa ossa illius marcescere facit: pro eo quod ī littera nostra est marcescere facit: in hebreo habetur supradicta dictio. s. ethan pro quo hebrei legūt fortiter siue fortis scilicet dolor. & in plurali אֵיתָנִים Ethanim idest fortes vel robustī. vt Mich. 6. Audiant montes iudicium domini: & fortia fundamenta terre. Ponitur etiam pro optimatibus vel prīcipibus. vt Iob. 12. Et optimates supplātat. ponitur quoq; pro nomine proprio. 3. Reg. 8. cōuenitq; ad Regem salomonem vniuersus israel mēse ethanim. Vbi vitio scriptorū ponitur in translatione nostra. Bethanim. p ethanim.

אַךְ Ach. Tantūmodo. solūmō. Duntaxat. sed. saltē. verūtīn. ēt. quidē. vere. certe. autē. adhuc. forsitā. Nu. 12. Nūtīmodo per moysem locutus ē dñs. Leuit. 21. ita dūtaxat vt intra velum nō ingrediatur. Esa. 43. Verūtamen seruire me fecisti ī peccatis tuis. Exo. 10. Sed nūc dimitte peccatum mihi etiā hac vice. Gen. 29. Os quidē meū es & caro mea. 1. Reg. 25. Vere frustra seruaui omīa: que huius erant in deserto. Exo. 21. si autem vno die vel duobus superuixerit. Gen. 18. Si loquar adhuc semel. ps. 138. Et dixi forsitā tenebre conculcabūt me. significat etiā. quā. vt. ps. 72. quā bonus israel deus. & aliquando ponitur causa ornatus orationis sicut apud latinos alique dictiones enclitice. & ideo aliquando omittitur a translatore. vt Leuit. 23. Vbi dicitur decimo die mensis huius septimi: dies expiationis erit. vbi premittitur supradicta dictio scilicet. אַךְ Ach. que omitti tur a translatore. et similiter in aliis locis.

אָכַל Achal. Comedere. deuorare. consumere. comburere. Gen. 37. Fera pessima comedit eum. Exo. 34. Panē non comedit & aquā nō bibit. Leui. 26. Et comedetis panē vestrū in saturitate. Et in eodē. Et comedetis vetustissima veterum. Ps. 68. Zelus domus tue comedit me. et Ps. 78. Quia comederūt iacob. Exo. 15. Deuorauit eos sicut stipulam. & Leuit. 9. Et ecce egressus ignis a dño deuorauit holocaustū. & Ps. 13. Qui deuorāt plebem meā sicut escam panis. Significat ēt cōsumere. vt Deu. 4. Dñs deus tuus ignis cōsumēs est. & Iudi. 6. Ascenditq; ignis de petra: & carnes azymosq; panes cōsumpsit. 2. Reg. 11. Et nunc hunc & nūc illum cōsumit gladius. Item significat cōburere. vt Exo. 3. Et vidēbat q; rubus arderet: et nō cōbureretur. Et ide. אֹכֶל ochel. i. victus. siue cibus. vel esca. Gen. 42. Vt emamus victui necessaria. Et in eodē. Sed seruī tui venerūt vt emerēt cibos. Et in eodē. 43. Reuertimini & emite nobis pauxillū escarū. Et inde. אֲכִילָה Achila. i. comestio. vel cibus. 3. Reg. 19. Et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & q̄draginta noctibus. Et recipit in principio mem. Et dicitur. מַאֲכָל Maachal. i. cibus. vt Iudi. 14. De comedēte exiit cibus. Et etiā scribitur cū tau in fine. & dicitur. מַאֲכֶלֶת Maachóleth. i. cibus. Esa. 9. Et erit in cōbustionem & cibū ignis. Et inde. מַאֲכֶלֶת Maacheleth. i. gladius. vel culter. Gen. 22. Et arripuit gladiū vt īmolaret filiū suū. & in psali. מַאֲכָלוֹת Maachaloth. Prouer. 30. Generatio que pro dentibus gladios habēt: & cōmandit molaribus suis. Pro quo hebrei legūt. Generatio que pro dentibus gladios habent: et cultros pro molaribus.

אֲבָל Achen. Siquidē. certe. vere. ergo. ītaq; Exo. 2. Quō palā factū est verbū istud. p quo hebrei legūt: siquidē siue certe palā factū est verbū. Ps. 82. Vos autē sicut hoīes moriemini. Esa. 49. Ergo iudiciū meū cum dño.

אָכַף Achaph. curuare. flectere. cōpellere. Prouer. 16. Anima laborantis laborat sibi: quia cōpulit ad illud os suū. Et solū inuenitur in loco predicto. & Iob. 33. Et eloquētia mea non sit tibi grauis. vbi pro eo q; in littera nostra est eloquētia mea in hebreo habetur אַכְפִּי Achpi. Et dicunt hebrei q; ibi ponitur per additionē aleph in principio pro כַּפִּי Chapi. i. manus mea. Et legūt sic. Et manus mea non sit tibi grauis. Sed si dictio supradicta diuidatur in. אַךְ ach. quod significat. certe. aut quidē. sicut supradictū est: & כְּפִי pi. quod significat os meū: tunc erit talis littera. s. et quidē os meū nō sit tibi graue. quod ē idē sensus cū littera nostra.

אִכָּר Icar. Agricola. vt Hiere. 51. Et collidā in te agricolam: & iugalē eius. et Amos. 5. Et vocabūt agricolā ad luctū. & ī plurali. אִכָּרִים Icarim. i. agricole. Hiere. 14. Cōfusi sūt agricole. et in eo. 31. Agricole & mīnātes greges אַל Al. Non. neq; ne. nequaquā. noli. siue nolite. Exo. 12. Non comedetis ex eo crudū. & Ps. 120. Non det in cōmotionē pedē tuū: neq; dormiet qui custodit te. Prouer. 3. Noli prohibere benefacere eum qui potest. Et in eodē. 23. Noli laborare vt diteris. & in eodē. 30. Neq; est rex qui resistat ei. Canti. 1. Nolite me cōsiderare q; fusca sim. Hiere. 51. Non tendat qui tendit arcum suū. Osee. 4. Ne derelinquat saltē iuda: & nolite ingredi in galgala & ne ascenderitis in bethauē: neq; iurauerītis viuit dñs. Vbi pro eo q; in littera nostra ē ne. & neq;. & nolite. in hebreo ponitur supradicta dictio. Ponitur etiā pro. in. vel cōtra. vt. 1. Reg. 17. Vbi dicitur in quē irruisti hodie. i. cōtra quē irruisti hodie. & subditur cōtra meridiē ceni. Itē. אֵל El. deus. siue fortis. vt Gen. 14. Erat enī sacerdos dei altissimi. et in eodē. Benedictus abram deo excelso: qui creauit celum & terrā. et benedictus deus excelsus. Et in eodē. 17. Ego sum deus oīpotens. & in eodē. 33. Inuocauit sup illud fortissimū deū israel. Vbi ponitur. אֵל El. pro fortissimo. & Iosue. 22. Fortissime deus israel ipse nouit. Ps. 42. Sitiuit aīa mea ad deū fontem viuū. Pro quo in hebreo habetur. Sitiuit aīa mea ad deū fortem viuū. et etiā. lxx. traduxerūt ischyron. i. fortem. vnde vitio scriptorū fuit positum ibi fontē pro fortem. et in plurali. אֵלִים Elim. i. fortes vel dii. vt. Exo. 15. Quis sīlis tui in fortibus dñe. Accipitur etiā pro diis gentiū siue pro idolis. vt Esa. 1. Cōfundātur ab idolis qb⁹ sacrificauerūt. et in eo. 57. Qui cōsolamini in diis. Vide ēt supra ī dictōe. אֵל El. cū iod

אִשָּׁת Mulier. Vxor.
אִשּׁוֹת mulieres.
נָשִׁים mulieres.
אֱנוֹשׁ
אִישׁוֹן Tenebre.
pupilla. s. oculi.
אִית
אִיתַי Esse.
אֵיתָן Fortis. Robustum
Fortitudo.
Fortia.
Aspa atq; saxosa. Marcescere.
אֵיתָנִים Fortia. optimates
Ethanim.
אַךְ
tātūmodo. Duntaxat. Verūtamē Etiam.
Quidem. Vere. Autem. Adhuc. Forsitam. Quam.
אַךְ-
אָכַל Comedere
Deuorare.
Cōsumere.
Cōburere. אָכַל
Victus. Cibus. Esca. אֲכִילָה Cibus.
מַאֲכָל Cibus.
מַאֲכֶלֶת Cibus.
מַאֲכָלוֹת Gladij. מַאֲכָלוֹת
Cultri.
אֲבָל quomodo. Siquidē. Autem. Ergo.
אָכַף Cōpellere. Eloquētia
אַכְפִּי
אַךְ
אִכָּר Agricola.
אִכָּרִים Agricole.
אַל Non
Neq; Noli.
Nolite. Ne
In. Contra.
אֵל Deus.
Fortissim⁹ אֵל
Fortis.
אֵלִים Fortes. Idola. Dij.
אֵל

© Biblioteca Nacional de España

אֶל in medio dictiõis. Item. אֶל El. cum apice segol significat. ad. apud. in. sup. cum. per. cõtra. de. a. vl' ab. Geñ. 2. Et adduxit eam ad adam. Et in eodẽ. 4. Dixit caim ad abel fratrem suum. Et in eodẽ. Respexit dñs ad abel & ad munera eius. Exo. 6. Locutusq; ẽ dñs ad moysen. Itẽ ponitur pro apud Geñ. 12. Et laudauerunt illã apud pharaonẽ. Et in eod. 37. Accusauitq; fratres suos apud patrem. Ponitur etiã pro. in. vt. Geñ. 23. Sepeliuit Abraam vxorẽ suam in spelũca agri duplici. & in eodẽ. 27. Madianite vẽdiderũt eũ in egypto. Exo. 29. In qua pones testimoniũ quod dabo tibi. Signi ficat etiã. sup. vt. 2. Re. 2. regẽq; cõstituit sup galaad & sup gesuri & super iezrael. Itẽ significat. cũ. vt. Geñ. 49. Sepelite me cũ patrib9 meis. Itẽ signãt. per. vel. contra. 3. Reg. 18. Siquidẽ cherubim expãdebãt alas super locum arce. Eccl'. 1. Et gyrat p meridiẽ. 1. Reg. 27. Cõtra meridiẽ iude & cõtra meridiẽ ieramiel & cõtra meridiẽ ceni. 2. Re. 5. Sí ascendã cõtra philisteos. Itẽ põitur p. de. siue p. a. vel. ab. vt Geñ. 20. Dixitq; abraã de sara vxore sua soror mea ẽ. Et in eodẽ. 41. Et oẽs prouincie veniebãt in egyptũ: vt emerent escas. Pro quo in hebreo habetur. vt emerẽt escas a ioseph. Ezech. 1. Et facies leonis a dextris ipsorũ quattuor. et aliq̃n ponitur pro articulo: ad denotandũ q̃ dictio sequẽs est dati ui casus vl' accusatiui. Geñ. 3. Mulieri quoq; dixit. vbi p̃mit titur supradicta dictio. el. Et in eo. Vocauit dñs deus adam. vbi ẽt ponitur in hebreo. el. ad denotandũ q̃ adã est accusa tiui casus. et aliq̃n scribitur cũ iod ī fine: & dicitur אֵלַי Ele. ideſt. in. aut secus. Iob. 3. Gaudẽtq; vehemẽter cũ inuenerit sepulchrũ. Pro quo hebrei legũt. Qui letabãtur ī exultatione: gaudẽt cũ inuenerint sepulchrũ. Et in eodẽ. 29. Radix mea apta ẽ secus aq̃s. Ponitur ẽt aliq̃n. אֶל El. pro. אֵלֶה ele. .i. istí vel ii. aut hec. Geñ. 19. Dũmodo viris istis nihil mali faciatis. et in eodẽ. 16. Daboq; posteris tuis vniuersas regiones has. & est oĩs generis & cuiuscũq; casus: qa noĩa hebraica sunt indeclinabilia. Cõponitur ẽt cũ pnoĩbus hoc modo אֵלַי Elai. i. ad me. אֵלֶיךָ Elécha. i. ad te. אֵלָיו Elau. i. ad eum. אֵלֵינוּ Elénu. i. ad nos. אֲלֵהֶם Alechem. i. ad vos. Alehem. i. ad eos. & q̃n refertur ad feminam hoc modo. אֵלַיִךְ Elaích. i. ad te. אֵלֶיהָ Elécha. i. ad eã. אֲלֵיהֶן Alechen. i. ad vos. אֲלֵיהֶן Alehen. i. ad eas. prima psona tam in singulari q̃ in plurali est sicut in masculino.

אָלַל Alal. in lingua chaldaica significat lamẽtari. eiulare. plangere. vlulare. Et inde אֲלֵלַי Alelai. i. ve. iteriectio dolẽtis vel eiulãtis. Iob. 10. Sí ipius fuero ve mihi. Michee. 7. Ve mihi qa factus sum sicut qui colligit in autũno. & aliquãdo scribitur cũ simplici lamed. Ioel'. 1. Plange q̃si virgo accincta sacco. vbi põitur. אֵלַי Eli. quod ẽ verbũ secũde psone īperatiui modi gñis femini. Itẽ. אֱלִיל Elil. i. idolũ. nihil siue inane aut vanũ. Esa. 10. Quõ imuenit man9 mea regna idoli. Iob. 13. Et cultores peruersorũ dogmatũ. Pro quo hebrei legũt: medici idoli omnes vos: siue medici vel cultores inanitatis vel nihilitatis oẽs vos. nã põt deriuari a supradicta dictiõe. אַל Al. que significat nõ siue nihil. & in plurali אֱלִילִים Elilim. i. idola vel demões. Leui. 19. Nolite cõuerti ad idola. ps. 95. Oẽs dii gentiũ demonia. Esa. 2. Et idola penit9 eõterẽtur. Ponitur etiã. אֱלִיל Elil. pro fraudulẽtia. Hiere. 14. Et diuinationẽ fraudulentam & seductionẽ cordis sui prophetant vobis.

אֶלְגָּבִישׁ Elgabis. grãdo. Ezech. 13. Et dabo lapides pgrãdes. pro quo hebrei legũt. Et dabo lapides grãdinis. Et in eo. Et ĩber inundans in furore meo erit & lapides grãdes. Et in eo. 38. Et imbre vehemẽti & lapidibus immẽsis. vbi ponitur pro immẽsis elgabis. nã significat grãdinẽ q̃n lapides grandinis sunt magni & in magna quãtitate. Et de hoc vide infra in dictione. גָּבִישׁ Gabas.

אֵלֶּה E'le. istí. iste. ista. siue hi. he. hec. Geñ. 2. Iste sunt generationes celi & terre. Et in eo. 9. Istí sunt filii noe et ab iis dissemínatũ est omne genus hoĩm sup vniuersam terrã. Et in eodẽ. 36. He aũt sunt gñationes esau: & hec noĩa filiorũ eius. Et in eo. Hi duces filiorũ esau. Exo. 1. Hec sunt noĩa filiorũ israel. Et est oĩs gñis & oĩs casus. vt supra dictũ ẽ. & in ligua chaldaica dicitur. אִלֵּךְ Ilen vl' אִלֵּךְ ilech. Dañ. 2. Et cõteret oĩa hec. Et in eo. 3. Viri isti contẽpserũt te rex.

אֵלָה Ala. Iurare. maledicẽ. īprecari. vt Iudi. 7. Et sup qb9me audiẽte iuraueras. Iob. 31. Vt expeterẽ maledicẽs aĩam eius. Inde. אָלָה Ala. i. iuramẽtũ aut maledictio siue execratio. Geñ. 26. Sit iuramentũ inter nos. Eze. 16. Sicut despexisti iuramẽtũ. Ps. 9. Cuius maledictione os plenũ est. Ps. 78. Et de execratione & mendacio annũciabũtur. Esa. 24. A facie maledictionis luxit terra. Et in plurali. אָלוֹת Aloth. Deut. 29. Iuxta maledictiõ es q̃ in libro legis huius ac federis cõtinẽtur. Et in eodẽ. 30. Oẽs aũt maledictiones has cõuertet super inimícos tuos. Et inde. תְּאָלָה Thaala. i. labor. fatigatio. Threñ. 3. Dabis eis scutũ cordis laborẽ tuũ. Item. אֱלוֹהַּ Eloha. deus. Iob. 3. Non reqrat eũ deus desup. Et in eo. 4. Nũquid homo dei cõparatione iustificabitur. Abac. 3. Deus ab austro veniet. Et in lingua chaldaica dicitur. אֱלָהּ Ela vel אֱלָהָא elaha. Dañ. 2. Vt q̃rerent miscordiã a facie dei celi. Et ī eodẽ. Tibi deo patrũ meorũ cõfiteor. Et scribitur plural'r. אֱלֹהִים Elohim. i. deus. Geñ. 1. In prĩcipio creauit deus celũ & terrã. ps. 7. Deus iudex iust9. et q̃n post se regit gtm̃ amittit mẽ: sicut ceĩa noĩa pl'alia ĩm desinẽtia & dicit אֱלֹהִי Elohe. Exo. 3. De9 hebreorũ misit me ad vos. Deut. 10. Ipse ẽ deus deorũ. Et vt ait bs hieronym9 ī epl'a ad marcellã: est cõis numeri: quod et vnus deus vocatur & plures. Deut. 4. Neq; est alia natio tã grãdis: q̃ habeat deos apropinquãtes sibi. 1. Reg. 28. Deos vidi ascendẽtes de terra. Et in eo. 4. Quis nos saluabit de manu deorũ sublimiũ istorũ. Et in lingua chaldaica dicitur. אֱלָהָא Elahaia siue אֱלָהִין Elahin. i. dii. Hiere. 10. Dii qui celos & terrã nõ fecerunt. Dañ. 2. Exceptis diis quorũ nõ est cum hoĩbus cõuersatio. Accipitur ẽt pro diis gentiũ: qui dicũtur dii secundũ opinionẽ eorũ a qbus colũtur. Geñ. 25. Abiicite deos alienos qui in medio vestri sunt. Ps. 95. Oẽs dii gentiũ demonia. Osee. 3. Et ipi respiciũt ad deos alienos. Accipitur etiã pro angelis siue prõ hoĩbus sanctis vel potẽtibus seu principibus vel iudicibus: qui dicũtur dii participatiue. Geñ. 6. Vidẽtes filii dei filias hominũ q̃ essent pulchre: acceperũt sibi vxores ex oĩbus quas elegerãt. Quod exponũt hebrei de filiis potentiũ & principũ. 2. Regũ. 7. A facie populi tui quẽ redemísti tibi ex egypto gentẽ & deũ eius. i. principẽ eius. Ps. 8. Minuisti eũ paulomin9 ab angelis. Ps. 96. Adorate eũ oẽs angeli eius. Ps. 137. In cõspectu angelorũ psallam tibi. Ps. 81. Ego dixi dii estis. Exo. 21. offerat eum dñs diis. Et in eo. 22. Diis nõ detrahes. Item. אֵלָה Ela. terebínthus vel quercus. Geñ. 35. At ille infodit eos subter terebínthũ que est post vrbẽ sichẽ. Ios. 24. Et tulit lapidẽ pergrãdem: posuitq; eum subter quercum que erat in sanctuario dñi. Iudi. 6. Venit angelus dei & sedit sub quercum. Esa. 1. Cum fueritis velut quercus defluẽtibus foliis.

אֲלוּ Ilu. Sí. quãuis. Ester. 7. Atq; vtinã in seruos & famulas venderemur esset tolerabile malũ & gemẽs tacerem. Pro quo hebrei legũt. Atq; si in seruos et famulas vẽderemur tacerẽ. Eccl'. 6. Etiã si duobus millibus annis vixerit. Itẽ. אָלוּ Alu. in lingua chaldaica ẽ aduerbiũ demõstratiuũ. i. ecce siue. en. Dañ. 2. Et ecce q̃si statua vna.

אָלַח Alach. fetere. corruptũ siue inutilem esse. Et inde

Ad. Apud. In. Super. Cum. Per. Contra. De. A. Articulus dñi casus. Accusatiui casus. Jn. Secus. Jsti. Ille. Ad me. Lamẽtari. Ue. Plãgere. Jdolum. Peruersũ dogma. Jdolũ siue mane vel mihi. Jdola. Demonia. Fraudulẽtia. Grandes. Grando. Jmmẽsus. Ille. Jsti. Jſ. Hec. Jsti. Jurare. Maledicẽ. Juramẽtũ maledictio Execratio. Maledicti ones. Labor. Deus. Deus. Deus. Deus. Dñi Dñi gentiũ Potentes vel pncipes Angeli. Dñi pro iudicibus Terebinth9 Quercus. Etiã si. Ecce Fetere.

© Biblioteca Nacional de España

Incipit vocabularium Hebraicum totius veteris testamenti cum aliis dictionibus chaldaicis ibi contentis. Et hoc secundum ordinē Alphabeti hebraici.

אָב Pater.

אָב Ab. pater natura vel etate. honore. doctrina vl fide. Geñ. 17. Eriſq; pater multarum gentium Exo. 20. Honora patrem tuum & matrē tuam 2. Re. 7. Ego ero ei in patrem. Eze. 22. Patrem & matrem contumelia affecerunt in te. Mal. 1. Filius honorat patrē. Et in eodem. Si ergo pater ego ſum vbi eſt honor meus. Pa. p autore vl. inuentore. Sigñat ēt autorē vel inuētorē alicui⁹ miniſterii vel officii. Geñ. 4. Qui fuit pat habitātium in tētoriis atq; paſtorum Et in eodē. Ipſe fuit pat canētium in cithara. Dicitur ēt pater doctrine & morum. quia quando aliquis ſequitur doctrinam & mores alicuius: dicitur eius filius. 4. Reg. 2. Pater mi pater mi currus iſrael & auriga eius. Eze. 16. Pater tuus amorreus: & mater tua cethea. Et iohan. 8. Vos ex patre diabolo eſtis & deſideria patris veſtri vultis facere. Ponitur etiā pro principe vel domino. 4. Reg. 4. Pater & ſi rem grandem dixiſſet tibi propheta facere debueras. Dicitur etiam pater fidei. Ad roma. 4. Sed & ei qui ex fide eſt Abrae qui eſt pater omnium noſtrum. Et recipit aliquando in fine iod quando poſt ſe regit genitiuum & dicitur.

Pa. p doctrinc ⁊ moꝛū. Pa. p principe vl dño Pa. fidei.

אָבִי Abi. Geñ. 10. Pater omnium filiorum heber. Eſa. 9. Pater futuri ſeculi. & in plurali declinatur ſicut nomina feminina & dicitur. אֲבוֹת. Aboth. ideſt patres. Exo. 20. Reddēs iniquitatem patrum in filios. 4. Reg. 14. Non morientur patres pro filiis. Hiere. 7. Patres ſuccēdūt ignem. Et componitur cum pronominibus hoc modo. אָבִי Abi. i. pater meus. Geñ. 45. Adhuc pater meus viuit. & in lingua chaldaica dicitur. אַבָּא Abba ſiue. אַבָּהָתִי Abahathi. i. pater ſiue pater meus. Da. 2. Tibi deus patrū noſtrorum confiteor. Pro quo hebrei legunt tibi deus patris mei: ſiue tibi deus pater mi confiteor. אֲבִיךָ Abicha. i. pater tuus. Eſa. 43. Pater tuus primus peccauit. אֲבִיו Abiu. i. pater ſuus aut pater eius vel ipſius. Geñ. 37. Increpauit eum pater ſuus. אֲבִינוּ Abinu. i. pater noſter. Nu. 27. Pater noſter mortuus eſt in deſerto. אֲבִיכֶם Abichem. i. pater veſter. Geñ. 45. Et tolli te inde patrem veſtrū. אֲבִיהֶם Abihem. ideſt pater eorum. Geñ. 43. Igitur iſrael pater eorum dixit ad eos. & quādo refertur ad feminam hoc modo. אֲבִיךְ Abich. ideſt pater tuus ſe. ge. Ruth. 2. Et q reliqueris parētes tuos. Pro quo in hebreo habetur. Et reliqueris patrē tuū & matrem tuam. אֲבִיהָ Abiha. Pater ſuꝰ vel eius aut ipſius. ſ. femine. Iudi. 1. Monuit vir ſuꝰ vt peteret a patre ſuo agrū. אֲבִיהֶן Abichen ideſt pater veſter ſe. ge. Geñ. 31. Sed & pater veſter circunuenit me. אֲבִיהֶן Abihen. i. pater earū. Exo. 2. Que cū reuertiſſent ad raguel patrē ſuū. & in nu. plu. hoc mō. אֲבוֹתַי Abothai. i. patres mei. Geñ. 48. Deus in cuius conſpectu ambulauerūt patres mei. אֲבוֹתֶיךָ Abothecha. i. patres tui. Pſal. 44. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii. אֲבוֹתָיו Abothau. i. patres eius vel patres ſui. 4. Reg. 15. Sicut fecerant patres eiꝰ. אֲבוֹתֵינוּ Abothenu. i. patres noſtri. Pſal. 43. patres noſtri narrauerūt nobis. אֲבוֹתֵיכֶם Abothechem. i. patres veſtri. Hiere. 2. Quid iueneruūt in me patres veſtri iniquitatis. אֲבוֹתָם Abotham vel אֲבוֹתֵיהֶם Abothehem. i. patres eorū vel patres ſui. Iob. 15. Et non abſcondunt patres ſuos. & quando refertur ad feminā vel ad feminas hoc mō אֲבוֹתַיִךְ Abothaich. Patres tui. ſ. alicuius femine. אֲבוֹתֶיהָ Abothecha. patres ſui vel eius. ſ. femie. אֲבוֹתֵיהֶן Abothechen ideſt patres veſtri. ſe. ge. אֲבוֹתָן Abothan vel אֲבוֹתֵיהֶן Abothehen. i. patres earū. vnde notandum q pronomina prime perſone. vt ego. meus. nos. noſter. tam in numero ſin gulari q̄ in plurali ſunt cōmunia maſculo & femine modo ſint in compoſitione vt. אֲבִי Abi vel אֲבִינוּ Abinu. i. pater meus vel pater noſter: vel per ſe poſita vt אֲנִי Ani vel אֲנוּ ánu. i. ego vel nos. Et mō p̄dicto cōponuntur oīa pro nomina cū noībus appellatiuis vt. אֲדֹנִי Adoni. i. dñs meus. אֲדֹנֵךְ Adonecha. i. dñs tuus. &c. Et hoc debet etiā notari in noībus appellatiuis. de quibus dicetur in ſequētibus.

Pater. Pa. p autore vl. inuentore. Doctrine ⁊ moꝛū. Pa. p principe vl dño Pa. fidei. Pater futuri ſeculi. Patres. Pater meus. Pater ſiue pater meus. Pater tuus. Pater ſuus. Pater noſter. Pater veſter. Patres eorum. Pater tui. Patres mei. Patres tui. Patres eorum. Patres veſtri. Patres earum.

אֲבַב Virens. אֲבִיב Noue fruges. Vernū tps Flos. Virescens אֵבֶה Poma. אֲבִי Spica vi. אָבַד Perire. Disperire Perdere. אֲבֵדָה Res pdita אַבַדּוֹן Perditio. אָבָה Velle. Acquiescere אֲבִיוֹנָה Desiderū Capparis אֶבְיוֹן Pauper. אֵבָה Poma Desiderū אֲבִי Poma. אַבּוֹי Ve. Heu. אָבַח

אֲבַב Abab. virēs: aut virgultum: ſeu lignum virescēs: aut noue fruges adhuc virescētes. Exo. 9. Eo quod linū eſſet virens. & inde mēſis nouarum frugum dicitur. אֲבִיב Abib. Exo. 13. Hodie egredimini menſe nouarum frugū. & in eodem. 23. Tempore menſis nouorū. ſ. fructuū. Deu. 16. obſerua menſem nouarū frugū: & verni primum tpis. vbi ponitur ēt pro verno tpe. & aliq̄n deficit vltimū beth quod duplicatur: & ſcribitur p ſimplicē beth: & loco beth quod deficit ponitur punctū dagues ī ultima ſyllaba. Iob 8. Cum adhuc ſit in flore. Pro quo hebrei legunt. Cum adhuc ſit in viriditate ſua. Pro quo ī hebreo eſt. אִבּוֹ Ibbo. Significat etiā amena virgulta ſeu ligna virentia atq; fructifera: pro quo btūs Hieronymus poma tranſtulit. vt Cāti. 6. Deſcendi in hortum nucum vt viderem poma cōualium. Pro quo ī hebreo eſt. אֶבֵי Ibbe. Et etiam ſpica cū nouis frugibus tritici ſeu hordei vocatur אֲבִיב Abib. Leui. 2. De ſpicis adhuc virentibus torrebis eas igni.

אָבַד Abad. Perire. diſperire. diſperdere. perdere. Pſal. 1. Et iter impiorum peribit. Heſter. 4. Et dom⁹ patris tui peribitis. Iob. 3. Pereat dies in qua natus ſum. Et in eodem. & effugium peribit ab eis. Eſa. 57. Iuſtus periit & nō eſt qui recogitet. Deu. 8. Predico tibi q̄ omnino diſpereas. Nu. 24. Et perdat reliquias ciuitatū. Iob. 14. Et hoies ergo ſimiliter pdes? Pſal. 5. perdes oēs qui loquuntur mendacium. vnde res perdita vocatur. אֲבֵדָה Abeda. Leui. 6. Siue rem perditā iueneris. Inde. אַבַדּוֹן Abaddon. i. pditio ſiue exterminans vel exterminatio. Iob. 26. Non eſt operimentum perditioni. Et in eodem. 28. perditio & mors dixerunt auribus noſtris audiuimus famā eius. Prouer. 15 Infernus & perditio corā dño. Apo. 9. Et habebant ſuper ſe regem angelum abyſſi cui nomē hebraice abadon: grece autem apolion: & latine habens nomen exterminans.

אָבָה Aba. velle deſiderare. acquieſcere. Deu. 27. Et non voluit dominus deus tuus audire Balaam. Prouer. 1. Fili mi ſi te lactauerint peccatores ne acquieſcas eis. vbi in fine dictionis ponitur aleph loco he. & ab hac dictione deriuatur. אֲבִיוֹנָה Abiiona. i. deſiderīū. voluptas. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit capparis. Eccl. 12. Et diſſipabitur capparis. Et inde dicitur. אֶבְיוֹן Ebion. ideſt pauper inops. Pſal. 70. Ego vero egenus & paup ſum. Et dicitur ebion eo quod ſp deſiderat res neceſſarias quibus caret. & inde dicitur. אֵבֶה Ebe. Iob. 9. Sicut naues poma portantes. Pro quo hebrei legunt. Sicut naues deſiderii. i. deſiderantes ire ad portum. Poteſt tamen deriuari a dictione ſuprapoſita. אֶבֶי Ibe. que ſignificat poma. Canti. 6. Vt videm poma conuallium.

אַבּוֹי Abói. Miſeria. heu. ve. Prou. 23. Cuius patri ve. pro quo hebrei legunt. Cui miſeria vel cui vc: quod eſt interiectio dolentis. Tamen diuidendo hanc dictionem poteſt interpretari. patri ve: ſicut eſt in littera noſtra. אָב. Ab. enim patrē ſignificat. & אוֹי oi. ve ſiue heu interpretatur. licet in cōpoſitiōe pdatur ibi vna littera. ſ. aleph. & in lingua chaldaica etiā ſine illa littera ſignificat ve vel heu.

אַבַּח Abach. cōturbatio. pauor. fremitꝰ ſtridor. diſtrictio gladii vel mucronis. et recipit tau in fine et dicitur

(folio repetido; parece faltar el que vale)

© Biblioteca Nacional de España

En.

iter suum fecisset deus an non. Exo. 17. Est ne deus in nobis an non. & quando cōponitur cum ista littera. ה ha et dicitur. הַאִם. Haim tūc significat num siue nūquid. vt Nume. 17. Num vsq; ad internicionē delendi sum⁹. &. Iob. 6. Ecce non est auxiliū mihi in me. pro quo hebrei legunt nūquid non est auxilium meū in me. ponitur etiā pro cum vel quādo. vt Nu. 36. Cum iubileus. i. quinquagesimus ann⁹ aduenerit. & qñ iungitur cū iuramēto tūc ponitur pro negatiōe vt. p̄s. 88. Semel iurauí in scō meo si dauid mentiar. i. q̄ nō mētiar. &. p̄s. 95. Vt iurauí in ira mea: si introibūt in requiē meam. et p̄s. 131. Sicut iurauit dño votū vouit deo iacob: si introiero in tabernaculū domus mee. Et cum cōponitur cū hac syllaba ש ve. & dicitur. וְאִם Veim. tunc significat et si. quod si. sin autē. si aūt. Exo. 20. quod si dixerit seruus dilligo dñm meū. & in eodē. Si autē filio suo desponderit eā. Nu. 16. Sin autem nouā rem fecerit dñs. et cum preponitur ei dictio. כִּי ci. et dicitur. כִּי אִם Ci ím tunc ambe dictiōes alí quando significāt nisi vel sed. vt. Geñ. 32. Non dimittam te nisi benedixeris mihi. & p̄s. 1. Sed in lege dñi volūtas eius. et quando premittitur ei dictio. עַד Ad. que significat vsq; tūc ambe dictiones significāt quoadusq; siue donec. vt Gene. 24. Non comedā: donec loquar sermones meos. habet etiā alios modos significandi qui possunt reduci ad suprà dictos. Item. אֵם Em. Mater. vt Geñ. 3. Mater cunctorū viuentiū. &. Exo. 20. honora patrem tuū & matrem tuā. ponitur etiā pro biuio vel capite viarum. vt Eze. 21. Stetit enim rex babylonis in biuio in capite duarū viarū. accipitur etiā pro familia vel populo. vt. 2. Regū. 20. Et tu vis subuertere ciuitatem: & euertere matrem in israel. & in plurali. אִמּוֹת imoth. i. matres. vt Thren. 2. Matribus suis dixerūt. Dicitur etiā. אִמּוֹת Vmmoth. Secundū terminationē feminorū. siue. אִמִּים Vmmim. secūdū terminationē masculinorū & significat tribus aut gentes vel populos. vt Geñ. 25. Duodecim principes tribuū suarū. &. Ps. 116. Laudate eū oēs populi. Et in lingua chaldaica dicitur. אִמָּה Vmma. Dañ. 3. Et oīs populus & trib⁹ et lingua. & in plurali. אִמַּיָּא Vmmaia. vt in eodē. vobis dicitur populis tribub⁹ & linguis. et inde dicūt aliqui q̄ deriuatur. אַמָּה Amma. i. cubitus de quo vide in dictione sequenti.

Bn.

Rum. Ecce Runquid.

Cum.

Si.

Et si. Quod si. Si autē. Si autem

Nisi.

Sed.

Donec.

Mater.

Busiū.

Matres

Tribus. Populi

Tribus

Tribus

Cubitus.

Ancilla Famula

Ancille.

Cubitus.

Cubiti.

duo cubiti

Cubiti.

אָמָה Ama. famula: vel ancilla: aut cubitus. Geñ. 21. eiice ancillā hanc & filiū eius. non enim heres erit filius ancille. Exo. 2. Misit vnam e famulabus suis. & in plurali. אֲמָהוֹת Amahoth. vt Gen. 20. Sanauit deus abimelech et vxorem ancillasq; eius. Et Naū. 3. Et ancille eius gementes. significat etiā predicta dictio cubitū. Geñ. 6. Et in cubito cōsumabis sūmitatē eius. Exo. 26. Et cubitus ex vna parte pēdebit. Hiere. 51. pedalis precisiōis tue. pro quo hebrei legunt. cubitus. i. mēsura auaricie tue siue precisionis tue. Et in plurali. אַמּוֹת Ammoth. Deu. 3. Nouē cubitos habens longitudinis. et in numero duali. אַמָּתַיִם Amathaim. i. duo cubiti. Exo. 25. Longitudo habebat duos & semis cubitos. et in lingua chaldaica in plurali dicitur. אַמִּין Ammin. i. cubiti. Dañ. 3. Latitudine cubitorū sex.

אָמָה

אַמּוֹת

אַמָּתַיִם

אַמִּין

Imbecille seu infirmū esse.

Infirmari

Imbecill.

אָמַל Amal. Deficere. infirmū siue imbecillem esse. Eze. 16. In quo mūdabo cor tuū. pro quo hebrei legūt. q̄ imbecille siue infirmū factū est cor tuum. Tamen si illa littera aleph: que ponitur in principio illius dictiōis est prime persone futuri tēporis & non est de substantia dictionis Tunc potest esse sensus sicut in littera nostra. Inde. אֻמְלָל vmlal. per duplicē lamed. i. infirmus siue imbecillis factus est: aut defecit: vel desertum est. vt. 1. Regū. 2. Et que multos habebat filios infirmata est. et Neemie. 4. quid iudei faciūt imbecilles. Et. Pſ. 6. Miserere mei domine quoniam infirmus sum. Esa. 24. Infirmata est vitis. Et in eodem. Et infirmata est altitudo populi terre. Hiere. 15. infirmata ē: que peperit septem. Esa. 16. Quoniā suburbana esebon deserta sunt. Et scribitur aliqñ cūvau. in prima syllaba.

אָמַל

Deserti ee

אָמַן Aman. Credere. fidelem esse. stabilē esse. permanere. Genesis. 15. Credidit Abraam deo. vbi ponitur הֶאֱמִין Heemin. quod est verbum tertie coniugationis. Et Exo. 4. Non credent mihi. Et in eo. Vt credāt inquit quod apparuerit tibi dñs. Et in eo. Si non crediderint inquit tibi Et in eo. Credent verba signi sequētis. et in eodem. 14. Et crediderūt dño. p̄s. 26. Credo videre bona dñi. Et. p̄s. 115. Credidi propter qđ locutus sum. p̄s. 77. Nec fideles habiti sunt in testamēto eius. Significat etiā stabilem esse. aut permanere. vt Iob. 4. Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles. et Esa. 7. Si nō crediderītis non permanebitis. vbi sīlis dictio ponitur pro pmanebitis sicut pro crediderītis. inde. אֱמוּנָה Emuna. i. fides. credulitas. veritas. stabilitas. indeficiens. 4. Reg. 12. Sed in fide tractabant eam. p̄s. 32. Et omnia opera eius in fide. Esa. 11. Et fides cinctorīū renum eius. Et osee. 2 Sponsabo te mihi in fide. Item ponitur pro veritate. vt p̄s. 35. Et veritas tua vsq; ad nubes. p̄s. 118. Et in veritate tua humiliasti me. Et in eodē. omnia mādata tua veritas. Significat etiā stabilitatē vel firmitatē. vt. Exo. 17. Et factū est vt manus illius non lassarētur. i. non deficerēt: sed essent stabiles pro quo in hebreo est. Et fuerūt manus eius veritas siue stabilitas. Et idē significat. אֹמֶן Omen. et in plurali. אֲמוּנִים Emunim. i. veritates. siue fideles aut veraces. p̄s. 11. Quoniam diminute sunt veritates a filiis hominum. & inde. נֶאֱמָן neeman. i. fidelis. verax. stabilis; indeficiens. Nu. 12. Qui in omni domo mea fidelis ē. 1. Reg. 2. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelē. 2. Reg. 7. Et fidelis erit domꝰ tua et regnum tuū vsq; in eternū. 3. Reg. 11. Et suscitabo tibi domū fidelē. Iob. 12. Mutans labiū veraciū. Esa. 33. Aque eius fideles. i. stabiles siue indeficiētes. Hiere. 15. Facta est mihi quasi mē dacium aquarū infideliū. pro quo in hebreo est. Aquarum que nō sunt fideles. i. que nō sunt stabiles. Et in lingua chaldaica dicitur. מְהֵמָן Meheman. i. fidelis. Daniel. 2. Et fidelis interpretatio eius. Et inde. אֱמֶן Emun. i. fides siue credulitas. Deut. 32. Et infideles filii. pro quo in hebreo est filii in quibus non est fides: siue credulitas: aut veritas. Et inde. אָמֵן Amen. quod est aduerbium affirmandi. vt Deut. 27. Et respōdebit omnis populus amen. & in eodē. & dicet oīs populus amen. et Esa. 65. Benedicetur in deo amen. Et in hebreo in hoc loco amen est genitiui casus. interptatur aūt amen. vere siue fideliter. aut fides. siue veritas. vnde Apocalypsis. 3. dicitur. Hec dicit amē testis fidelis & verꝰ. et inde. אֱמֶנָם Omnam. Siue. אָמְנָם Vmnam. i. vere. vtiq;. Gen. 18. Num vere paritura sum anus. Et idem significat. אֱמֶנָה omna. vt Geñ. 20. Alias autem & vere soror mea est. Item. אֹמֵן Omen. i. Alumnus. nutricius vel nutrix. vt Nu. 11. Sicut portare solet nutrix infantulū. Ester. 2. Qui fuit nutricius filie fratris sui ediſſe. Esa. 49. Et erunt reges nutricii tui. Item. אָמָּן Amman. Artifex. siue opifex. Canti. 6. Que fabricata sunt manu artificis. Item. אָמוֹן Amon. i. multitudo quasi. הָמוֹן Hamon. Hiere. 52. Et ceteros de multitudine trāstulit nabuzardan princeps militie.

אֱמֶן

אֱמֶנָה

אֹמֵן

אָמָּן

אָמוֹן

Fidelē ee

Stabilē ee

Fides.

Veritas.

Stabilitas

Veritates.

Fidelis.

Verar. Stabilis indeficiēs.

Fidelis.

Fides.

Amen.

Vere

Vere

Nutrir. Nutricius

Artifer.

Multitudo.

אָמַץ Amas. Prevalere. superare. firmare. vel roborare. confortare. Roboratū vel robustum esse. siue viriliter agere. Geñ. 25. Populusq; populū superabit. Deut. 2. Et offirmauerat cor illi⁹. i. cōfortauerat siue roborauerat cor illius. Iob. 4. Et genua trementia confortasti. p̄s. 26. Et confortetur cor tuū & sustine dñm. Et. p̄s. 141. Quia cōfortati sunt sup me. Ruth. 2. videns ergo noemi q̄ obstinato

אָמַץ

Superare Offirmare

Cōfortare

© Biblioteca Nacional de España

ruth animo decreuisset secum pergere. pro quo hebrei legunt. Et vidit q ipsa confortabatur ad eundum secum. 3. Reg. 12. Porro rex roboam festinus ascendit currum. Pro quo hebrei legunt. porro rex roboam confortatus est vt ascenderet currum. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum in locis predictis. Prouer. 8. Quando ethera firmabat sursum. & Zach. 12. Confortentur mihi habitatores ierusalem in domino deo suo. Iob. 16. Roborarē vos in ore meo Ios. 1. Et esto robustus valde. & in eodem. & viriliter age. in de

Firmare. Roborare. Robustum esse.

אַמִּיץ Amis. idest fortis vel robustus. Iob. 9. Sapiens corde & fortis robore. Amos. 2. Robustus corde inter fortes nudus fugiet in die illa. Et aliquando scribitur cum littera mem in principio & dicitur. מְאַמֵּץ Meames. vt Prou. 24. Et vir doctus robustus & validus. cuius plurale מְאַמְּצֵי Maamasse. ponitur. Iob. 36. vbi dicitur. Et omnes robustos fortitudine. & inde אֲמוּן Amus. idest fortis. vt Zach. 6. In quadriga quarta equi varii & fortes. & dicunt hebrei q in hoc loco significat subruffos vel rubicundos. Alii vero dicunt q in predicto loco accipitur pro equis qui sunt coloris cineris.

Fortis. Robustus. Robusti. Fortis.

אָמַר Amar. dicere. loqui. precipere. cogitare. eligere: siue exaltare. Gen. 1. Dixitq deus fiat lux. Et in eo. Dixit quoq fiat firmamentum. Et in eo. 4. Dixitq cayn ad abel fratrē suum. Ps. 148. Quia ipse dixit & facta sunt. Exo. 5. Hec dicit dominus deus. & inde. לֵאמֹר Lemor. idest ad dicendum: pro quo in translatione nostra communiter ponitur dicens. vt Exo. 40. Locutusq est dominus ad moysen dicens. pro quo hebrei legunt. Locutusq est dominus ad moysen ad dicendum scilicet: filiis israel vel aliis. Nam illud lamed quod ponitur in principio dictionis communiter ponitur pro ad: quando preponitur gerundio vel infinitiuo vt לַעֲשׂוֹת Laasoth. ad faciendum. לְאַסֵּר Leesor. ad alligandum. vt. Ps. 149. Ad faciēdam vindictam in nationibus. & in eodem ad alligandos reges eorum in compedibus. ponitur etiam לֵאמֹר Lemor pro verbo inpersonali idest dicitur. pro quo beatus Hieronymus transtulit vulgo dicitur. Hiere. 3. Vulgo dicitur. si dimiserit vir vxorem suam. Et aliquādo scribitur sine aleph. vt. 2. Reg. 19. Et amasse dicite. vbi ponitur. תֹּאמְרוּ Thomru. pro לֵאמְרוּ Thomru. Et. ps. 136. Quia dicitis in cogitatione. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Quia contradicent tibi scelerate: quod magis consonat cum hebreo. vbi ponitur יֹאמְרוּךָ iomrucha pro יֹאמְרוּכָה iomrucha. & inde

Dicere. Dicens. Ad dicēdū Dicitur. Contradicere.

אֹמֶר ómer siue אִמְרַת Imrath. idest verbum vel eloquiū. vt Ps. 18. Non sunt verba neq sermones. & Ps. 147. Qui emittit eloquium suum terre. & in plurali. אֲמָרִים Amarim siue אִמְרֵי imre. aut אִמָּרוֹת Amaroth. idest verba siue eloquia. Iob. 6. Et in ventum verba profertis. Et ps. 11. Eloqa domini eloquia casta. Prouer. 1. Ad intelligendum verba prudentie. Et ēt supradicta dictio אָמַר Amar. ponitur pro

Verbum. Eloquium Verba. Eloquia. Precipere.

pcipere. vt Gen. 3. Cur precepit vobis deus vt non comederetis ex oī ligno paradisi. & Ester. 6. Iussitq sibi afferri historias. & Iob. 9. Qui pcipit soli & nō oritur. Et in eo. 37. Precipit niui vt descendat in terrā. & inde מַאֲמָר Maamar. idest verbū siue preceptū. vt Ester. 2. Quidquid enī ille pcipiebat obseruabat ester. Pro quo in hebreo habetur. verbū siue pceptū mardochei faciebat Ester. Itē אָמַר Amar. significat cogitare vel putare: q est dicere in corde. vt. Iudi. 15. putaui q odisses eā. Et i eo. 20. putauerūt solito more cedere. 4. Reg. 5. Putabā q egrederetur ad me. 2. Reg. 21. nisus est peutere dauid. pro quo he. le. dixit. s. in corde suo siue cogitauit percutere dauid. & Eccl's. 2. Dixi ergo in corde meo. Itē ponitur pro exaltare siue eligere. vt Deut. 26.

Putare. Cogitare. Eligere.

Dñm elegisti hodie. Et in eo. en dominus elegit te hodie: vbi ponitur הֶאֱמִיר Heemir: quod est verbum tertie coniugationis. Et dicunt hebrei q significat exaltare. Et inde ile ramus qui est in summitate arboris dicitur אָמִיר Amir vt Esa. 17. Et sicut excussio olee duarum vel triū oliuarū in summitate arboris. pro quo he. le. in sūmitate rami. s. illius qui est in sūmitate arboris. Et in eo. ponitur pro segete. vbi dicitur: sicut aratra & segetes que derelicta sunt a facie filiorum israel. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. ramum siue virgultum. de quo vide etiam infra in dictione חָרַשׁ Charas. Item ponitur pro superbire. vt Esa. 61. Et in gloria eorum superbietis vbi ponitur תִּתְיַמָּרוּ thithiamaru sine aleph: sicut in aliquibus locis supradictis. Itē אַמַּר Imar in lingua chaldaica significat arietem siue hedū Esdre. 6. Et hedos in holocausta.

הֶאֱמִיר Arbor. אָמִיר Ramus. Seges. תִּתְיַמָּרוּ אַמַּר Aries.

אֶמֶשׁ émes. heri. nocte preterita. Gen. 19. Ecce dormiui heri cum patre meo. Et in eodem. 31. Sed deus patris tui heri dixit mihi. Et in eodem. Respexit dominus & arguit te heri. Et accipitur ibi heri pro nocte preterita. nā premittitur in textu. Viditq in somnis dicentem sibi dominum. Pro quo in hebreo habetur: & venit de? ad laban syrum in somno noctis.

Heri.

אֱמֶת Emeth. veritas. verus. Gen. 47. Et facias mihi misericordiam & veritatem. 3. Reg. 10. Verus est sermo quem audiui in terra mea. Ios. 2. Detis mihi verum signū. 4. Reg. 20. Fiat tantum pax & veritas in diebus meis. Ps. 18. Iudicia domini vera. Ps. 84. Veritas de terra orta est.

Veritas. Verus.

אַמְתַּח Amthach. saccus. vt Gen. 44. Imple saccos eorum frumēto quantum possunt capere: & pone pecuniam singulorum in summitate sacci.

Saccus.

אָן An. quo. aduerbium interrogandi loci vel temporis. vt. 1. Reg. 10. Quo abisti. & Iob. 8. Vsq quo loqueris talia.

Quo.

אָנָא Anna. Aduerbium obsecrandi vel rogandi. Pro quo beatus Hieronymus transtulit obsecro. vt Gen. 50. Obsecro vt obliuiscaris scelerum fratrū tuorum. & Ps. 117. O domine saluum me fac: o domine bene prosperare. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. O domine salua obsecro. obsecro domine prosperare obsecro. & aliquādo scribitur. אָנָּה Anna cum he in fine loco aleph. vt. Ps. 115. O domine libera animam meam. & in eo. O domine quia ego seruus tuus. vbi beatus Hieronymus etiam transtulit obsecro: sicut in supradicta dictione. & Exo. 32. Obsecro peccauit populus iste pctm maximū.

Obsecro. Obsecro. Obsecro.

אֲנָא Ana. in lingua chaldaica est pronomen prime persone & significat ego. Dañ. 4. Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea.

Ego.

אִנְבָּא Inba. In lingua chaldaica signāt fructū. Dañ. 4. Et fructus eius nimis. Et in eo. Et dispgite fructū? eius.

Fructus.

אָנָה Ana. quo. aduerbium interrogandi loci vel tpis. huc & illuc. quoq. vt Ps. 12. Vsq quo domine obliuisceris mei in finē: vsq quo auertis faciē tuam a me. Et in eo. Vsq quo exaltabitur inimicus meus super me. & Ps. 138. Quo ibo a spiritu tuo: & quo a facie tua fugiā. & Canti. 5. Quo abiit dilectus tuus. & qñ duplicatur supradicta dictio: significat. huc. & illuc. siue quoq. vt. 3. Reg. 2. Et nō egredieris inde huc atq illuc. Et in eo. Quacunq die egressus fueris huc & illuc scito te esse moriturū. & 4. Reg. 5. Nō abiit seruus tuus quoq. est ēt aduerbium obsecrandi vel rogandi vt supra dictū est. Item אֲנָה Ana. lugere. contristari siue mestū esse. vt Esa. 3. Et merebunt atq lugebunt porte eius. Et in eodem. 19. Et merebunt piscatores. Et inde. תַּאֲנִיָּה Thaaniia & אֲנִיָּה Aniia. idest luctus & meror: siue tristitia. vt Thren. 2. Et repleuit in filia Iuda humiliatum & hu-

Huc illuc. Quoq. Lugere. Merere. Humiliare.

© Biblioteca Nacional de España

Luctus meror.

miliatam. Pro quo he.le.& repleuit siue multiplicauit in filia iuda luctum & merorem vel tristitiã. Item אֲנָה ina. fortuitu vel casualiter accidit: siue occasionem quesiuit. vt Exo.21. Qui autem non est insidiatus: sed deus illum tradidit in manus eius. 4. Reg. 5. Animaduertite & videte q̃ occasiões querit aduersum me. Et inde תְּאָנָה thoana. idest occasio. vt Iudi. 14. Et quereret occasiones cõtra philistiim. Hiere. 2. in desiderio anime sue glutiuit ventũ amoris sui: nullus auertet eam. pro quo hebrei legunt in desiderio aĩe sue glutiuit ventum occasionis sue: quis auertet eam: siue occasiõem eius quis auertet. Nomina enim hebraica sunt indeclinabilia: vt supra dictum est. Item אֲנָה Ana in lingua chaldaica significat. ego. vt Dañ. 5. Porro ego audiui de te q̃ possis obscura interpretari.

אֲנָה Casu accidere.

Occasionẽ querere.

תְּאָנָה Occasio.

אֲנָה Ego.

אִנּוּן Illi.

Inun. in lingua chaldaica est pronomen tertie persone pluralis numeri. idest illi. siue. ipsi. Dañ. 2. In diebus autem regnorum illorum.

אִנּוּן

אָנַח Ingemiscere.

Anach. Suspirare. ingemiscere. vt Exo. 2. et ĩgemiscentes filii israel propter opera vociferati sunt. & Prouer. 29. Cum impii sumpserĩt principatum: gemet populus. & Esa. 24. Ingemuerunt omnes qui letabantur corde. Thren. 1. Sacerdotes eius gemẽtes. & in eodẽ audierũt quia ingemisco ego. Ezech. 21. Ingemisce in contritione lumborum. Ioelis. 1. Quid ingemuit animal. & ide Anacha. idest gemitus: vel suspirium. Iob. 3. Anteq̃ comedam suspiro. pro quo in hebreo habetur. Ante cibum meum suspiriũ meũ venit. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum. & Ps. 6. Laborauí in gemitu meo. & Esa. 35. fugiet dolor & gemitus. & in plurali. אֲנָחוֹת Anachoth. vt Thren 1. Multi enim gemitus mei.

אָנַח Ingemiscere.

Gemere.

אֲנָחָה Suspiriũ.

Gemitus.

אֲנָחוֹת Gemitus.

אֲנַחְנוּ Anachnu. Nos. vt Ps. 19. Nos autem surrexi mus & erecti sumus. & aliquando scribitur sine aleph. et dicitur. נַחְנוּ Nachnu. vt Thren. 3. Nos iniq̃ egimus et ad iracundiam prouocauimus.

אֲנַחְנוּ Nos.

נַחְנוּ Nos.

אֲנִי Ego.

Ani. ego. vt Geñ. 15. Ego dominus qui eduxi te de vr chaldeorum. & in plurali אָנוּ siue אֲנַחְנוּ Anachnu. idest nos vt supra dictũ est. & hec tria pronomina. s. ego tu. ille. variantur in hebreo per omnes casus. alia vero nomina sunt in declinabilia & inuariabilia. Sed vtuntur quibusdam articulis ad denotandum casus. vt dictum fuit in p̃cedenti tractatu de gramatica hebraica: vbi posite sunt variationes pronominum per omnes casus tã in singulari q̃ in plurali. Item אֳנִי Oni. nauis. vt Esa. 33. Non transibit super eum nauis remigum. Ponitur etiã pro classe vt. 3. Reg. 9. Classẽ quoq̃ fecit rex Salomon. Scribitur etiam cum he in fine. & dicitur אֳנִיָּה Onia. vt Ione. 1. Et inuenit nauem euntem in tharsis. & in plurali. אֳנִיּוֹת Onioth. i. Naues. Ps. 103. Illic naues ptrãsibunt. & Esa. 23. vlulate naues maris.

אֲנִי Ego.

אֲנַחְנוּ Nos

אֳנִי Nauis.

Classis.

אֳנִיָּה Nauis.

אֳנִיּוֹת Naues.

אָנַךְ Litum.

Anach. litum. i. linitũ. siue trulla cementarii qua liniunt parietes. Amos. 7. Et ecce dñs stans supermurum litum & in manu eius trullam cementarii. vbi pro trulla cementarii ponitur in hebreo eadem dictio que ponitur pro lito. Et in eo. Quid tu vides amos & dixi trullam cementarii. Et in eodẽ. Ecce ponam trullam in medio populi mei israel. Et solum inuenitur in locis predictis. Et dicunt hebrei q̃ significat lapidem plumbeum vel stãneum quo cementarii vtuntur ne edificium sit tortuosum: quia in lingua punica vel arabica stannum dicitur אָנָךְ Anach. & sic legunt. Ecce dominus stans super murum stanneum: idest edificatum cum tali instrumento: & in manu eius stannum idest lapidem stanneum. & sic in sequentibus.

Litum cementarij.

Stannum

אָנֹכִי Ego.

Anochi. ego. vt Geñ. 15. Ego ptector tuus. & Exo. 20. Ego sum dominus deus tuus.

אָנַס Cogere.

Anas. cogere. compellere. vim facere: difficile siue impossibile esse. Ester. 1. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum. & in lingua chaldaica significat difficile siue impossibile esse. Dañ. 4. Et omne sacramentum nõ est impossibile tibi. & aliqui hebrei legunt. non est occultum siue coopertum tibi.

אָנַס Impossibile esse.

אַנָּף Iracci.

Anaph. indignari. siue iratum esse. vt Deut. 1. Cum mihi quoq̃ iratus deus propter vos dixerit. & Ps. 2. Nequando irascatur dominus. inde אַנָּפָה Anapha. Nomẽ auis in lege prohibite. Pro quo beatus Hieronymus transtulit charadrion. vt Leuit. 11. Erodionem & charadriõ iuxta gen⁹ suũ. & aliq hebrei dicũt q̃ signñat q̃ddã gen⁹ miluí.

אַנָּף

אַנָּפָה Charadriõ

אָנַק Gemere.

Anac. ingemiscere. dolere. mugire. vel clamare pre dolore. Ezech. 8. Super frontes virorum gementiũ & dolentium. Et in eo. 24. Ingemisce tacens. Hiere. 51. Et in omni terra eius mugiet vulneratus. & inde אֲנָקָה Enca: siue אֲנָקַת Encath. idest gemitus. Ps. 101. Vt audiret gemitus compeditorum. Inde אֲנָקָה Anaca significat quoddam animal: pro quo beatus Hieronymus transtulit mygale. Leuit. 11. Mygale chameleon & stellio. Et aliqui hebrei dicũt q̃ significat quoddam genus reptilium quod semper gemit vel clamat: dictum a verbo supradicto.

אָנַק Ingemiscere.

Mugire.

אֲנָקָה Gemitus.

אֲנָקָה Mygale.

אָנַשׁ Desperare

Anas. desperare. dolere. infirmari. vt. 2. Reg. 12. Percussitq̃ dominus paruulum quem peperit vxor vrie dauid & desperatus est. & Ps. 68. Improperium expectauit cor meum & miseria. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Opprobrio contritum est cor meum & desperatus sum. Et inde אָנוּשׁ Anus. idest violentus. grauatus. inscrutabilis. insanabilis. desperatus. vt Iob. 34. Violenta sagitta mea absq̃ vllo peccato. & Esa. 17. Et dolebit grauiter. Hiere. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile. Et in eo. 30. Insanabilis est fractura tua. & in eodem insanabilis est dolor tuus. Et in genere femínino אֲנוּשָׁה Anusa. Mich. 1. Quia desperata est plaga eius. Item אֱנוֹשׁ Enos. homo. vt quidam volunt a superiori dictione deriuatum eo q̃ in presenti vita semper est in miseris & doloribus. Ps. 102. Homo sicut fenũ dies eius. & Esa. 51. Quis es tu vt timeas ab homine mortali. & Hiere. 17. Et diem hominis nõ desideraui. Sed hebrei in hoc loco legunt אֲנוּשׁ Anus: sicut supra: & sic legunt. & diem desperationis vel infirmitatis vel doloris nõ desideraui: scilicet cõtra suos aduersarios & persecutores: quia non appetebat vindictam. potest etiam supradicta dictio אֱנוֹשׁ Enos. deriuari a verbo נָשָׁה Nasa que significat obliuionem: & additur aleph in principio huius dictionis Enos sicut in multis nominibus deriuatiuis. Et idem dicit eusebius in libro de preparatione euangelica. Et allegat illud p̃si. 8. Vbi dicitur. Quid est homo quod memor es eius. vbi pro homine ponitur enos. q. d. quid est iste oblitus siue obliuiosus q̃ memor es eius. Est ẽt nomẽ propriũ enos filii seth. vt habetur Geñ. 5. & 1. Paralip. 1. Et in plu. אֲנָשִׁים Anasim. i. hoies. aut viri. vt Geñ. 18. Apparuerũt ei tres viri stãtes prope eũ. Et in eo. 19. Viri ciuitatis vallauerũt domũ illius. 1. Re. 25. Hoies isti boni satis fuerũt nobis. & Iob. 4. Quãdo solet sopor occupare hoies. & ponitur אֱנוֹשׁ Enos in singulari pro plurali. vt Ps. 9. Vt sciant gentes quoniam homines sunt. Et in lingua chaldaica dicitur אֱנָשָׁא siue אֱנָשָׁא Enasa. idest homo siue homines. Dañ. 2. Non est homo super terram qui sermonem tuum rex possit interpretari. Et in eodem. In quibus habitant filii hominum. Et in genere femínino amittit aleph. & dicitur נָשִׁים Nasim. i. mulieres: siue vxores. vt Exo. 1. Non sunt hebree sicut egyptie mulieres. & Deut. 17. Nõ hẽbit vxores plurimas. &. Esa. 3. Et mulieres

אָנַס Cogere.

אָנוּשׁ Violentus

Grauiter.

Miserabilis.

אֲנוּשָׁה Insanabilis.

אֲנוּשָׁה Desperata

אֱנוֹשׁ Homo.

אֲנוּשׁ Desperatio

אֱנוֹשׁ Enos.

אֲנָשִׁים Viri.

Homines.

אֱנוֹשׁ Homines.

אֱנָשׁ Homo.

אֲנָשָׁא Homines.

נָשִׁים mulieres.

© Biblioteca Nacional de España

dominate sunt eis.

Tu. אַנְתְּ Anthe. in lingua chaldaica est pronomen secunde persone. idest tu. Dañ. 2. Tu rex cogitare cepisti in stratu tuo.

Celaria. אֲסָם Asam. celariū: siue horreum. & inuenitur tantum in numero plurali. Deut. 28. Emittet dominus benedictionem super cellaria tua. & Prouer. 3. & implebūtur horrea tua saturitate.

quicq̄ mali Periculū. Mors. אָסֹן Ason. Periculū siue mors. Geñ. 42. Ne forte in itinere quicq̄ patiatur mali. pro quo he. le. Ne forte in itinere accidat ei periculum siue mors. Et in eo. 44. Si tuleritis & istum & aliquid ei in via contigerit. idest aliquid periculi vel infortunii ei cōtigerit. Exo. 21. Si autem mors fuerit subsecuta: reddet animam pro anima.

Cōgregaſ. Colligere. אָסַף Asaph. congregare. colligere. contrahere. retrahere. reuocare. auferre. disperdere. Geñ. 49. Congregamini & audite filii iacob. & Nu. 11. Congrega mihi septuaginta viros. Et in eodem congregās septuagínta viros de senioribus israel. Hiere. 10. Congrega de terra confusionem tuam. Mich. 2. Congregatione congregabo iacob totum te. Item significat colligere. vt Geñ. 49. Colligit pedes suos super lectum. Nu. 19. Colliget autem vir mūdus cineres vacce. Et in eo. 20. Pergat inquit aaron ad populos suos. Pro quo hebrei legunt. collígatur Aaron ad populos suos. Et in eo. & Aaron collígetur & morietur ibi. Et in eo. 31. Et sic colligeris ad populum tuum. Iudi. 19. Nullusq̄ sub tectum suum nos vult recipere. vbi ponitur in hebreo colligere pro recipere. 4. Reg. 22. Idcirco colligam te ad patres tuos: & colligeris ad sepulchrum tuum in pace. & Esa. 10. Sicut colliguntur ova que derelicta sunt. Et in eo. 57. Viri misericordie colliguntur: a facie enim malitie collectus est iustus. & inde festū tabernaculorum vocatur

Cēpusquo fructus colliguntur. אָסִיף Asiph. A colligendo eo q̄ in eo tempore colligeban tur fructus & reponebantur in horreis. Exo. 23. Solēnitatē quoq̄ in exitu anni quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. Et inde אָסֶף ósep siue אֲסִיפָה Asipha. idest collectio. & in plurali. אֲסֻפוֹת Asuphoth. siue אֲסִפִּים Asuphim. idest collectiones vel congregationes. Et accipitur etiam pro concilio quod est collectio vel congregatio plurimorum. vt. 1. Paralip. 26. In qua parte domus erat seniorum concilium. Et in eo. Vbi erat concilium bini & bini. Eccl's. 12. Que per magistrorum concilium data sunt a pastore vno. Et inde illa pars exercitus que nouissime proficiscebatur in castris dicitur מְאַסֵּף Measeph. i. recolligens. quia recolligebat omnes qui dispersi erant & errauerant per viam. Nu. 10. Nouissimi castrorum omnium profecti sunt filii dā. pro quo he. le. Et profectum est vexillum castrorum tribus dā recolligens omnia castra. & Ios. 6. Reliquum vulgus arcam sequebatur. pro quo he. le. & recolligens. & aliqñ duplicantur due vltime littere principales. & dicitur אַסַּפְסוּף Asaphsuph. idest vulgus promiscuū quod se miscuerat & recollegerat cum populo israel qñ egressi sunt de egypto. vt Nu. 11. Vulg⁹ quipe promiscuum quod ascenderat cum eis flagrauit desiderio. Item אָסַף Asaph. significat contrahere vel retrahere. vt. 1. Reg. 14. Contrahe manum tuam. & 2. Reg. 10. Cōtraxit omnem israelem & transiuit iordanem. Ioelis. 2. Et stelle retraxerunt splendorē suū. Itē ponitur pro reuocare. vt Nu. 11. Reuersusq̄ est moyses & maiores natu israel in castra. pro quo he. le. Collectus siue reuocatusq̄ est moyses. Et in eo. 12. Separetur septē diebus extra castra & postea reuocabitur. Et in eo. Donec reuocata ē maria. Significat ēt curare vel sanare hoiem leprosum eo quod leprosus habitat extra ciuitatē. 4. Reg. 5. Profecto curasset eū a lepra quā habet. Et i eo. Quia iste misit ad me vt curē hoiem a lepra sua. Et in eo. Et curaret me. Itē ponitur pro auferre: quod est idem quod retrahere vt Geñ. 30. Abstulit de⁹ opprobriū meū. i. retraxit. et Iob. 27. Diues cū dormierit nihil secū auferet. Ps. 103. Auferes spm̄ eorū & deficiēt. & Esa. 16. Et auferetur letitia & exultatio de carmelo. Sigñat ēt perire vel disperdere: aut cōsumere. vt Iudi. 18. Et ipse cū omni domo tua pereas. 1. Reg. 15. Discedite ab amalech ne forte inuoluā te cū eo. pro quo hebrei legūt. Ne forte disperdā te cū eo. Hiere. 8. vbi nos legimus congregans congregabo eos. hebrei legūt disperdēs disperdam eos. siue cōsumens consumā eos. Et sil'r. Sopho 1. vbi dicitur cōgregās congregabo oīa. pro quo he. le. consumēs consumā oīa. Et sic infra eo. cap̄. vbi dicitur congregans hominem & pecus. Congregans volatilia celi.

Diligēter. Studiose. אַסְפַּרְנָא Asparna. in lingua chaldaica sigñat diligēter siue festināter aut studiose. Esdre. 5. Et opus hoc diligenter struatur. Et in eo. 6. Studiose sumptus dentur viris illis. Et in eo. Diligenter executi sunt.

Ligare. Cíncire. אָסַר Asar. vincire. ligare. cōstringere. obligare Geñ. 42. Frater vester vnus ligetur in carcere. Et in eo. Et ligans illis presentibus. Iudi. 16. Vinxit eum latētibus apud se insidiis. Et in eodē saltē indica mihi quo ligari debeas. Et in eo. Quibus rursum dalila vinxit eū. 4. Reg. 13. Vinxitq̄ eum pharao nechao in rebla. Sigñat ēt cōstringere siue obligare. vt Nu. 30. Aut se cōstrinxerit iuramento. Et i eo. Et iuramentū quo obligauit aīam suā. Itē sigñat iungere currum vel quadrigā aut plaustrum. q̄ est idem quod ligare. vt Geñ. 47. Iuncto ioseph curru ascendit obuiā pri. & Exo. 14. Iūxit ergo currū & oēm populū suū assumpsit secum. & 1. Reg. 6. Et duas vaccas fetas quibus non est impositum iugum iungite in plaustro. Et quia currus & quadrige ligabantur ad preliandum: ideo aliquando significat disponere prelium: aut incipere prelium. vt. 3. Reg. 20. Et ait quis incipiet preliari. & inde אָסִיר Asir. siue אָסוּר Asur idest vinctus vel ligatus. vt Iudi. 15. Non te occidemus sed vinctum trademus. Hiere. 40. Quando tulit eum victum catenis in medio omnium. Et in plurali. אֲסוּרִים Asurim. siue אֲסִירִים Asirim. vt Geñ. 39. Tradiditq̄ ioseph in carcere vbi vincti regis custodiebantur. Et in eo. Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos qui in custodia erant. Ps. 67. Qui educit vinctos in fortitudine. Esa. 14. Vinctis eiō aperuit carcerem. Zach. 9. Tu quoq̄ in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Significat etiam אֲסוּרִים Asurim. siue אֲסוּרֵי Asure ligaturas siue vincula. vt Iudi. 15. Ita vincula quibus ligatus erat dissipata sunt & soluta. Eccl's. 7. Vincula sunt manus eius. Et quandoq̄ deponit aleph. Eccl's. 4. Quod de carcere catenisq̄ interdum quis egrediatur ad regnum. vbi ponitur הָסוּרִים Hasurim pro הָאֲסוּרִים Haasurim. inuenitur etiam אֲסֻרוֹת Asuroth. in feminina terminatione. vt. 2. Reg. 3. Manus tue ligate non sunt. Et inde מֹסֵרוֹת Moseroth. idest ligature siue vincula. vt Iob. 39. Et vincula eius absoluit. Ps. 106. Et vincula eorum dirupisti. & Ps. 105. Dirupisti vincula mea. Et inde carcer dicitur בֵּית הָאֲסוּרִים Beth haasurim. idest domus vinctorum. vt Iudic. 16. Et clausum in carcere molere fecerunt. Et in eo. qui adductus de carcere ludebat ante eos. Et inde אֵסָר Esar. idest vinculum. siue edictū aut constitutio. Dañ. 6. Locuti sunt regi super edicto.

Lignum. אַע Aa siue אָעָא Aaa. in lingua chaldaica significat lignū. Esdre. 5. Et ligna ponantur in parietibus.

Quoq̄. אַף Aph. etiam. quoq̄. attamen. etenim. quantomagis. ira. naris. Leuit. 26. Ego quoq̄ hec faciā vobis. Et in

© Biblioteca Nacional de España

Tamen. Etenim. Quãto magis.

eodem. Attamen etiã cum essent in terra hostili nõ penitꝰ abiecí eos. Ps. 96. Etenim correxit orbẽ terre: qui nõ cõmouebitur. Iob. 4. Quantomagis hi qui habitant domos luteas. Et qñ preponitur ei lĩa he & dicitur הַאַף Haaph. tunc est aduerbiũ interrogandi: vel dubitandi. pro quo in translatione nr̃a ponitur nunquid. vt Geñ. 18. Nũquid perdes iustũ cũ impio. Sed hebrei legunt: nunquíd ẽt perdes iustũ cũ impio: & qñ iũgitur ei hec dictio. כִּי chi. & dicitur אַף כִּי Aph chi. tunc significat. itaqꝫ. siue quantomagis. vt Geñ. 3.

Nũquid.

Cur. Itaqꝫ.

Cur precepit vobis deus vt nõ comederetis ex oĩ ligno paradisi. Pro quo aliqui hebrei legũt. Itaqꝫ precepit vobis deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi. Translatio chaldaica trãstulit vere. & quesitiue. q.d. Es ne verũ quod precepit vobis deus vt nõ comederetis ex omni ligno paradisi. Sed cõmuniter significat quãtomagis. vt. 3. Reg. 8.

Quãto magis.

Quãtomagis dom⁹ hec quã edificaui tibi. & Iob. 25. Quã tomagis homo putredo & filius hominis vermis. Et in eo. 9. Quantus ergo sum ego vt respondeam ei. Pro quo hebrei legunt. Quantomagis vt ego respondeam ei. Prouer. 11. Si iustus in terra recipit: quantomagis impius & peccator. Item אַף Aph. ideſt ira vel furor. Iob. 36. Simulatores & callidi prouocant iram dei. Ps. 6. Domine ne in furore tuo arguas me. & Ps. 77. Et ira dei ascendit super eos. Ps. 94. Quia iuraui in ira mea si introíbũt in requiem meã. & Ps. 137. Et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuã. Significat etiã faciem siue vultum: vt Geñ. 2.

Quantum

אַף

Ira. Furor.

Facies. Vultus.

Et inspirauit in faciem eius spiraculum vite. Et in eo. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. & in lingua chaldaica scribitur aliqñ cũ littera nũ in medio. Dañ. 2. Et cecidit in faciem suam. Significat etiam nares: vel nasum. vt Ps. 114. Nares habent & non odorabunt. Canti. 7. Nasus tuus sicut turris libani. Esa. 2. Quiescite vos ab homine cuius spiritꝰ in naribus eius est. & in plurali. אַפַּיִם Apaim. i. furores: vel nares: aut facies. Et cũ premittitur ei dictio אֶרֶךְ erech. ideſt longus: & dicitur אֶרֶךְ אַפַּיִם erech apaym. interpretatur longanimis. i. tardus ad iram. vt Ps. 102. Longanimis & multũ misericors. Et aliqñ interpretatur patiẽs: vt Exo. 34. Patiens & multe miserationis ac verax. Et econtrario qñ premittitur ei קָצַר cesar. i. curtus: vel breuis: & dicitur קְצַר אַפַּיִם Cesar apaim. tunc significat iracundũ. i. breuis vel facilis ad iram. Prouer. 14. Impatiens operabitur stultitiam. & etiam dictio אַפַּיִם Apaim ponitur pro tristi vel tristitia. vt. 1. Reg. 1. Anne aũt dedit vnam partem tristis.

Nares. Nasus.

אַפַּיִם Furores.

lõganimis

Patiens.

Impatiẽs אַפַּיִם Tristis.

Aphaph. circũdare. vt Ps. 17. circũdederũt me funes אֲפָפוּנִי mortis. & Ps. 39. Qñ circundederunt me mala: quorum non est numerus.

אֲפָפ Circũdare

Aphad. cõstrĩgere. astrĩgere. cĩgere. Exo. 29. Qd cõstringes baltheo. & Leuit. 8. Quod astringens cingulo aptauit rationali. & inde dicitur אֵפוֹד Ephod. i. superhumerale. eo quod cõstringebatur cũ rationali. vt Exo. 28. facies aũt superhumerale. Et in eo. Et stringatur rationale anulis suis cũ anulis suphumeralis vita hyacithina vt mane at iunctura fabricata: & a se inuicem rationale & suphumerale nequeant separari. Et aliqñ ponitur in translatiõe nr̃a. pro baltheo: vel cingulo. vt Leuit. 8. In locis supradictis. Significat ẽt vestimentũ siue ornamentũ quoddã sic nominatũ. vt. 2. Reg. 6. Porro dauid erat accinctus ephod lineo

אָפַד cõstringere astringere.

אֵפוֹד Super humerale.

Et recipit in fine. he vel thau. & dicitur אֲפֻדָּה aphuda. siue אֲפֻדָת aphudath. vt Exo. 28. Ipsa quoqꝫ textura & cũcta operis varietas erat ex auro. & Esa. 30. Et vestimẽtũ cõflatilis aurí tui. vbi ponitur ꝑ vestimẽto. & ide deriuatur אַפַדְנוֹ Apadno. Dañ. 11. Et figet tabernaculũ suũ apedno ĩter duo maría. pro quo in hebreo est. Et figet tabernacula apedno

Balthẽus. Cingulum Ephod.

אֲפֻדָּה אֲפֻדָת Textura. Vestimẽtũ

אַפַדְנוֹ Apedno.

inter duo maría. Et dicunt hebrei quod apedno significat ornamentum suum. & sic ipsi legunt: & figet tabernacula ornamenti sui inter duo maría.

ornamẽtũ.

Apha. coqre. vt Geñ. 19. Et coxit azyma: & comederunt. Exo. 12. Coxeruntqꝫ farinã quã dudũ de egypto cõsperſam tulerant. Exo. 16. Coquite que coquẽda sunt. & cõiter accipitur pro coctione panis. Et inde אֹפֶה ophe. i. panificus siue pistor. vt Geñ. 40. Pincerna regis egypti & pistor. & in plurali. אֹפִים ophim. In eodem. Videns pistorum magister ꝙ prudenter somniũ disoluisset. Hiere. 37. Et daretur ei torta quottidie panis excepto pulmẽto. Pro qꝰ he. lc. Et daretur ei torta quottidie panis de vico pistorũ. & in ge. fe. אֹפוֹת ophoth. 1. Re. 8. Filias quoqꝫ vestras faciet sibi vnguentarias & focarias & panificas. Et inde מַאֲפֶה Maaphe. i. coctura: siue coctũ. vt Leuit. 2. Cum aũt obtuleris sacrificiũ coctũ in clibano. & aliqñ scribitur sine aleph & cũ tau in principio & nũ in fine. vt Leuit. 6. Offeret aũt eã calidam. & sequitur in hebreo. Coctã oblationẽ minutatim diuisam. vbi ponitur תֻּפִינֵי thũphine. in numero plu. quia secundum hebreos duplici coctione coquebatur. Itẽ אֹפֶה Epho siue אֹפֵא Epho. i. vbi. de quo vide supra in dictiõe.

אָפָה Coquere.

אֹפֶה Pistor.

אֹפִים Pistores.

אֹפוֹת Panifice.

מַאֲפֶה Coctum.

תֻּפִינֵי אֹפֶה Vbi.

Epho cum iod in medio dictionis.

אֹפֵא אִיפֹה

Ophel. tenebrosũ: siue caliginosum. caligo. tenebre: aut serotinũ. Iob. 3. Noctẽ illã tenebrosus turbo possideat. Et ĩ eo. 23. Nec faciẽ meã opuit caligo. et Amos. 5. Et caligo & nõ splendor in ea. & qa caligo est cã timoris vel horroris ideo ponitur pro horrore: vt Iob. 10. vbi dicitur. Sed sempiternꝰ horror ĩhabitat. & recipit in fine. he. & dicitur. אָפֵלָה Aphela. Prouer. 7. In noctis tenebris & caligine. & Ioelis. 2. Dies tenebrarũ & caliginis. Et quandoqꝫ recipit mem in principio. & dicitur. מַאְפֵל Maaphel. vt Iosue. 24. Et posuit tenebras inter vos & egyptios. Significat etiam serotinũ eo quod diu ocultatur sub terra & ẽ in tenebris. Exo. 9. Triticum & far non sunt lesa: quia serotina erant. vbi ponitur אֲפִילוֹת Aphiloth. & Hiere. 2. Nunquíd solitudo factus sum israeli aut terra serotina. vbi ponitur מַאֲפֵלָיה Maaphelia. tamen hebrei primam significationem sequentes legunt. aut terra tenebrosa vel caliginosa.

אָפֵל Tenebrosꝰ turbo. Caligo.

Horror.

אָפֵלָה Caligo.

מַאְפֵל Tenebre. Serotinũ.

אֲפִילוֹת Serotina.

מַאֲפֵלָיה

Ophan. siue אוֹפַן ophan. rota. Exo. 14. Et subuertit rotas curruũ. Et in hebreo est in numero singulari. s. subuertit rotã curruũ. Sed in hebreo aliqñ põitur singulare ꝑ plurali & ecõuerso. Esa. 28. nec rota plaustri sup cyminũ circũcubit. Ezech. 1. Apparuit rota vna sup terrã. Et in eo. qua si sit rota ĩ medio rote. Et in eo. 10. Et rotas ĩstas vocauit volubiles audiẽte me. pro qꝰ in hebreo ẽ rotã vocauit volubilẽ in auribꝰ meis. i. audiẽte me. & in plu. אוֹפַנִּים ophanim. i. rote. vt in eo. 1. Et aspectus rotarũ et opus earũ. Et in eo. Sꝑus emũ vite erat in rotis. Signãt ẽt tꝑs opportunũ vel congruum ad aliqd loquẽdũ vel operãdũ. vt Prou. 25. Mala aurea in lectis argenteis: q loqtur verbũ in tpe suo. vbi ꝑ eo quod in lĩa nr̃a est in tpe suo in hebreo ponitur. אָפְנֵי Ophnau. Et in ĩsta significatione solum inuenitur in loco predicto.

אוֹפַן Rota.

אוֹפַנִּים Rote.

Oppoꝛtunum.

אָפְנֵי

Aphes. deficere. finiri: comsumari. complere. Geñ. 47. Quare morimur corã te deficiente pecunia. Et in eo. Si precíũ nõ habetis. Pro quo in hebreo est. Si defecit argentũ vel pecunia. Esa. 16. Finitus est puluis. Psal. 76. aut in finẽ misericordiã suã abscindet. Pro qꝰ btus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatẽ transtulit. ergo ne compleuit vsqꝫ in finem misericordiam eius. & inde. אֶפֶס ephes. ideſt defectus. terminus. finis. nihilum. non. sed. veruntamen. Prouer. 26. Cum defecerint ligna extinguetur ignis. Esa. 5. Agrum agro copulatis vsqꝫ ad terminum loci. Amos. 6. Et respondebit finis est. Et in plurali.

אֶפֶס Deficere.

Finiri.

Cõplere.

אֶפֶס Defectus. Terminus Finis.

© Biblioteca Nacional de España

אֶפֶס Termini. Fines.

אֶפֶס Aphse. idest termini vel fines. vt. Ps. 2. Et possessionē tuam terminos terre. Et ps. 66. Et metuant eum omnes fines terre. Item אֶפֶס ephes. idest non siue nihilum. vt Esa. 40. Quasi nihilum & inane reputate sunt ei. Et in eodē. 45. Quoniam absq; me non est deus. & in eo. & nō est deus absq; me. & in eo. 47. Et non est preter me alius. Et in eo. 52. Ecce accola veniet qui non erat mecum. et in eo. Et assur absq; vlla causa calūniatus est eum. pro quo hebrei legunt. Et assur pro nihilo calūniatus est eum: quod est idem sensus. Item significat. sed. verūtamen. caue ne. vt Nu. 13. Sed cultores fortissimos habet. Et in eo. 22. Caue ne aliud quam precepero tibi loquaris. 3. Reg. 12. Verūtamen quia blasphemare feciſti inimicos nomen domini. Et quia vt supra dictum est: significat terminum vel finem alicuius rei: Et talus est terminus vel finis corporis humani: inde dicitur. אַפְסַיִם Aphsaim. idest tali. vt Ezech. 47. Et traduxit me per aquam vsq; ad talos.

Nihilum. Non.

Absq; vlla Causa.

Sed. Caue ne. Verūtamē

אַפְסַיִם Tali.

אֶפֶס Id qō non est.

אֶפְעֶה Vipera.

אָפֵס Continere Cohibere.

necessitate compelli. Cōfortari. Dissimulare.

אֶפִיק Torrens.

אֲפִיקִים Torrētes. Riui.

Fontes.

Rupes.

Fortes.

Fistule.

אֶפֶר Cinis.

Puluis.

אֲפַר Velamen.

אַפְרִיוֹן Ferculum

אוֹפִיר

אֶפֶס Apaa. Nihil siue id quod nō est. vt Esa. 41. Ecce vos estis ex nihilo: & opus vestrum ex eo quod non est. et solum inuenitur in predicto loco. Et cum scribitur cum littera he in fine & dicitur. אֶפְעֶה Epheh. tunc significat vipera. vt Iob. 20. Et occidet eum vipere lingua. et Esa. 30. Vipera & regulus volans.

אָפַק Aphac. continere se. vel cohibere. Confortari. Genē. 43. Rursumq; lota facie egressus continuit se. Et in eo. 45. Nō se poterat vltra cohibere Ioseph. & Esa. 63. Multitudo viscerum tuorum & miserationum tuarū super me continuerunt se. Et in eodē. 64. Nunquid super iis contineberis te domine. i. 1. Reg. 13. Necessitate compulsus obtuli holocaustum domino. pro quo hebrei legunt. Et conforta tus sum & obtuli holocaustum domino. Ester. 5. Et dissimulata ira reuersus in domum suam. Inde. אֲפִיק Aphic. i. fortis decursus. fluctus. torrens. riuus. fons. Iob. 6. sicut torrens qui raptim transit in conuallibus. & in plura. אֲפִיקִים Aphicim. Ps. 125. Sicut torrens in austro. quod in hebreo legitur in plurali scilicet sicut torrētes vel riuuli in austro. et Esa. 8. Et ascendet super omnes riuos eius. & Ezech. 35. Atq; in torrentibus interfecti gladio cadent. Ioel. 3. Et sup omnes riuos iuda ibunt aque. Item ponitur pro fontibus. Ps. 17. Et apparuerūt fontes aquarum. Et ps. 41. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum. Item ponitur pro rupibus. ut Ezech. 6. Hec dicit dominus deus montibus & collibus rupibus & vallibus. Et in eo. 31. Et in vniuersis rupib? terre. Tamē hebrei in hiis duobus locis pro rupibus legūt rupturis terre: vbi torrentes vel riui decurrunt. Accipitur etiam pro fortibus. vt Iob. 12. vbi nos habemus & eos qui oppressi sunt releuat: ibi hebrei legūt: & cingulū fortiū dissoluit. Item ponitur pro fistulis eris vel ferri: eo quod sunt fortissime. Iob. 4. Ossa eius velut fistule eris.

אֶפֶר Epher. cinis. fauilla. vt Genē. 18. Cū sim puluis & cinis Ps. 101. Quia cinerem tanq; panem manducabā. Iob 42. Et ago penitentiā in faulla & cinere. Ponitur ēt pro puluere. vt. 3. Re. 20. Et mutauit aspersione pulueris os & oculos suos. & in eo. At ille statim abstersit puluerem de facie sua. Sed in istis duobus locis predictis pro puluere in hebreo habetur. אֲפַר Apher. & dicūt hebrei quod signāt velamen siue tegumētū. Et sic legunt. Et mutauit se velamine siue tegumēto sup oculos suos. Et i eo. At ille abstulit velamen siue tegumentum ab oculis suis. Et secundum hebreos inde deriuatur. אַפִּרְיוֹן Apirion. i. tabernaculum vel lecti ca cortinis velata. Pro quo in nra trāslatione ponitur ferculū. Canti. 3. Ferculū fecit sibi rex Salomon de lignis libani. Item. אוֹפִיר Ophir. filius fuit Iectan. vt habetur Genē. 10. Is sortitus est terram ditissimā in india vbi multum aurū inuenitur & ab eo illa terra nomen accepit: et vocata est.

אוֹפִיר Ophir. vt. 3. Reg. 9. Qui cū venissent in ophir sum ptum inde aurum quadringentorū vigīti talētorū detulerūt ad regē salomonē. Iob. 28. Nō comparabitur tinctis in die coloribus. ubi pro india ponitur ophir. Et ēt ponitur p auro obrizo. vt Esa. 13. Precioſior erit vir auro & homo mundo obrizo. Et Iob. 22. Et pro silice torrentes aureos.

Ophir. Indie. Obrizū. Aurum.

אֲפַתֹּם Apethos. in lingua chaldaica significat preceptū siue statutū. Esd. 4. Et vsq; ad reges hec noxa p? ueniet. pro quo he. le. Et precepto vel statutis regū nocet. & solum inuenitur in predicto loco.

אֲפַתֹּם Preceptū Statutum

אָץ As. instanter hortari. cogere. festinare. De quo vide supra in dictione אוץ Os.

אָץ Cogere.

אֶצְבַּע Esbaa. digitus. de quo vide infra in dictione צְבַע Sebaa.

אֶצְבַּע Digitus.

אָצַל Asal. Reseruare. vl? separare. auferre. dimittere. Genē. 27. Nunquid nō reseruasti & mihi bñdictionē. Nu. 11. Et auferam de spiritu tuo tradāq; eis. Et in eo. Auferēs de spiritu qui erat in moyse: & dans septuagīta viris. Eccls. 2. Et oīa que desiderauerūt oculi mei nō negaui eis. Pro q? hebrei legunt. Et oīa que desiderauerūt oculi mei non separaui vel nō abstuli ab eis. Ezech. 42. Propterea eminebant de inferioribus & de mediis a terra. vbi pro eo quod in lra nra est eminebant in hebreo habetur. נֶאֱצָל Neesal. quod est verbū passiuū prime cōiugatiōis. Pro quo he. le. ꝓpterea separabatur vel separatū erat de inferioribus. Et inde אֲצִילָה Asila. i. distantia siue spatiū. vt Ezech. 41. Sex cubitorū spacio. Et inde. אֲצִילִי Asile. i. separati. vel lōginqui: aut qui ꝓcul recesserūt. Exo. 24. Nec sup eos q procul recesserāt de filiis israel misit manū suā. et Esa. 41. Et a longinquis eius vocauī te. Tamen hebrei dicūt q? in istis duobus locis predictis ponitur pro prīcipibus vel magnatib?: eo qđ sunt diuisi & separati a reliquo vulgo. Itē אֶצֶל esel. i. Prope. iuxta. apud. Genē. 39. Et ille recusabat stuprū. Pro q? in hebreo sic habetur. Et non exaudiebat eā: vt concūberet iuxta eā vel apud eā: et vt esset cū ea. sed beatus Hieronymus transtulit sensū. & Leuit. 6. Et pones iuxta altare. et Ezech. 40. Et limē porte iuxta vestibulū porte intrinseus calamo. vno inde אֲצִילוֹת Asiloth. i. cubiti. Hiere. 38. Sub cubito manuū tuarum. Pro quo in hebreo est sub cubitis manuum tuarū. Ezech. 13. Ve qui cōsuunt puluillos sub omni cubito manus. Et etiam in hoc loco in hebreo est in nu. plu. ſ. sub oībus cubitis manus. Nam hec dictio אֲצִילוֹת Asiloth non inuenitur in hebreo in numero singulari in isto significato. Et dicūt hebrei q? signāt partē brachii ab humero vsq; ad cubitū. Nā alias cubit? אַמָּה Amma dicitur.

נֶאֱצָל Separare.

אֲצִילָה Spacium.

אֲצִילִי quī ꝓcul recesserunt Lōginqui.

אֶצֶל Juxta.

אֲצִילוֹת Cubiti.

אָצַר Asar. recondere. reponere. thesaurizare. vt. 4. Reg. 20. Auferētur oīa que sunt in domo tua: & que condiderūt pres tui. et Esa. 23. Nō condentur neq; reponētur. & Amos. 3. Thesaurizātes iniquitates & rapinas in edib? suis. Et inde. אוֹצָר Osar. i. thesaurus vel cellariū. vt Deuē. 28. Aperiet tibi dominus thesaurum suum optimū cellū. & Nee. 10. ad gazophylaciū in domo thesauri. & Hiere. 38 Ingressus est domū regis que erat sub cellario. & in plurali אוֹצָרוֹת Osroth. secundū terminationē femininorū. i. thesauri: vel cellaria: aut celle. vt Ps. 134. Qui producit vētos de thesauris suis. et. 1. Paralip. 27. Super cellis autem vinariis zabdias Aphonites.

אָצַר Condere. Thesaurizare.

אוֹצָר Thesaurus

Celarium.

אוֹצָרוֹת Thesauri. Celle.

אַקּוֹ Tragelaphus.

אַקּוֹ Aco. Genus aīalis siluestris. Pro quo beatus hieronymus transtulit tragelaphum. vt Deuē. 14. Bubalū. tragelaphum. pygargum. Et solum inuenitur in predicto loco. Et dicunt hebrei q? significat hircum siluestrem.

© Biblioteca Nacional de España

אָרַר maledicere

אָרַר Arar.maledicere.execrare.Geñ.5.In terra cuí male dixit dñs.&in eo.27 Quí maledixerit tibí sit ille maledict?.Iob.3.Quí maledicūt diei.Et aliqñ scribitur cū símplici res.vt Nu.22.Veni igitur & maledic pp'o.et in eodē. Et maledictus in quē maledicta cōgesseris.et Iudí.5.Maledicite terre meroz.Malach.2.Et maledicā benedictionib? vestris:et maledicā illis. Et inde אָרוּר Arur.í. maledictus. vt Geñ.3.Maledictus eris inter oía animātia. Et in eo.49. Maledictus furor eorū quía pertinax.Hiere.17.Maledict? homo quí cōfidit in hoíe.et in plurali אֲרוּרִים Arurim.síue מְאֹרָרִים Mearerim.i.maledicti síue maledicētes. vt Nu.5. Ingrediētur aque maledicte in ventrem tuū. et.1.Reg.26. Maledicti sunt in cōspectu dñí.Et inde מְאֵרָה Meera.i.maledictio.pro q' trāslatio nīa egestatē síue penuriā traduxit. vt Prouer.3.Egestas a dño in domo ipii.et Malach.3.Et in penuria vos maledicti estis. Significat ēt supradicta dictio cū símplici res Collígere.vel.decerpere fructus.de quo vide infra in dictione אָרָה Ara.

אָרוּר Maledict?

אֲרוּרִים מְאֹרָרִים Maledicti

מְאֵרָה Egestas Penuria. Collígere

אֲרָאֵלִם Videtes.

אֲרָאֵלִם Erelam.videntes.Esa.33.Ecce vidētes clamabūt foras.hebrei tamē dicūt q?d אֲרִיאֵל Erela m est nomen cuíusdam hierarchie angelorum . et sic legunt. Ecce angelí eorum clamabunt foras . Beatus vero hieronymus in suís explanationibus sup hoc loco sic ait. Verbū hebraicū arelā p quo aquila symmachus & theodotío inter pretatí sunt apparebo eis:extremā syllabam diuidētes & le gētes Are lam: hebrei significare āgelos arbitrātur:& esse prophetiā:post vocationē gentiū & diuitías ecclesie de sub uersiōe templí quod flebāt angelí nequaq̄ intus habitātes sed exeuntes foras.hec hieronymus.

אָרַב Insidiari.

אָרַב Arab.insídiari.Deut.19.Síquís aūt odío habens pro ximū insídiatus fuerit vite eius. Ps.10.Insídiatur in abscōdito quasi leo in spelūca sua.Prouer.1. Si dixerint ve ní nobíscū insídiemur sanguini.Et in eodē.12.Verba ipiorum insídiātur sanguini.Et scribitur alíquādo sine aleph. vt.1.Reg.15.Vbí dicitur. Et tetendit insídias in torrente. Vbí ponitur וַיֵּרֶב Vaiareb.pro וַיֹּאֶרֶב Vaíaareb. inde אֹרֵב Oreb.i.insídians.síue insídie.Ioſ.8. Pone insídias vrbí.Et in eodē.Consurgetis de insídiis & vastabítis ciuitatē.& recípit in fine mem.& dicitur מַאְרָב Maarab. Ps.10.Sedet in insídiis cū diuitibus.& inde אֹרֶב áreb.i.latibulū vnde prospícientes insídiātur.Iob.37.Ingredietur bestía latibulum suū. et inde אַרְבּוֹת Aruboth.i.cataracte síue feneſtre ex quí bus aliqñ insídiatur.Geñ.7.Et cataracte celí apte sunt.Esa. 60. Et quasi colūbe ad feneſtras suas. Accípitur etiā pro fumario quod est foramē síue feneſtra quedā.vt Osee.13. Et sicut fum? de fumario.vbí pōitur אֲרֻבָּה Arubba in nūero singulari. Itē אַרְבּוֹת Arubboth.ponitur pro allisione.Esa. 25.Et humiliabit gloriā eius cū allisione manuū eius. Tamen hebrei primā significationē sequētes legūt.Et hūiliabit gloriā eius cū insídiis manuū eius.Itē אַרְבֶּה Arbbe.locusta.Exo.10. Ecce ego inducā cras locustam in fines tuos. Et in eodē. Ventus vrens leuauit locustas.

וַיֵּרֶב Pro.

וַיֹּאֶרֶב אֹרֵב Insidie

מַאְרָב Insidie.

אֹרֶב Latibuli.

אַרְבּוֹת Cataracte. Feneſtre. Fumarii.

אֲרֻבָּה אַרְבּוֹת Allisio. Insidie

אַרְבֶּה Locusta.

אַרְבַּע אַרְבָּעָה Quattuor.

אָרַג Texere. Plectere.

אָרַג Arag.texere.plectere.Exo.35.Et texant oía.Iudí.16 Sí iquit septem crines capitis cū licio plexueris.Esa. 59. Et telas aranee texuerunt.& inde אֶרֶג E'reg.síue אָרֶג áreg.i.tela.síue textura.Iudí.16.Extraxit clauū cū crinibus et licio.pro quo hebrei legūt.Extraxit clauū cū tela & licio. Iob.7.Dies mei velocius transierūt q̄ a texente tela succídítur.Et inde. אֹרֵג Oreg.i.textor síue texens. Esa.38.Presciſſa est velut a texēte vita mea.Et in p'rali אֲרָגִים órguím.

אָרַג Tela.

אֹרֵג Texens

אֲרָגִים Texentes

1.Reg.17.Hastile aūt haste eius erat quasi liciatorīū texentium. Esa.19.Et texentes subtilia. & in genere femínino. אֲרֹגוֹת Orgoth . 4. Reg . 23 . Pro quibus mulieres texebant quasi domūculas lucí.

אֲרֹגוֹת

אַרְגָּמָן Purpura.

אַרְגְּוָן Argueuan in língua chaldaíca significat purpurā. Dañ.5.Purpura vestíetur.

אַרְגָּז Arca vel capsella.

אַרְגַּז Argaz.Arcula.i.arca paruula.vel capsella.1. Reg.6. Ponetis capsellam ad latus eius.

אַרְגָּמָן Purpura. purpureū.

אַרְגָּמָן Argaman.purpura síue purpureū. Exo.25. Hyacínthum & purpuram cocūq̄ bís tínctum. Canti. 3.Accensum purpureum.

אָרָה Wetere. Decerpere Colligere. videmiare. maledicer.

אָרָה Ara.Colligere.decerpere.metere.maledicere.vt Cāti.5. Mesuí myrrhā meā cum aromatibus meis. Pro quo hebrei legūt.Decerpsí vel collegí myrrhā meā.Ps.79. Vindemiāt eam omnes quí pretergrediūtur viam.pro quo hebrei legūt.collígūt vel decerpunt.ponitur etiā pro male dicere.vt Nu.22.Veni igitur & maledic pop'o quí fortíor me est. Et de hoc vide supra in dictione אֲרַר Arar.& inde.

אֲרִי Leo.

אֲרִיֵה Leo.

אֲרִיאֵל Ariel.

אֲרוּת Presepia.

אֲרִי אֲרִיֵה Arie.i.leo.de q' vide infra post dictionē Arach.vide ēt ibí de dictiōe אֲרִיאֵל Ariel.et inde אֲרוּת Vruoth.i.p̄sepia.3.Reg.4.Et hēbat salomō q̄draginta mílía presepía equorū.2.Paral'.32.Et presepía oīm iumētorū.

אֲרוּ Ecce.

אֲרוּ Aru.in língua chaldaíca significat ecce: síue en. Dañ. 7.Et ecce quattuor venti celí pugnabant in marí magno.Et in eodē.Et ecce bestía quarta terribílis.

אֶרֶז Cedrus.

אֶרֶז E'rez.cedrus.vt.3. Reg.4. Et dísputauit sup lignis a cedro que est in líbano vsq̄ ad hyssopū que egredítur de parietc. Ps.91.Sícut cedrus líbaní multíplicabitur. Et in plurali אֲרָזִים Arazim.vt Ps.148.Lingna fructífera et oēs cedrí.Scribítur etiā cū puncto surech in secūda syllaba:et dícitur אֲרָזִים Aruzim.Ezech.27.Cedros quoq̄ habebant in negociationíbus tuís.Et inde אַרְזָה Arza.quod secundū hebreos significat cōtignationē domorū ex lignís cedrínis factā.Soph.2.Vbí nos habemus qñ attenuabo robur eius.hebrei legūt. Quoniā cōtignatio nudata est : síue dissípata est.potest etiā deriuarí a verbo רָזָה Raza.quod significat attenuare sicut est in líttera nostra.Et tūc illa líttera aleph que ponitur in príncipio dictonis erit príme persone futuri índicatiuí.

אֲרָזִים Cedri.

אַרְזִים Cedri.

אַרְזָה Attenuare cōtignatio

אָרַח Bradirí.

אָרַח Arach.itínerare.íre.gradírí.vt Iob.34. Quí gradítur cū operātib? iníquitatē.inde אֹרַח órach.i.semita vía.iter.cōsuetudo.Geñ.49.Ceraſtes in semita.Iob.16. Et semitā p quā nō reuertar.Ps.26 Et dírige me i semitā rectā. Ps.138.Semitā meā & funiculū meū inuestigastí.Proue.2. Qūí derelínquūt iter rectū.Et in eodē. 15. Doctrína mala deserentíū viam Et in eodē. Vía iustorū absq̄ offendículo. Acípitur etiā pro cōsuetudíne. Geñ.18. Desierant sare fierí muliebría.pro quo in hebreo est. desíerat sare fieri concōsuedo mulíerum.Et in plurali אֹרְחוֹת Orchoth.i.semite. vie.calles.Iudí.5.Quíeuerūt semite & quí ingrediebantur per eas ambulauerūt per calles deuíos.& inde אוֹרֵחַ Oreach ídest viator.vt Hiere.15.Et quasi viator declínās ad manēdum.Et in plurali אוֹרְחִים orchim.vt in eo.9. Quís dabit me in solitudíne díuersorium viatorum. Et inde אֹרְחַת Orchath.i.comitatus viatorū. Geñ.37. Viderunt ísmaelítas viatores venire de galaad.Et inde אֲרוּחָה Arucha.ídest annona síue viaticum vel cibarium quod datur per síngulos díes.vt.4.Reg.vltímo. Annonam quoq̄ constituit eí síne intermíssione : que dabatur eí a rege per síngulos dies.Hiere.vltímo . Et cibaría eius cibaría perpetua dabātur eí a rege babylonís statuta p síngulos dies.Prouer.15.Melíus est vocarí ad olera cum charitate: q̄ ad vitulum sagina tum cum odío.Pro quo hebrei legūt.melíus est cibarīū sí-

אֹרַח Semita

אֹרַח Iter.

אֹרַח Via.

אֹרְחוֹת Cōsuetudo

אֹרְחוֹת Semite. Calles.

אוֹרֵחַ Viator.

אוֹרְחִים Viatores.

אֹרְחַת Viatores

אֲרוּחָה Annona. Cibaria.

© Biblioteca Nacional de España

ue viaticum oleris cum charitate: ꝙ vitulum saginatum cū odio. Sed idem est sensus cum littera nostra.

Leo. אַרְיֵ Ari. Leo. Nu. 23. Et quasi leo erigetur. 1. Reg. 17. Et veniebat leo & vrsus & tollebat arietē. Et in eo. Leonem & vrsum interfeci ego seruus tuus. & aliquando scribitur cum littera he in fine & dicitur אַרְיֵה Arieh. ideſt leo

Leo. אַרְיֵה Genī. 1. Accubuisti vt leo. Ps. 7. Nequando rapiat vt leo animam meam. Ps. 21. Salua me ex ore leonis. Amos. 3. Nunquid rugiet leo in saltu. Est etiam nomen propriū loci. 4. Reg. 15. Iuxta argob & iuxta ariph. debet legi. iuxta argob & iuxta arieh. & in plurali. אַרְיוֹת Araioth. secundum terminationem femininorum. vt. 3. Reg. 10. Et duo leones iuxta

Leones. אַרְיוֹת manus singulas. Inuenitur etiā אַרְיִים Araiim secundum

Leunculi. אַרְיִים terminationem masculinorum. vt in eo. 10. Vbi dicitur leū culi stantes. & in lingua chaldaica dicitur אַרְיֵא Aria. ideſt

Leo. אַרְיֵא leo & in plurali אַרְיָוָתָא Ariauatha. i. leones. Dañ. 6. Mittetur in lacum leonum. inde אַרְיֵאל Ariel. ideſt fortis. magnus

Leones. אַרְיָוָתָא aut robustus quasi leo. 2. Reg. 23. Ipse peussit duos leones

Leones. אַרְיֵאל moab. quod hebrei exponunt duos fortissimos moab. vel secundum translationem chaldaicam: duos magnos & principes moab. & componitur ab אַרִי Arí. ideſt leo: & אֵל El

pro altari. אַרְיֵאל quod significat fortem. accipitur etiam אַרְיֵאל Ariel pro altari holocausti. vt Ezech. 43. Et ab ariel vsq; ad sursum cornua quattuor: & ariel duodecim cubitorum in lōgitudine. Scribitur etiam sine iod & cum he in principio & dicitur הַאַרְאֵל Haarel. vt in eo. cap. 43. vbi dicitur. Ipse autem ariel quattuor cubitorum. accipitur etiam ariel pro ciuitate ierusalem in qua erat altare holocausti. Esa. 29. Ve ariel ariel

ciuitas quam expugnauit dauid. De dictione autē אֲרָאֶלָם Erelam vide supra post dictionem אֲרָר Arar.

Prolōgaſ אָרַךְ Arach. prolongare. in longum differre. longū facere. siue longum esse. Genī. 26. Cūq; pertransissent dies plurimi. pro quo hebrei legunt. Cūq; prolongarentur sibi ibi dies. Deut. 6. vt prolongentur dies tui. Et in eo.

Longiores esse. 22. Et longo viuas tempore. 2. Paralipo. 5. Quia paululū longiores erant. Prouer. 28. Qui autem oderit auariciam longi fient dies eius. Esa. 54. Longos fac funiculos tuos. Ezech. 12. In longum differentur dies. Et in eo. 31. Et eleuati sunt rami eius. Pro quo hebrei legunt. Et prolongati sunt rami eius. & inde אֹרֶךְ orech. ideſt longitudo dilatatio.

Lōgitudo. Genī. 6. Trecentorum cubitorū erit longitudo arce. & Exo. 25. Duos cubitos & dimidiū tenebit longitudo eius. Deut. 30. Ipse est enim vita tua & longitudo dierū tuorū. Ezech. 17. Longo membrorum ductu. Et in eo. 31. In dilatatione

Dilatatio. אֲרוּךְ arbustorum suorum. & inde אֲרוּךְ Aruch. ideſt lōgus. & in

Longus. genere femininо אֲרוּכָה Arucha. ideſt longa siue longior.

Longa. אֲרוּכָה vt Iob. 11. Longior terra mēsura eius. & inde אַרְכָּה Archa.

Lēpus lōgum. אַרְכָּה Quod in lingua chaldaica significat temporis longitudinem. Dañ. 7. Et tempora vite constituta essent eis. Accipitur etiam אַרוּכָה Arucha pro medicina vel sanitate post longum tempus acquisita. vt Esa. 58. Et sanitas tua citius orietur. Dañ. 4. Forsitan ignoscet deus delictis tuis. pro quo hebrei legunt. forsitan erit sanitas seu medicina delicto tuo.

Sanitas. אַרוּכָה

Cicatrix. In aliis vero locis beatus Hieronymus transtulit cicatricē. 2. Paralipo. 24. Et obducebatur parietum cicatrix. Nec. 4. Quod obducta esset cicatrix muri ierusalē. Hiere. 8. Quare igitur non est obducta cicatrix filie populi mei. Et in eo.

אֲרִיכָה 30. Obducam enim cicatricem tibi. Et inde אֲרִיךְ Arich. quod in lingua chaldaica significat sanum vel conueniens Esdre. 4. Et lesionē regis videre nefas ducimus. Pro quo

Sanum. אֲרַכְבָּה hebrei legunt. Et damnum siue lesionem regis non est sanū nobis videre: siue nō ē cōueniēs nobis videre.

אַרְכְּבָה Arcubba. in lingua chaldaica significat genu. Dañ. 5. Et genua eius ad se inuicem collidebantur.

Genua.

Syria. אֲרָם Aram. syria. vel syrus. 2. Reg. 8. Facta ē syria seruiens dauid. Et in eo. 10. Conduxerunt mercede syrū

Sirus. roob. Scribitur etiam cum iod in fine & dicitur אֲרַמִּי Arami. ideſt syrus. Deut. 26. Syrus persequebatur patrem meum. & in genere femenino אֲרַמִּיָּה Aramia. ideſt mulier de

Sirus. אֲרַמִּי syria. & inde. אֲרָמִית Aramith. ideſt siriace. Dañ. 2. Respon-

Siriace. אֲרָמִית derunt chaldei regi siriace. Esdre. 4. Epistola autem accusationis scripta erat siriace & legebatur sermone siro. Item

גָּאַל Redimere גָּאַל Gaal. Redimere. emere. inquinare. Exo. 6. Ac redimā in brachio excelso. Et in eodem. 15. Dux fuisti in misericordia tua pplo quem redemisti. Ps. 71. Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum. Esa. 43. Noli timere quia redemi te. & in eodem. 48. Dicite redemit dominus seruū suum iacob. & in eodem. 63. Ipse redemit cos. Osee. 13. De morte redimā eos. Significat etiam emere vel redimere iure propinquitatis rem propinqui venditam vel alienatam vel si ipsemet redimat quod vendiderat. Leuit. 25. Pōt redimere quod ille vendiderat. Et in eodem. Si non redemerit. Et in eodem. Qui voluerit ex fratribus ei⁹ redimet eū. & in eodem. Sin aūt ipse potuerit redimet se. Ruth. 3. Si te voluerit propinquitatis iure retinere: bene res acta est: si aūt noluerit ego te absq; vlla dubitatione suscipiā. pro quo hebrei legunt. Si redemerit te: bene: redimat: & si non redemerit: ego te redimā. Sed btūs Hieronym⁹ trāstulit sensum Et in eodem. 4. At ille respondit ego agrum emā. Et in eodem. Cedo iuri propinquitatis. Pro quo hebrei legunt. Nō possum redimere siue non possum emere. Et in eodem. tu vero vtere priuilegio quo me libēter carere profiteor. Pro quo hebrei legunt. Tu vero redime tibi redemptiōe mea: quia non possum redimere. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum in locis predictis. Et inde גְּאֻלָּה Geula. i. redēptio aut facultas vel licentia redimendi. Leuit. 25. Sub redemptionis conditione vendetur. & in eodem. Habebit licentiam redimendi donec vnus impleatur annus. & inde גֹּאֵל Goel idest redemptor. Iob. 19. Scio enim q redemptor meus viuit. Ps. 18. Domine adiutor meus & redēptor me⁹

Crescere. Supbire גָּאָה Arrogans Superb⁹. גֵּאִים Superbi. גְּאוֹנִים גָּאוֹן Superbia Arrogātia Altitudo. Gloria. Maiestas. גָּאֲוָה Superbia Arrogātia Corpus. גָּאָה Arrogātia גְּאוּת Superbia Gloria. גָּאַל Redimere Redimere Emere. גְּאֻלָּה Redēptio. Licētia redimendi. גֹּאֵל

© Biblioteca Nacional de España

Esa.41.Et redemptor tuus sanctus israel. Et in eodem.59. Et venerit siō redemptor. Accipitur etiam pro propinquo vel proximo: eo q̄ iure propinquitatis habebat licentiā redimendi vt supradictum est. Leuit.25. Propinquus ei? pōt redimere. & in eodem. Si aūt nō habuerit proximū. Ruth. 4. Cūq̄ vidisset propinquū preterire. Ponitur etiam predicta dictio גָּאַל Gaal. p antiphrasin pro inquinare vel coinquinare. aut cōtaminare. vel polluere. aut fedare. siue obscurare. Esa.63. Et oīa vestimenta mea inquinaui. Thren. 4. Polluti sūt sanguine. Dañ.1. Proposuit aūt daniel in corde suo vt non pollueretur de mensa regis. & in eodem. Et rogauit eunuchorum prepositum ne contaminaretur. Malach.1. Offertis super mensam meam panem pollutum: & dicitis in quo polluim? te. Soph.3. Ve prouocatrix & redēpta. pro quo hebrei legunt. Ve prouocatrix & contaminata siue fedata vel deturpata. Potest etiam significare redēptā sicut est in littera nostra. Significat etiam obscurare vel deturpare. Iob.3. Obscurent eum tenebre & vmbra mortis. Item ponitur pro eiicere vel separare aliquem tanquā pollutum & immundum. Esdre.2. Et eiecti sunt a sacerdotio. & similiter. Nee.8. vbi eadem verba habentur.

Propiqn? Proxim?

inquinare Polluere.

Cōtamiare

obscurare.

Eiicere.

גַּב Gab. altitudo. eminentia. dorsum. supercilium. statura. Ps.128. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores Leuit.14. Radet capillos capitis barbamq̄ & supercilia. Ezech.1. Statura quoq̄ erat rotis. & in eodem. Et totū corpus oculis plenum. pro quo hebrei legunt. Et dorsa eorū oculis plena. Quod est idem sensus cum littera nostra. Et in eodem. 43. Hec quoq̄ erat fossa altaris. pro quo hebrei legunt. Et hec erat altitudo siue statura altaris. Potest etiā deriuari a sequenti dictione גֵּבָא Gébe. quod significat cisternam vel fossam: sicut est in littera nostra. Item ponitur pro lupanari. eo quod meretrices stabant in loco eminēti: vt viderentur a transeuntibus. Ezech.16. Edificasti tibi lupanar. & in eodem. Et destruent lupanar tuum. ponitur ēt גֵּבִים Gebim in plurali pro cisternis vel fossis. de quo vide infra in dictione גּוֹב Gob. & inde גִּבְעֹן Giben. per additionē nun in fine. quod secūdum hebreos significat excelsum vel eminentem. Ps.67. Mons coagulatus: mons pinguis. pro quo btūs Hieronym? in psalterio iuxta hebraicā veritatē transtulit. Mons excelsus &c. de quo vide infra in dictione גִּבְעֹן Giben. quia secundum aliquos hebreos illa littera nun est de substantia dictionis.

Dorsum superciliū. Statura.

Lupanar.

Excelsus.

גֵּבָא Gébe. cisterna. vel palus. Esa.30. Aut hauriatur parū aque de fouea. Pro quo hebrei legunt. Aut hauriatur parum aque de cisterna siue de palude. Cuius plurale ponitur pro palustribus. Ezech.47. In littoribus aūt eius & in palustribus non sanabuntur.

cisterna vt palus. Palustres

גָּבַהּ Gaba. exaltari. sublimē esse. eleuatū esse siue eleuari. superbire. Iob.11. Excelsior celo est: & quid facies. Ps. 112. Qui in altis habitat. Ps.130. Domine non est exaltatū cor meum nec elati sunt oculi mei. Prouer.16. Et ante ruinam exaltabitur spirit?. & in eodem.17. Qui exaltat ostiū suum querit ruinam. Esa.3. Pro eo quod eleuate sunt filie sion. & in eodem.5. Et exaltabitur dominus exercituū in iudicio. & in eodē.52. Et sublimis erit valde. & in eodē.55 Sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sūt vie mee a viis vestris. Ezech.16. Et eleuate sunt & fecerunt abominatiōes & in eodem.19. Et exaltata est statura eius. & in eodem.31. Propterea eleuata est altitudo eius. vbi ponitur גָּבָא Gaba. cum aleph in fine loco he. Abdie.1. Si exaltatus fueris vt aquila. & inde גָּבָה Góba. siue גַּבְהוּת Gabhuth. i. altitudo. sublimitas. exaltatio. eleuatio siue elatio. 1. Reg.16. Non respicias vultum eius: neq̄ altitudinem stature eius. Ps.102. Secundum altitudinem celi a terra. Esa.2. Incuruabitur oīs sublimitas hominū. & in eodē.7. Siue in excelsum supra. vbi ponitur הַגְבֵּהַּ Hagbéha. & inde גָּבֹהַּ Gaboha. vel גְּבֹהָה Geboha. i. excelsus. sublimis. eleuatus. 1. Reg.2. Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. pro quo hebrei legunt. Nolite multiplicare loqui sublime sublime. Eccl's.5. Quia excelso excelsior est alius. & Esa.2. Et super omnem turrē excelsam. & in plurali גְּבֹהִים Gebohim. Eccl's.5. Et super hos quoq̄ eminentiores sunt alii. Item גְּבַע Geba. i. elatus. superbus. arrogās. Ps.100. Superbo oculo & insaciabili corde. Prouer.16. Abominatio domini omnis arrogans.

Altitudo. sublimitas

Sublime. Excelsus. Excelsior Excelsa

Eminentiores.

Superb?. Arrogans

גִּבְעַת Gibéah. recaluaster. depilatus. Leuit.13. Et si a fronte ceciderint pili recaluaster & mundus est. & inde גַּבַּחַת Gabácbath. i. recaluatio. depilatio. vt in eodem. Si autem in caluitio siue in recaluatiōe albus vel ruffus color fuerit. Accipitur etiam pro depilatione panni aut vestimenti. vt in eodem. Eo quod infusa sit in superficie vestimenti vel per totum lepra. pro quo hebrei legunt. Corrosio enim est in caluitio suo vel in recaluatione sua. & dicunt hebrei qnod caluitium quod in hebreo dicitur קָרַחַת Caráchath est a parte posteriori. & גַּבַּחַת Gabáchath. i. recaluatio est a pte anteriori. & idem videtur inuere textus cum dicit. & si a fronte ceciderint pili: recaluaster & mundus est.

Recaluaster.

recaluatio

גָּבַל Gabal. terminare. limitare. i. terminum vel limitē ponere. Exo.19. Cōstituesq̄ terminos populo per circuitum. & in eodem. Tu enim testificatus es & iussisti dicēs. Pone terminos circa montem. Deut.19. Non assumes & transferes terminos proximi tui quos fixerunt priores. Ios.18. Qui est terminus illius ab oriente. Pro quo hebrei legunt. Et iordanis terminabit illum ab oriente. Zacha.9. Emath quoq̄ in terminis eius. s. erit vel cōputabitur. pro quo hebrei legunt. Emath quoq̄ terminabitur siue limitabitur in ea. & inde גְּבוּל Gebul. i. termin? vel confinium. Nu.21. Arnon terminus est Moab. & Ios.1. Erit terminus vester. Ps. 103. Terminum posuisti: quem non transgredientur. Et in plurali. גְּבוּלוֹת Gebuloth. siue גְּבוּלֵי Gebule. Iob.24. Alii terminos transferūt. Ps.73. Tu fecisti omnes terminos terre. Esa.60. Vastitas & contritio in terminis tuis. Accipitur etiam aliquando pro fine vel definitiōe. Ps.147. Qui posuit fines tuos pacem. Esa.28. Et milium & viciam in finibus suis. ubi ponitur in hebreo singulare p plurali. Ezech. 43. In summitate montis omnes fines eius. & in codē. Et definitio eius vsq̄ ad labium eius. & in eodem. ca. ponitur in translatione nostra pro corona que fit ad decorem in sūmitate alicuius vasis & est definitio vel terminus ipius vasis. vbi dicitur. Et corona in circuitu eius dimidii cubiti. & in eodem. Et super coronam in circuitu. Significat etiā qū terminus vel finis alicuius rei iungitur cum termino vel fine alterius: & maxime quando ambe sunt similes. Exo.28 Facies in rationali catenas sibi inuicem coherentes. vbi ponitur גַּבְלוֹת Gabluth. pro eo quod in littera nostra est sibi inuicem coherentes.

Terminos constituere Terminos ponere.

Termiare.

Terminus

Finis.

Definitio.

Corona.

Sibi inuicem coherentes.

גִּבְעֹן Giben. Eleuatus. excelsus. Et significat etiam Gibbosum: eo quod gibbus est eleuatio vel tumor in dorso. Leuit.21. Si fracto pede: si manu: si gibbus: si lippus. & scribitur in plurali cum duplici nun. & dicitur גִּבְנוֹנִים Gabnunim. Ps.67. Mons coagulatus: mons pinguis. pro quo hebrei legunt. Mons eleuationū: mons basam. Vnde beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatē sic traduxit. Mons excelsus: mons basam. Alii vero interpretantur. Mons gibbosus a predicta dictione גִּבְעֹן Guiben: que significat gibbosum. Potest etiam significare coagulatum Sicut. lxx. transtulerunt: a dictione גְּבִינָה Gebina. i. caseus

Gibbus

Coagulat? eleuatio.

Excelsus.

© Biblioteca Nacional de España

quſi t coagulatione lactis. Iob. 10. Et ſicut caſeum me coagulaſti.

גִּבְעָ Collis. גִּבְעָה Collis. גִּבְעָת גִּבְעוֹת גִּבְעוֹת Colles. Babas. גִּבְעַ Scyphus. גִּבְעִים Scyphi כְּנִבְעֹת Tiara נִבְעֹל Folliculus

Gébaa. collis. Zach. 14. De colle remon ad auſtrũ ieruſalem. & aliquando ſcribitur cum he in fine: & dicitur גִּבְעָה Gibaa. Hiere. 2. In omni enim colle ſublimi. Et in eodem. 16. Et venabuntur eos de omni monte & de omni colle. & in eodem. 50. De monte in collem tranſierunt. & quãdo poſt ſe regit genitiuum ſcribitur cũ tau in fine loco he. & dicitur גִּבְעַת Gibaath. Ioſ. 5. Et circuncidit filios iſrael in colle preputiorum. & in plurali גִּבְעוֹת Gebaoth. ſiue גִּבְעֹת Giboth. i. colles: Geñ. 49. Donec veniret deſiderium collium eternorum. Nu. 23. De collibus cõſiderabo eũ. Deut. 33. Et de pomis collium eternorum. Ps. 64. Et exultatiõe colles accingentur. eſt etiam nomen proprium loci: eo qd erat ſitus in colle. Iudi. 19. Sed tranſibo vſq; gabaa. Eſa. 10. Gabaa ſedes noſtra. Inde גִּבְעִי Gabiaa. i. calix. vel ſcyphus. Geñ. 44. Scyphum aũ meum argenteum & preciũ quod dedit tritici ponẽ ore ſacci iunioris. & in plurali גְּבָעִים Gebiim. Exo. 25. Tres ſcyphi quaſi in nucis modum per calamos ſingulos. & inde מִגְבַּעַת Migbaath. i. pileus vel tiara. Exo. 29. Et baltheos ac tiaras in gloriam & decorem. & ſolum inuenitur in numero plurali.

גִּבְעֹל Folliculus

Gibood. Folliculus lini. Exo. 9. Et linum iam folliculos germinaret. Et ſolum nuenitur in predicto loco.

גָּבַר Preualere. Cõfortari. fortiorẽ eẽ. Roborari. Violẽtã eẽ Corroborari. Superare. Cõfirmare Cõfortare. גְּבוּרָה Robur. Potentia. גְּבוּרְתָּא Fortitudo. גְּבֻרוֹת Potẽtat⁹. Potentie. Virtutes גִּבּוֹר Potens Robuſtus Fortis. גִּבּוֹרִים Fortes. Potentes גִּבִּיר Dominus

Gabar. preualere. cõfortari: vel confirmare. roborare vel roborari. fortem vel violentum eſſe. Confirmare Geñ. 7. Et aque preualuerunt nimis ſuper terrã. & in eodẽ. 49. Benedictiones pris tui confortate ſunt. 1. Reg. 2. Quia non in fortitudine ſua roborabitur vir. 2. Reg. 1. Aquilis velociores leonibus fortiores. ſ. ſunt. Iob. 15. Et contra omnipotentem roboratus eſt. Et in eodem. 21. Subleuati ſunt confortatiq; diuitiis. & in eodem. 36. Quia violẽti fuerũt. Ps. 11. Linguam noſtram magnificauimus. pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicã veritatem trãſtulit. Linguam noſtram roboremus. Ps. 64. Verba iniquorum preualuerunt ſuper nos. Ps. 102. Corroborauit miſeri cordiam ſuã ſuper timentes ſe. Eccl's. 10. Multo labore exacuetur. Pro quo hebrei legunt. Et exercitus ſuperabitur. Poteſt etiam legi ſic. ſ. & viribus preualebit. quod eſt idem ſenſus cum littera noſtra. Dañ. 9. Cõfirmabit autem pactũ multis. Zach. 10. Et confortabo domum Iuda & domũ Ioſeph. & in eodem. Cõfortabo eos in domino. & inde גְּבוּרָה Gebura. i. robur. potentia. virtus. Iudi. 8. Iuxta etatem robur eſt viri. 2. Paralip. 10. In manu tua eſt fortitudo & potẽtia. Ps. 64. Accinctus potentia. Ps. 79. Excita potentiam tuam & veni. & in lingua chaldaica dicitur גְּבוּרְתָּא Geburtha. Dañ. 2. Quia ſapientia & fortitudo eius ſunt. & in plurali גְּבֻרוֹת Geburoth. i. potentie. vel potentatus. aut virtutes. vel fortitudines. Ps. 19. In potentatibus ſalus dextere eius. Ps. 70. Introibo in potentias domini. Ps. 88. Si aũt in potentatibus octoginta anni. Ps. 105. Quis loquetur potẽtias domini. Ps. 150. Laudate eum in virtutibus eius. Et inde גִּבּוֹר Gibor. i. potens. robuſtus. fortis. Geñ. 10. Ipſe cepit eſſe potens in terra. & in eodem. Et erat robuſtus venator coram domino. Ruth. 2. Homo potens & magnarum opũ Ps. 23. Dominus fortis & potens: dominus potẽs in prelio. Eſa. 3. Fortem & virum bellatorem. & in eodem. 49. Numquid tollẽtur a forti preda. & in pſali גִּבּוֹרִים Giborim. i. potentes: vel fortes: aut robuſti. Canti. 3. En lectulum ſalomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortibus iſrael. & in eodem Omnis armatura fortium. Eſa. 5. Ve qui potentes eſtis ad bibendum vinum. & inde גְּבִיר Gebir. i. Dñs vel dominator aut ſuperior. Geñ. 27. Et dñm tuũ illum conſtitui. & in genere feminino גְּבִירָה Gebira ſiue גְּבֶרֶת Gebereth. Geñ. 16. De ſpexit dominam ſuam. & Eſa. 47. In ſempiternũ ero dña. Hiere. 13. Dic regi & dominatrici. & inde גֶּבֶר Geber. ſiue גֶּבֶר Gebar. i. vir. ſiue homo. eo quod habet poteſtatem vel dominium ſupra mulierem. Deut. 22. Nõ induetur mulier veſte virili: nec vir vtetur veſte feminea. Iob. 3. Viro cuius abſcondita eſt via. & in eodem. 34. Quis eſt vir vt eſt Iob. & in eodem. 38. Accinge ſicut vir lumbos tuos. Ps. 17. Et cum viro innocente innocens eris. Ps. 88. Quis eſt homo qui viuet: & non videbit mortem. Prouer. 30. Viam viri in adoleſcentia. Hiere. 17. Maledictus homo qui cõfidit in homine. & in eodem. Benedictus vir qui confidit in domino. & in eodem. 22. Virum qui in diebus ſuis non proſperabitur. & in eodem. 31. Femina circundabit virum. Threñ. 3. Ego vir videns paupertatem meam. & in eodem. Bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Dañ. 8. Ecce ſtetit in conſpectu meo quaſi ſpecies viri. & in plurali גְּבָרִים Gebarim. Exo. 10. Ite tantum viri. & in eodem. 12. ſexcenta fere millia peditum virorum. & in ligua chaldaica dicitur גּוּבְרִין Gubrin ſiue גּוּבְרַיָּא Gubraia. Dañ. 3. Sũt ergo viri iudei. & in eodem viri iſti contempſerunt te. Ponitur etiã גֶּבֶר Ge'ber. pro ſingulis. Ioel. 2. Singuli in calle ſuo ambulabunt. Item גָּבַר Gáber. i. gallus gallinaceus. Eſa. 22. Sicut aſportatur gallus gallinaceus.

גַּבִּישׁ Eminens

Gabis. eminens: ſiue grande. Iob. 28. Excelſa & eminentia non cõmemorabũtur. vbi pro excelſa & eminentia in hebreo habetur רָמוֹת Ramoth & גַּבִּישׁ Gabis. Et dicunt hebrei quod ſunt lapides precioſi: ſic dicti propter ſuam excellentiam. Nam dictio ramoth excelſa ſiue alta interpretatur. Prouer. 24. Excelſa ſtulto ſapiẽtia. Vbi pro excelſa põitur ibi ramoth ſcriptũ eiſdem litteris ſicut in ſupra dicto loco. Põitur etiam pro ſerico. Ezech. 27. Vbi dicitur. Et ſericum & chodchod propoſuerunt in mercato tuo. Sed dictio גַּבִּישׁ Gabis ſolum inuẽitur in ſupradicto loco: & ab eo componitur אֶלְגַּבִּישׁ Elgabis. pro quo beatus Hieronymus tranſtulit Pergrandes. ſiue grandes. Ezech. 13. Et dabo lapides pergrandes. Et in eodem. 38. Et imbre vehemẽti & lapidibus immenſis. vbi pro immenſis põitur elgabis. Et dicunt hebrei q̃ ſignificat grandinem qñ. ſ. lapides grãdinis ſunt magni & in magna quantitate. Nã dictio אֵל El cum qua compõitur fortem ſiue fortiſſimum ſignificat vt ſupra in dictione אֵל El dictum eſt.

Sericum. אֶלְגַּבִּישׁ pgrandes. Immenſe.

גָּד Felicitas

Gad. felicitas. fortuna. coriandrum. Geñ. 30. Dixit felíciter. & idcirco vocauit nomẽ eius gad. pro q̃ in hebreo habetur. In felicitate: ſiue venit felicitas: & vocauit nomen eius gad. Et. lxx. tranſtulerunt: in fortuna. Poteſt etiam deriuari a ſequenti dictione גָּדַד Gadad que ſignificat expeditionem ſiue accinctum vel procinctum. vnde beat⁹ Hieronymus in libro de hebraicis queſtionibus ſuper hoc loco ſicait. vbi nos poſuimus in fortuna: & grece dr̃ ἐυτυχικὰ quod poteſt euent⁹ dici. in hebreo habetur בָּגָד Bagad. Q̃d aquila interpretatur venit accinctio. Nos autem dicere poſſumus in procinctu. Ba. enim poteſt prepoſitionem ſonare in: & venit. Gad euentus: ergo ſiue procinctus quod gad dicitur Zelphe filius gad vocatus eſt. hec Hieronymus. ponitur etiam גַּד Gad. p fortuna. Eſa. 65. Qui ponitis fortune menſam: & libatis ſuper eam. Et dicunt aliqui hebrei. quod in predicto loco accipitur גַּד Gad pro ſtella iouis: eo quod iupiter in lingua arabica ſic vocetur. Alii vero dicunt quod ſignificat certam cõſtellationem ſtellarum. De quo vide infra in ſequenti dictione גָּדַד Gadad. Item גַּד Gad. ſignificat coriandrũ. Nu. 11. Erat aũt man quaſi ſemen coriãdri. גָּדַד Gadad. accingere ſe ad prelium. Expedire ſe: copulare

Fortuna. גַּד coriandrũ גָּדַד

© Biblioteca Nacional de España

Accingere ad prelia
Luxuriari
Colligere vt copiare
Vastare

vel colligere exercitum. Incidere vel concidere. aut dilacerare. Geñ. 49. Gad accinctus preliabitur ante eum. & ipse accingetur retrorsum. Hiere. 5. Et in domum meretricis luxuriabantur. pro quo hebrei legunt. Et in domo meretricis colligebantur siue copulabantur. s. tanquam exercitus. Michee. 5. Nunc vastaberis filia latronis. Pro quo hebrei legunt. Nunc accingeris. s. ad prelium filia latronis vel filia accincti. Potest etiam interpretari Nunc concideris siue inciderís. & aliquando scribitur cū simplici daleth. Abac. 2. Vt ascēdam ad populum accinctum nostrum. Ps. 93. Captabunt in animam iusti. Pro quo beatus Hieronymus in

Concidere

Copulare.

psalterio iuxta hebraicā veri. transtulit copulabuntur aduersus animam iusti. Et aliqui hebrei dicunt ꝙ ab hac dictione deriuatur גַּד Gad. quod supra diximꝰ significare certam copulationē vel constellationem stellarum. Inde גְּדוּד Gedud. i. accinctus vel expeditus. s. ad prelium: vel latro siue latrūculus: aut turma vel exercitus. 2. Reg. 22. In te eñ curram accinctus. Ps. 17. Qñ in te eripiar a tentatiōe. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. In te enim curram accinctus. Nam eadē verba ponuntur in hebreo in hoc loco sicut supra. 2. Reg.

גְּדוּד

Accinctus

Latro.
Latrūculꝰ

Hiere. 18. Adduces enim super eos latronē repente. Osee. 7. Spolians latrūculus foris. Significat etiam turmam vel exercitum. 1. Paralip. 12. Suscepit ergo eos dauid & constituit principes turme. Iob. 29. Cūꝙ sederem quasi rex circundāte exercitu. & in plurali. גְּדוּדִים Gedudim siue גְּדוּרֵי Gedude. i. latrones vel latrunculi. aut turme vel exercitus. 2. Reg. 4. Duo viri principes latronum erant filio saul. 4. Reg. 4. Immisitꝙ ei dominus latrunculos chaldeorum & latrunculos syrie & latrunculos moab & latrunculos filiorum amon. & in eodem. 6. Et vltra non venerunt latrones syrie in terram israel. Iob. 19. Simul venerunt latrones eiꝰ

Turma.
Exercitus.
גְּדוּדִים

Latrones.
Latrūculi.

Item גָּדַד Gadad. significat scindere vel incidere. aut concidere siue dilacerare. Deut. 14. Non vos incidetis nec facietis caluitium. 3. Reg. 18. Incidebant se cultris & lanceolis. Hiere. 16. Non se incident. & in eodem. 41. Rasi barba & scissis vestibus & squallentes. pro quo hebrei legunt. Rasi barba & scissis vestibus & incisi. s. vngulis quod fiebat in signum luctus & tristitie. & in eodem. 47. Vsquequo concideris. & in eodem. 48. Et in cunctis manibus collígatio. Pro quo hebrei legunt. In cunctis manibus incisiones. Potest etiam significare colligationes. sicut dictum est supra. ponitur etiam pro geniminibus vel pro frugibus. Ps. 64. Riuos eius inebria multiplica genimina eius. pro quo beatus Hieronymus transtulit. Sulcos eius inebria multiplica fruges eius. Tamen hebrei dicunt quod significat riuulos qui fiunt quando agricola scindit terrā cum aratro: & ex vtraq; parte sulci fiunt.

גָּדַד

Incidere

Concidere

Genimina

Fruges.

Tyranni.

גַּדְבְּרִיא Gedabraia. in lingua chaldaica significat tyranꝰnos siue magnates. Dañ. 3. Duces & tyrannos.

Ripa.

גָּדָה Gada. ripa. littus. & solum inuenitur גְּדוֹת Gedoth in numero plurali. Ios. 3. Iordanis autem ripas aluei sui tēpore messis impleuerat. Esa. 8. Et fluet super vniuersas ripas eius.

Hedus.
Hedi.

גְּדִי Gedi. hedus. Geñ. 38. Et misit hedum de capris. Exo. 24. Non coques hedum in lacte matris sue. Esa. 11. Pardus cum hedo accubabunt. & in plurali גְּדָיִים Gedaiim. siue גְּדָיֵי Gedaie. Geñ. 27. Affer mihi duos hedos. Cāti. 1. Et pasce hedos tuos.

גָּדַל Gadal. siue גָּדֵל Gidel. Magnificare siue magnificari. grandem vel magnū fieri. crescere. exaltare. enutrire. Geñ. 41. Vno tantum regni solio precedam te. pro quo in hebreo habetur. Tantūmodo solium magnificabo siue exaltabo supra te. Nu. 14. Magnificetur ergo fortitudo domini. Ios. 4. In die illo magnificauit dñs Iosue. 1. Reg. 26. Sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis: sic magnificetur aīa mea in oculis domini. 2. Reg. 7. Idcirco magnificatus es domine deus. & in eodem. Et magnificetur nomen tuum in sempiternum. 3. Reg. 10. Magnificatus est rex salomon super omnes reges terre. Iob. 7. Quid est homo quia magnificas eum. Ps. 17. Magnificans salutes regis eius. Ps. 33. Magnificate dominum mecū. Ps. 40. Magnificauit super me supplantationem. Ps. 103. Domine deus meus magnificatus es vehementer. Ps. 137. Quoniā magnificasti super omne nomen sanctum tuum. Eccl's. 2. Magnificaui opera mea. Esa. 42. Et magnificaret legem & extolleret. Ezech. 16. Et grandis effecta es. & in eodē. 38 Et magnificabor & sanctificabor. Dañ. 11. Et eleuabitur & magnificabitur aduersus omnē deum. & in eodem. Quia aduersus vniuersa consurget. pro quo hebrei legūt. Quia aduersus vniuersa magnificabitur. Abdie. 1. Et non magnificabis os tuum in die angustie. Ponitur etiam pro exaltare. Ios. 3. Hodie incipiam exaltare te. Hester. 3. Post hec rex asuerus exaltauit amā. Esa. 10. Aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur. Item significat crescere. Geñ. 21. Creuit puer & ablactatus est. & in eodem. 25. Quibus adultis. pro quo in hebreo habetur. Creuerūt pueri. & in eodē. 26. Ibat proficiens atq; succrescens donec magnus vehementer effectus est. 1. Reg. 2. Puer aūt samuel ꝓficiebat atq; crescebat. 2. Reg. 5. Et ingrediebatur proficiēs atq; succrescēs Esdre. 9. Delicta nostra creuerūt vsq; ad celū. Iob. 31. Quia ab infantia creuit mecum miseratio. Ione. 4. Neq; fecistiꝰ vt crescceret. Item significat nutrire siue enutrire. Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui. & in eodem. 23. Non enutriui iuuenes. & in eodem. 49. Plantauit pinum: quā pluuia nutriuit. Et in eodem. 40. Et istos quis enutriuit. Ezech. 31. Aque nutrierunt eū. & in eodē. 44. Neq; comā nutrient. Dañ. 1. Vt enutriti tribus annis postea starent in conspectu regis. & in de גָּדֵל Gódel. i. magnitudo. siue magnificētia. Exo. 15. In magnitudine brachii tui fiant immobiles quasi lapis. Esa. 9. In superbia & magnitudine cordis. Ezech. 31. Eratq; pulcherrimus in magnitudine sua. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur גְּדוֹלָה Gedula. Ps. 144. Et magnitudinis eiꝰ non est finis. & in eodem. Et magnitudinē tuam narrabūt. & inde גָּדוֹל Gadol. i. magnus. siue magnificus: qualitate siue quantitate. Exo. 11. Fuitq; moyses vir magnus valde. 1. Reg. 25. Et homo ille magnus nimis. 4. Reg. 20. Fleuitq; ezechias fletu magno. Ps. 75. In israel magnū nomen eiꝰ. Esa. 12. Quia magnus in medio tui sanctus israel. Hiere. 10. Magnus tu & magnum nomen tuum. Thren. 2. Magna est velut mare contritio tua. Malach. 4. Anteq; veniat dies dñi magnꝰ. Et in. g. f. גְּדוֹלָה Gedola. 4. Reg. 4. Erat ibi mulier magna. Et in plurali גְּדוֹלִים Gedolim. i. Magni. 2. Re. 7. Iuxta nomen magnorum qui sūt super terram. Ps. 135. Qui fecit luminaria magna. & in eodem. Qui percussit reges magnos. & in. g. f. גְּדֹלוֹת Gedolod. i. magne: siue magna in. g. n. Hebrei enim non habent genus. n. Sed pro eo aliquando vtuntur masculino vt supra: & aliquando fe. vt Iob. 5. Fecit magna & inscrutabilia. Ps. 130. Neq; ambulaui in magnis: neq; in mirabilibꝰ super me. Ps. 135. Qui fecit mirabilia magna solus. & inde מִגְדָּל Migdal. siue מִגְדֹּל Migdol. i. turris. Geñ. 11. Faciamꝰ nobis ciuitatem & turrē. & in eodem. Fixit tabernaculum trans turrim gregis. Prouer. 17. Turris fortissima nomen domini. Canti. 4. Sicut

Magnificare.
Magnificari.

Grandē fieri.

Exaltare.

Crescere.

Magnus fieri.

Enutrire

Nutrire

Magnitudo.

Magnitudo.

magnus.
magnum

magna.

magni.

magne.

magna.

Turris.

© Biblioteca Nacional de España

turris dauid collũ tuũ. Esa. 5. Et edificauit turrim in medio eius. Hiere. 31. Et edificabitur ciuitas domini a turre ananehel. Ezech. 29. A turre syene vsq; ad terminos ethiopie & in plurali מִגְדָּלִים Migdalim. secũdum terminationem masculinorum. siue מִגְדָּלוֹת Migdaloth. secundum terminationem femininorum. 2. Paralip. 26. Et edificauit ozias turres in ierusalem. Canti. 8. Et vbera mea sicut turris. pro quo in hebreo habetur. Et vbera mea sicut turres. Esa. 30. Cum ceciderit turres. Ezech. 27. Et pigmei qui erãt in turribus tuis. Inde גְּדִילִים Gedilim. i. fimbrie vestium aut funiculi in fimbriis vestiũ. Deut. 22. Funiculos in fimbriis facies per quattuor angulos pallii tui.

מִגְדָּלִים מִגְדָּלוֹת — Turres

גְּדִילִים — Funiculi

נָדַע Gadaa. succindere. proscindere. abscindere. confringere. Deut. 7. Lucos succidite: & sculptilia comburite. 1. Reg. 2. Et precidam brachium tuum. Esa. 9. Sycomoros succiderunt. Et in eodem. 10. Et excelsi statura succidentur. Hiere. 48. Abscissum est cornu moab. Significat etiã confringere. Ps. 74. Et omnia cornua peccatorum cõfringam. Esa. 14. Corruisti in terra. pro quo hebrei legunt. Cõfractus es in terra. & in eodem. 22. Et frangetur & cadet. Threñ. 2. Confregit in die furoris sui omne cornu israel.

נָדַע — Succidere — abscindere — cõfringere

נָדַף Gideph. blasphemare. opprobrare. vilipendere. cõtemnere. 4. Reg. 19. Quibus blasphemauerũt pueri regis assyriorum me. & in eodem. Cui exprobrasti & quem blasphemasti. Nu. 15. Quoniam aduersus dominum rebellis fuit. Pro quo hebrei legunt. Quoniam dominum ipse contempsit vel blasphemauit. Et inde גִּדּוּף Giduph. i. blasphemia vl' opprobrium. Et in plurali גִּדּוּפִים Giduphim. siue גִּדּוּפֵי Giduphe. Esa. 43. Dedi ad internicionẽ iacob & israel in blasphemias. & in eodem. 51. Et blasphemias eorum ne metuatis. Sopho. 2. Audiui opprobrium moab & blasphemias filiorum amon.

נָדַף — Blasphemare.

גִּדּוּף גִּדּוּפִים — Blasphemie.

גָּדַר Gadar. sepire. circunsepire. sepem edificare. circũedificare. concludere. Iob. 19. Semitam meam circunsepsit. Osee. 2. Et sepiam eam maceria. Esa. 58. Et vocaberis edificator sepium. Threñ. 3. Circũedificauit aduersum me: & in eodem. Conclusit vias meas lapidibus quadris. & inde גָּדֵר Géder. siue גָּדָר Gader. i. sepes. maceria. murus. peribolus. Nu. 22. Stetit angelus domini in angustiis duarum macerarum quibus vinee cingebantur. pro quo hebrei legunt. Stetit angelus domini in semita vinearum Sepes hinc & sepes inde. & beatus Hieronymus transtulit sensum. Eccl's. 10. Qui dissipat sepem: mordebit eum coluber. Prouer. 14. Et maceria lapidum destructa erat. Esa. 5. Auferam sepem eius. Ezech. 13. Neq; opposuistis vos murum pro domo israel. & in eodem. 42. Et peribolus exterior. & in eodem. In latitudine peribolí atrii. Ponitur etiã in eodẽ capitulo גָּדֵרֶת Gedéreth. p vestíbulo. vbi dicitur. Que via erat ante vestíbulum separatum per viam orientalem ingredientibus. & etiam in hoc loco hebrei legunt. Murum siue peribolum. Inuenítur etiam גְּדֵרָה Gedera. cũ he in fine. i. sepes. 1. Paralip. 4. Habitantes in plantationibus & in sepibus apud regem. & ponitur ibi in hebreo sin gulare pro plurali. Et in plurali גְּדֵרוֹת Gederoth. secundũ terminationem femininorum. siue גְּדֵרִים Gederim. secundum terminationem masculinorũ. Ps. 79. Vt quid destruxisti macerias eius. Ps. 88. Destruxisti oẽs sepes ei9. Mich. 7. Dies vt edificentur macerie tue. Naũ. 3. que considẽt in sepibus in die frigoris. & inde גִּדְרוֹת Gidroth. i. caule ouiũ eo q̃ sunt circunsepte. Nu. 32. Caulas ouiũ fabricabímus.

גָּדַר — Circunsepire. Sepire. Circũedificare. Cõcludere

גָּדֵר — Sepes.

Maceria

Murus Peribol9

גְּדֵרֶת — Vestibuli.

גְּדֵרָה — Sepes.

גְּדֵרוֹת גְּדֵרִים — Macerie Sepes.

גִּדְרוֹת — Caule.

גָּדִשׁ Gadis. aceruus. aut fruges coaceruate: siue cõgeries. Exo. 22. Si egressus ignis inuenerit spicas & cõprehenderit aceruos frugum. Iudi. 15. Et comportate iam fruges & adhuc stantes in stipula concremate sunt. Iob. 21. Et super congerie mortuorum vigilabit. & in hebreo non habetur illud mortuorum. debet tamen subintelligi.

גָּדִשׁ — Aceruus

Fruges

Cõgeries.

גֶּה Ge. hic. Ezech. 47. Hic est terminus in quo possidebitis terram. & solum inuenitur in hoc loco. Nam in aliis locis scribitur זֶה Ze cum littera Zaim.

גֶּה — Hic.

נָהָה Gaha. soluere. cessare. Osee. 5. Nec soluere poterit a vobis vinculum. hebrei vero dicunt quod significat medicari vel sanare. vnde in predicto loco ipsi legũt. Et nõ sanabit a vobis infirmitatem vel dolorem. In translatione chaldaica habetur. Nec cessare faciet a vobis flagellũ. Et solum inuenitur in predicto loco. & Prouer. 17. vbi dicitur. Animus gaudens etatem floridam facit. pro quo hebrei legũt. Cor gaudẽs bñfacit sanitatẽ. i. sanitatẽ bonã facit. vbi pro sanitate ponitur נָהָה Geha: a predicta dictiõe deriuatũ.

נָהָה — Soluere.

Sanare Cessare.

Etas florida. Sanitas

נָהַר Gahar. prosterni pronus in terra. Incumbere. 3. Reg. 18. Et pronus in terra posuit faciem suam inter genua sua. 4. Reg. 4. Et incubuit super eum. & solum inuenitur in locis predictis.

נָהָר נָהַר — Prosterni Incũbere.

גַּו Geu. corpus. tergum siue dorsum. Esa. 50. Corpus meũ dedi percutientibus. & in eodem. 51. Et posuisti vt terra corpus tuum. Ponitur etiam pro tergo vl' dorso. 3. Reg. 14. Me autem proiecisti post tergum tuum. Nec. 9. Et proiecerunt legem tuam post terga sua. Prouer. 10. Et virga in dorso eius qui indiget corde. Esa. 38. Quia proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Ezech. 23. Et proiecisti me post tergum tuum. & scribitur aliquando cum aleph in medio. vt Iob. 41. Corpus illius quasi scuta fusilia. & aliquando scribitur cum Iod & he in fine. & dicitur גְּוִיָּה Geuía. siue גְּוִיָּת Geuiath. i. corpus. & in plurali גְּוִיּוֹת Geuioth. De quo vide infra in dictione גְּבָה Geua. Item גֵּו Geu. significat intus seu medium. pro quo beatus Hieronymus transtulit cõuallem: eo quod est in medio duorum montium. Iob. 30. Qui de conuallibus ista rapientes. pro quo hebrei legunt. De intus vel de medio expellebantur vel eiiciebantur. In lingua vero chaldaica גַּו Go. significat intus vel medium. Dañ. 3. Eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. pro quo hebrei legunt. Eadem hora mittetur in medium fornacis ignis ardentis. & in eodem. Ceciderunt in medio camini ignis ardentis. & aliquando scribitur cum aleph in fine. vt in eodem. Nõne tres viros misimus in medio ignis. Item גְּוָה Geua. cum he in fine. ponitur pro vagina. Iob. 30. Eductus & egrediens de vagina sua. Sed etiam in hoc loco hebrei legunt eductus & egrediens de interiori siue de intus aut de medio scilicet vagine.

גַּו — Corpus Tergum Dorsum.

Conuallis

גַּו — Intus. Medius

גְּוָה — Vagina

גּוֹב Gob siue גֹּבַי Gobai. locusta. Amos. 7. Et ecce fictor locuste. Naũ. 3. Et paruuli tui quasi locuste locustarum. & in lingua chaldaica locusta dicitur גֻּבָּא Goba cum aleph in fine. Itẽ גּוֹב Gob. fouea. siue fossa. & in plurali גֻּבִּים Gebim. 4. Reg. 3. Facite alueum torrentis huius fossas: Esa. 33. Velut cum fosse plene fuerint de eo. Hiere. 14. Venerunt ad hauriendum non inuenerũt aquam. pro quo hebrei legũt. Venerunt ad foueas siue ad cisternas: non inuenerunt aquã Nam in lingua chaldaica cisterna vel lacus dicitur גֻּבָּא Guba. vt Dañ. 6. mittetur in lacum leonũ. vide etiam de hoc supra in dictione גַּב Gab. Ponitur etiam גֻּבִּים Gebim. pro laquearibus que fiunt in tectis domorum: in quibus fiunt fosse parue. 3. Reg. 6. Texit quoq; domũ laquearib9 cedrinis.

גּוֹב — Locusta

גֻּבָּא — Fouea. Lacus.

גֻּבִּים — Fosse. Laquearia

גּוֹד God. accingere se ad prelium. expedire se. scindere. aut dilacerare. De quo vide supra in dictione גָּדַד Gadad.

גּוֹד

© Biblioteca Nacional de España

Gloria. גְּבָה Geua. Altitudo. Exaltatio . elatio . superbia . Iob . 22. Qui enim humiliatus fuerit: erit in gloria . Vbi ponitur exaltatio vel altitudo pro gloria. Et in eodem .33. Et liberet eum de superbia. Hiere.13. In abscondito plorabit anima mea a facie superbie. Ponitur etiam pro vagina . De quo vide supra in dictione גֵּו Geu. & inde גְּוִיָּה Geuiia. idest corpus. siue statura. aut cadauer. Naum.3. Necp est finis cadauerum. Et quando post se regit genitiuum vel quando componitur cum pronominibus. Tunc mutat he vltimū in thau. Geñ.47. Quod absq; corporibus & terra nihil habeamus. Pro quo in hebreo habetur. Quod absq; corpore nostro & terra nostra. Iudi.14. Et ecce examen apum in ore leonis erat. Pro quo in hebreo habetur. Et ecce examen apum in corpore leonis erat. Et in eodem . Noluit indicare quod mel de corpore leonis assumpserat. 1. Reg.31. Ettu lerunt cadauer saul & cadauer filiorum eius de muro beth san. Dañ.10. Et corpus eius quasi chrysolithus. vide etiā de hoc supra in dictiõe גֵּו Geu. & in plurali. גְּוִיּוֹת Geuiioth. Ps. 109. Iudicabit in nationibus: implebit ruinas . Pro quo hebrei legunt. Iudicabit in nationibus implebit corpora siue cadauera: aut implebit corporibus vel cadaueribus . Potest etiam deriuari a dictione גְּיָא Ge: que significat vallem. Vnde beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicā veritatem transtulit. Iudicabit in gentibus implebit valles Item גַּוָּה Geua. idest vagina. de quo vide supra in dictione גֵּו Geu.

Cadauer. Corpus. Ruine. Corpora vel cadaueria. Valles. Vagina.

גּוּז Goz. volare. tondere. extrahere. transire. Nu.11. Ventus autem egrediens a domino arreptas trans mare coturnices detulit. Pro quo hebrei legunt. Et ventus egressus est a domino: & fecit volare coturnices de mari. Iob.1. Et tonso capite corruit in terra . Et de hoc vide infra in dictione גָּזַז Gazaz. Ps.70 De ventre matris mee tu es protector meus. Pro quo hebrei legunt. De ventre matris mee tu es extractor siue eductor meus . Ps. 89 . Quoniam superuenit mansuetudo & corripiemur. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit . Quoniam transiuimus cito & aduolauimus . Et in aliquibus locis supradictis scribitur sine vau in medio dictiõis . De quo vide infra in dictione. גָּזַז Gazaz.

Volare. Tondere. Extrahere Transire.

גּוּחַ Goach. educere. extrahere. erumpere. ingemiscere. Ps. 21. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre. Iob.38 Quando erumpebat quasi de vulua procedens . Et in eodem. 40. Quod influat iordanis in os eius . Vbi ponitur גִּיחַ Iagiach. Quod est verbum tertie coniugationis. Pro quo hebrei legunt: quod faciat extrahi iordanem in os ei9. Ezech.32. Et vētilabas cornu in fluminibus tuis . Pro quo hebrei legunt. Extrahebas siue erumpebas in fluminibus tuis. Potest etiam deriuari a dictione נָגַח Nagach. que significat cornu percutere siue cornu ventilare. De quo infra in suo loco dicetur. Ponitur etiam pro ingemiscere . Michee. 4. Dole & satage filia sion. Pro quo hebrei legunt. Dole & ingemisce filia siõ: ab eo fortasse quod etiam educit lachrymas. Et dicunt aliqui quod ab eo accepit nomen fluuius paradisi qui dicitur גִּיחוֹן Gion. eo p educitur ad irrigandum hortum & terram qua fluit. Et secundum hebreos ipse est nilus qui etiam educitur ad irrigandam terram egypti qua fluit.

Extrahere. Erumpere Influere. Ventilare. Ingemiscere.

גּוֹי Goi . Gens . natio . Geñ . 15 . Veruntamen gentem cui seruituri sunt ego iudicabo . Et in eodem.12 . Faciamq; te in gentem magnam . Et in eodem . 20 . Nun gentem ignorantem & iustam interficies. Exo .19 . Eritis mihi regnum sacerdotale & gens sancta. Deut. 4. Que est alia gens sic inclyta. Et in eodem . Nec est alia natio tā grā dis. Ps.104. Et transierunt de gente in gentem . Ps. 105. Ad letandum in letitia gentis tue. Ioelis.1 . Gens enim ascendit in terra mea. Soph. 2. Et residui gentis mee possidebunt illos. Et in plurali. גּוֹיִם Goim . idest gentes vel nationes. Geñ.17. Eris q; pater multarum gentium. Et in eodem.25. Due gentes sunt in vtero tuo. Deut.15 . Et dominaberis nationibus plurimis. Esa.5. Et eleuabit signum in nationibus procul. Osee.8. Nunc factus est in nationibus quasi vas immundum. Et in eodem. Sed & cum mercede conduxerunt nationes nunc congregabo eos. Iohel.1 . Vt dominentur eis nationes.

Gens. Natio. Gentes. Nationes

גּוֹל Gol. Exultare. letari. De quo vide infra in dictione גִּיל Guil. quia commūiter scribitur cum iod in medio dictionis.

Exultare.

גָּוַע Gauaa. consumi. aut etate consumi. deficere. obire. mori. interire. Geñ.6. Et vniuersa que sub terra sunt consumentur. Et in eodem.7 . Consumptaq; est omnis caro. Et in eodem. 25. Et deficiens mortuus est in senectute bona . Et in eodem . Deficiensq; mortuus est . Et in eo. 35. Consumptusq; etate mortuus est. Et in eodem. 49. Collegit pedes suos super lectum & obiit. Nume.27. Ecce consumpti sumus omnes. Et in eodem . Num vsq; ad internicionem cuncti delendi sumus. pro quo hebrei legunt. num vsq; ad internicionem consumendi sumus . Et in eodem. 20. Vtinam periissemus iter fratres nostros. Ios.22. Atq; vtinam solus periisset in scelere suo. Iob.34. deficiet oīs caro simul . Et inde גּוֹעֵא Gouea . idest deficiens vel laborans in extremis. Ps.87 . Pauper sum ego & in laboribus a iuuentute mea. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit . Et erumnosus sum a iuuentute mea.

Consumi. Deficere. Etate consumi. Obire. Delere. Perire Laborans Erūnosus.

גּוּף Guph. Corpus: siue cadauer . Et additur ei littera tau in fine. & dicitur גֻּפַּת guphath. 1. Paralipo. 10. Et tulerunt cadauera saul & filiorum eius . Et aliquando scribitur sine littera vau in medio. Pro quo beatus hieronymus transtulit vestem. Exo. 21. Cum quali veste intrauerit: cum tali exeat . Et aliqui hebrei dicunt q etiam in hoc loco significat corpus. Et legunt sic. Si cum corpore suo intrauerit: cum corpore suo exeat. idest si solus absq; vxore & liberis intrauerit: solus exeat. Iuxta illud Geñ . 47. Absq; corporibus & terra nihil habeamus . In translatiõe autem chaldaica sic habetur. Si solus intrauerit: solus exeat . Vnde sequitur si habens vxorem : & vxor egredietur simul. scilicet cum eo.

Cadauer. Uestis. Corpus.

גּוּר Gur. Peregrinari. habitare. aduenam esse . Incolere siue incolam esse. timere. expauescere. vereri. congregare . colligere . Geñ . 12 . Descenditq; Abram in egyptum vt peregrinaretur ibi. Et in eodem .19 . Ingressus est inquiunt vt aduena. Pro quo hebrei legunt . Ingressus est ad peregrinandum. Et in eodem. 26. Et peregrinare in ea Geñ . 47 . Ad peregrinandum in terram tuam venimus. Exo.12. Quod si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam. Pro quo in hebreo habetur . Et si peregrinatus fuerit apud vos peregrinus. Iudic.17. Peregrinari voluit vbicunq; sibi cōmodum reperisset. Ruth . 1. vt peregrinaretur in regione moabitide. 4. Reg. 8 . Et peregrinare vbicunq; repereris. Iob.28 . Diuisit torrentem a populo peregrinante. Ps.5. Nec habitabit iuxta te malignus Ps.14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. Esa.15. Habitabunt in te profugi mei. Et in eodem. 33 . Quis poterit habitare de nobis cum igne deuorante : quis poterit

Peregrinari. Habitare.

© Biblioteca Nacional de España

habitare de nobis cum ardoribus sempiternis. Et in eodē. 54. Ecce accola veniet qui non erat mecum. Pro quo hebrei legunt: ecce habitans habitabit siue ecce peregrinans peregrinabitur vel accola erit absq; me. ideſt qui erat absq; me: & beatus Hieronymus transtulit sensum: potest etiam legi sic: ecce congregans congregabitur absq; me. ideſt absq; imperio meo. Hiere. 40. Non incolet eam filius hominis. Et aliquando scribitur sine vau in medio dictionis. Geñ. 21. Et terre in qua versatus es aduena. Et in eodem. 32. Apud laban peregrinatus sum. Exo. 12. Eadem lex erit indigene & colono qui peregrinatur apud vos. Leuit. 17. Et de aduenis qui peregrinantur apud vos. Ps. 104. accola fuit in terra cham. Ps. 119. Heu mihi quia īcolatus meus prolongatus est. Pro quo hebrei legunt. Heu mihi quia peregrinatus sum in mosoch. Et secundum hebreos mosoch est nomen cuiusdam prouincie. Vt habetur. Ezech. 38. vbi dicitur. Pone faciem tuam contra gog & terrā magog principem capitis mosoch & tubal. Tamen potest significare protrahere vel prolongare sicut est in littera nostra: vt infra in suo loco dicetur. Esa. 11. Et habitabit lupus cum agno. Et in eodem. 54. Aduena quondam tuus adiūgetur tibi. Pro quo hebrei legunt qui peregrinabatur siue qui habitabat tecum adiungetur tibi. Potest etiam legi sic: qui congregatur aduersum te: irruet vel cadet in te. Et aliquando duplicatur littera res. 3. Reg. 17. Etiam ne viduam apud quam ego vt cumq; sustētor afflixisti. Pro quo hebrei legunt. Etiam ne viduam apud quam ego peregrinor vel habito afflixisti. Potest etiam deriuari a dictione גָּרָה Gara. que significat ruminare: vt infra dicetur. & sic erit idem sensus cum littera nostra. Scribitur etiam sine vau & cum duplici res. Pro quo beatus hieronymus transtulit ruere. Hiere. 30. Procella ruens in capite impiorum quiescet. & de hoc vide infra in dictione גָּרַר Garar. inde גֵּר ger ideſt peregrinus. Aduena. incola. inquilinus. proselytus. Geñ. 15. Scito prenoscens q peregrinum futurum sit semen tuum. Et in eodem. 23. Aduena sum & peregrinus apud vos. Exo. 2. Aduena fui in terra aliena. Et in eodem. 22. Aduenam non contristabis. Et in eodem. 23. Peregrino molestus non eris. Iob. 31. Peregrinus foris non mansit Ps. 38. Quoniam aduena ego sum apud te. Ps. 118. Incola ego sum in terra. Significat etiam proselytum. 1. Paralipo. 22. Et precepit vt cōgregarentur omnes proselyti. Ezech. 14. Quia hō hō de domo israel & de proselytis. Et in plurali גֵּרִים Gerim. Leuit. 19. Fuistis enim & vos aduene in terra egypti. Et in eodem. 25. Et vos aduene & coloni mei estis. Iob. 19. Inquilini domus mee & ancille mee sicut alienum habuerunt me. Ps. 145. Dominus custodit aduenas. & Esa. 5. Et deserta in vbertatem versa aduene comedent. Et in genere femineo גֵּרֶת Garath. Pro quo beatus Hieronymus hospitam transtulit. Exo. 3. Sed postulabit mulier a vicina sua & ab hospita sua. Et inde מְגוּר Megur: siue מְגוּרֵי Megure. ideſt peregrinatio vel peregrinationes. siue habitatio: aut habitacula. Geñ. 47. Dies peregrinationis vite mee centum triginta annorum sunt parui & mali & non peruenerunt vsq; ad dies patrum meorum: quibus peregrinati sunt. Ps. 54. Quoniam nequitie in habitaculis eorum. Item גּוּר Gur. ideſt timere. pauere. vereri. Deut. 1. Nec accipietis cuiusquam personam. Pro quo in hebreo habetur. Nec timeatis quenquam. Et in eodem. 32. Sed propter iram inimicorum distuli. Pro quo hebrei legunt. Nisi iram inimicorum timerem. Alii vero dicunt q dictio אָגוּר Agur que ponitur in predicto loco deriuatur a dictio ne suprapositā אֲגַר Agar. que significat colligere. Et legūt sic. Nisi ira inimicorum collecta vel aucta: scilicet fuisset. Iob. 3. Et quod verebar accidit mihi. Et in eodem. 19. Fugite ergo a facie gladii. Pro quo hebrei legūt. Timete vobis a facie gladii. Osee. 10. Vaccas bethauen coluerunt habitatores samarie. Pro quo hebrei legunt. Vaccas bethauen timuerunt habitatores samarie: potest etiam legi sic. Vaccas bethauen incoluerunt habitatores samarie. Et aliquando scribitur sine vau in medio. Deu. 28. Et conuertet in te omnes afflictiones egypti quas timuisti. Iob. 9. Verebar omnia opera mea. & inde מָגוֹר Magor. ideſt timor. pauor. terror. Hiere. 6. Quoniam gladius inimici pauor in circuitu. Et in eodem. 20. Non phassur vocauit dominus nomen tuum: sed pauorem vndiq;. Et in eodem. Ecce ego dabo te in pauorem. Et in eodem. 46. Terror vndiq; ait dominus Et aliquando scribitur cum littera he in fine vel tau. & dicitur מְגוֹרָה Megora. siue מְגוֹרַת Megorath. ideſt timor siue illud quod timetur. Prouer. 10. Quod timet impius veniet super eum. Esa. 66. Et que timebant adducam eis. Et inde מְגוֹרֵי Megure. i. timores vel terrores. aut terrentes. thren. 2. Qui terrerent me de circuitu. Ezech. 21. Gladio traditi sunt cum populo meo. Pro quo hebrei legunt. Terrores siue timores gladii fuerunt cum populo meo. Potest etiam deriuari a dictione מָגַר Mager. quod in lingua chaldaica significat tradere sicut est in littera nostra. Item גּוּר Gur. i. cōgregare. Ps. 55. Inhabitabunt & abscondent. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatē transtulit. Congregabuntur abscondite. Ps. 58. Irruerūt in me fortes. Pro quo beatus hieronymus in eodem psalterio trā stulit. Congregantur aduersus me fortissimi. Ps. 139. Tota die constituebant prelia. Pro quo hebrei legunt. Tota die congregabant prelia: siue congregati sunt in preliis. vnde beatus Hieronymus in eodem psalterio transtulit. Tota die versati sunt in preliis. Abach. 1. Traxit illud in sagena sua. Pro quo hebrei legunt. congregauit vel collegit illud in sagena sua. Et aliquādo scribitur cum duplici res. Osee. 7. Super triticum & vinum ruminabant. Pro quo hebrei legunt. Super triticum & vinum congregabantur vel colligebantur. potest etiam deriuari a dictione גָּרָה Gara: que significat ruminare: sicut est in littera nostra. Inde מְגוּרָה Megura. ideſt Horreum vbi fruges congregantur vel recolliguntur. Aggei. 2. Nunquid iam semen in germine est Pro quo hebrei legunt. Nunquid iam semen in horreo est Et in plurali מַמְגוּרוֹת Mameguroth: cum duplici mem in principio. Ioel. 1. Demolita sunt horrea. Item גּוּר Gur. ideſt catulus. Geñ. 49. Catulus leonis iuda. Deut. 33. Dan catulus leonis. Et in plurali גּוּרִים Gurim: siue גּוּרֵי Gure. thrē. 4. Lactauerunt catulos suos. Naum. 2. Leo cepit sufficienter catulis suis. גּוֹשׁ Gus. gleba vel luti portiuncula. Pro quo beatus hieronymus sordes transtulit. Iob. 7. Induta est caro mea putredine & sordibus puluerís. Et solum inuenitur in predicto loco. גָּז Gaz. transire. volare. tondere. De quo vide supra in dictione. גּוֹז Goz. & etiam in dictione sequenti. גָּזַז Gazaz. Tondere. Geñ. 31. Eo tempore ierat laban ad tondendas oues suas. 1. Reg. 25. Et accidit vt tonderetur grex eius. Et in eodem. Audiui q tonderent pastores tui greges tuos. 2. Reg. 13. Factum est autem post tempus bienii vt tonderentur oues absalon. Et in eodem. Ecce tondentur oues serui tui. Et aliquando scribitur cum simplici zain. Geñ. 38. Nunciatumq; est thamar q socer illius a-

Incolere.
Aduenam esse.
Peregrinari.
Accolā eē.
Habitare.
Ruere.
Peregrinus.
Aduena.
Incola.
Proselytꝰ
Aduene.
Inquilini
Hospita.
Peregrinatio.
Habitacla
Timere.
Colligere.
Vereri.
Colere.
Pauor.
Terror.
Quod timetur.
Terrores.
Cōgregare
Trahere.
Horreum.
Horrea.
Catulus.
Catuli.
Sordes.
Transire.
Tondere

ſcenderet in thamna ad tondendas oues. Iob. 1. Et tonſo capite. Pro quo in hebreo habetur. Et totondit caput ſuum. Hiere. 7. Tonde capillum tuum & proiice. & Mich. 1. Decaluare & tondere ſuper filios delitiarum tuarum. Naum. 1. Si perfecti fuerint & ita plures: ſic quoq; attondentur.

Tonſor. גֵּז Et inde גֵּז Gozez. ideſt tondens: vel tonſor. Geñ. 38. Aſcendebat ad tonſores ouium ſuarum. 1. Reg. 25. Carnes pecorum que occidi tonſoribus meis. Eſa. 53. Et quaſi agnus coram tondente ſe. & inde גִּזִּי Gize. i. tonſiões. Amos 7. Et ecce ſerotinus poſt tonſionem regis. Et dicuntur ibi tonſiones blada que incipiunt tuelari que tondebantur pro animalibus regis nutriendis. Sicut exponit Nicolaus de lyra ſuper hoc loco. Et inde גִּזָּה Guiza. ſiue גֵּז Guez. ideſt vellus. Iudi. 6. Si ros in ſolo vellere fuerit. Et in eodem. Expreſſo vellere concham rore impleuit. Et in eodem. Oro vt ſolum vellus ſiccum ſit. Ps. 71. Aſcendet ſicut pluuia in vellus. Et quando regit poſt ſe genitiuū ſcribitur cum tau in fine. & dicitur. גִּזַּת Guizath. Iudi. 6. Ponam hoc vellus lane in area. & inde גִּזִּית Gazith. ideſt raſum: aut leuigatum. vel politum. 1. Paralipo. 22. Ad cedendos lapides & poliendos. Thren. 3. Concluſit vias meas lapidibus quadratis. vbi pro lapidibus quadratis in hebreo eſt גִּזִּית Gazith: eo q̄ lapides quadrati ceduntur & poliuntur.

Tondens. גֵּז

Tonſio. גִּזָּה

Vellus. גֵּז

Vellus. גִּזַּת

Politum. Lapides q̄ drati. גִּזִּית

Cuſtos arce publice Gazabar. גִּזְבָּר Gizbar. theſaurarius: vel cuſtos arce publice. 1. Eſdre. 7. Omnibus cuſtodibus arce publice. Et ſupra in eodem ponitur in noſtra tranſlatione pro nomine proprio. Vbi dicitur p manum mithridatis filii gazabar. Sed etiam in hoc loco hebrei dicunt quod eſt nomen appellatiuum: et quod ſignificat theſaurarium vel cuſtodem arce publice. Et in hebreo non habetur illud filii. Sed: ſic p manum mithridatis gazabar: ideſt theſaurarii.

Ei auferre גָּזַל Gazal. predari. vi auferre. aut vi extorquere. Rapere violenter aliquid ſubtrahere. depredari. Geñ. 21. Et increpauit abimelech propter puteum aque quem vi abſtulerant ſerui eius. Et in eodem. 31. Timui ne violenter auferres filias tuas a me. Leuit. 6. Vel vi aliquid extorſerit.

Ei extorq̄re. Rapere. 2. Reg. 23. vi extorſit haſtam de manu egyptii. Deut. 28. Aſinus tuus rapiatur coram te. Ps. 68. Que non rapui tūc exſoluebam. Prouer. 4. Et non capitur ſomnus ab eis niſi ſupplantauerint. Pro quo hebrei legunt. Et rapitur ſomnus ab eis niſi ſupplantauerint. Et in eodem. 28. Qui ſubtrahit aliquid a patre & a matre. ideſt qui violenter ſubtrahit. Ezech. 18. Per vim nihil rapuerit. & inde גָּזֵל Gezel. ſiue גְּזֵלָה Gezela. ideſt rapina vel preda. vt Leuit. 6. Reddet omnia que per fraudem voluit obtinere. Pro quo hebrei legunt. Reddet rapinam quam rapuit. aut calumniam quam calumniatus eſt: aut depoſitum quod fidei eius creditum fuerat: vel rem perditam quam inuenit. Sed beatus Hieronymus tranſtulit ſenſum: & paucis verbis comprehendit omnia ſupradicta. Ps. 61. Et rapinam nolite concupiſcere. Et quando regit poſt ſe genitiuum: tunc ſcribitur cum tau in fine. & dicitur. גְּזֵלַת Gezelath. Eſa. 3. Et rapina pauperis in domo veſtra. Et in plurali גְּזֵלוֹת Gezeloth. Ezech. 28. Rapientem rapinas. Item. גּוֹזָל Gozal. pullus. Et accipitur pro pullo columbe. Pro quo Beatus Hieronymus tranſtulit columbam. Geñ. 15. Turturem quoq; & columbam. Inuenitur etiam in numero plurali pro pullis. Deut. 32. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos ſuper eos volitans.

Perviz rapere. גָּזַל

Rapina. גְּזֵלָה

Rapina. גְּזֵלַת

Pulluſco lumbe. Columba. Pulli. גּוֹזָל

Eruca. גָּזָם Gazam. Eruca. Ioel. 1. Reſiduum eruce comedit locuſta. Et ſolum inuenitur in predicto loco.

Truncus. גֶּזַע Gezaa. Truncus. radix. Iob. 14. Et in puluere emortuus fuerit truncus illius. Eſaie. 11. Egredietur virga de radice ieſſe. Et in eodem. 40. Nec radicato in terra trūco eorum. vbi ponitur pro trunco.

Radix. גֶּזַע

Diuidere. גָּזַר Gazar. diuidere. ſcindere. abſcindere. decernere. diſponere. ſtatuere. ordinare. 3. Reg. 3. Diuidite inquit infantem viuum in duas partes. Ps. 135. Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones. 4. Reg. 6. Cumq; veniſſent ad iordanem cedebant ligna. Ps. 87. Et ipſi de manu tua repulſi ſunt. Pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Et ipſi de manu tua abſciſſi ſunt. & Eſa. 53. Quia abſciſſus eſt de terra viuentium. Abach. 3. Abſcindetur de ouili pecus. Thren. 3'. dixi perii. Pro quo hebrei legunt. dixi abſciſſus ſum. Et inde גְּזֵרָה Gezera. ſiue גְּזֵרָה Gizra. i. diuiſum vel ſeparatum. aut diuiſio: vel ſeparatio. Leuit. 16. Cumq; portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram ſolitariam. ideſt in terram ſeparatam vel diuiſam extra hominum habitationem. Ezech. 41. Et quod ſeparatum erat edificium & parietes eius longitudinis centum cubitorum. & in plurali גְּזָרִים Gezarim. Geñ. 15. Et lampas ignis tranſiens inter diuiſiones. Et inde מַגְזֵרוֹת Magzeroth. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit cultros. 2. Reg. 12. diuiſitq; cultris. Hebrei tamen dicūt q̄ ſignificat ſerras quibus ligni ſcinduntur. Item גָּזַר Gazar. Significat decernere vel ſtatuere: ſiue diſponere. Iob. 22. Et decernes rem & veniet tibi. Heſter. 2. Et que paſſura eſſet. Pro quo hebrei legunt. Et quod decretum ſiue ordinatū fuerat ſuper eā. Aut & quod ſtatutum fuerat ſuper eam. Ponitur etiam pro declinare. Eſa. 9. Et declinabit ad dexteram & eſuriet. Sed etiam in hoc loco hebrei legunt. Et decernet ſiue ordinabit ad dexteram & eſuriet. ideſt decernet vel determinabit declinare ad dexteram & eſuriet Et inde גַּזְרִין Gazrin ſiue. גַּזְרָאֵא Gazraia: quod in lingua chaldaica ſignificat aruſpices ſiue hariolos. Dañ. 2. Arioli magi & aruſpices. Et in eodem. 4. Tunc ingrediebātur harioli magi chaldei & aruſpices. Et inde. גִּזְרָה Gizra. ideſt diſpoſitio. ſententia: pro q̄ noſtra tranſlatio pulchritudinē tranſtulit. Thren. 4. Vbi dicitur. Saphyro pulchriores Quod poteſt interpretari ſic. Saphyrus diſpoſitio eorum. Poteſt etiam ſignificare abſciſſionem: vt ſupra dictum eſt. Vnde hebrei in hoc loco legunt. Saphyrus abſciſio eorū. ideſt nitidi & lucidi ac ſi eſſent abſciſſi ex ſaphyro. Et in lingua chaldaica ſignificat ſententiam. Dañ. 4. in ſententia vigilum decretum eſt.

Diuidere. גָּזַר

Scindere.

Abſcidere

Separatū גְּזָרָה גְּזֵרָה

Diuiſiões גְּזָרִים

Cultri. Serre. מַגְזֵרוֹת

decernere. גָּזַר

Declinare

Aruſpices גַּזְרִין

Pulchri tudo. גְּזֵרָה

Abſciſſio. Sentētia.

Carbo. גֶּחָל Gachal. carbo. pruna. 2. Reg. 22. Grando & carbones ignis. Et in eodem. Carbones ſuccenſi ſunt ab eo. Ps. 119. Cum carbonibus deſſolatorum. Ps. 139. Cadent ſuper eos carbones. Prouer. 25. Prunas enim congregabis ſuper caput eius. Et in eodem. 26. Sicut carbones ad prunas. Eſa. 44. Et coxi ſuper carbones eius panes. Et in numero ſingulari ſcribitur cum tau in fine et dicitur. גַּחֶלֶת Gacheleth. Eſa. 47. Non ſunt carbones quibus calefiant. Quod in hebreo legitur in numero ſingulari. ſcilicet non eſt pruna. Ponitur etiam pro ſcintilla. 2. Reg. 14. Et querunt extinguere ſcintillam meam.

Pruna.

Carbo. וְחַלַּת גַּחֶלֶת

Scintilla. Pectus. גַּחוֹן Gachon. Pectus. Geñ. 3. Super pectus tuum gradieris. Leuit. 11. Quidquid ſuper pectus graditur.

Vallis. גַּיְא Gai. ſiue גֵּיא Ge. vallis. Nu. 21. Ramoth vallis eſt in regione moab. Deut. 3. Manſimuſq; in valle. Eſa. 28. Qui erant ſuper verticem vallis pinguiſſime. Et in eodem. 40. Omnis vallis exaltabitur. Inuenitur etiam in genere feminino. Zach. 14. Prerupto grandi valle. pro quo hebrei legunt. vallis magna valde. Et aliq̄n ſcribitur ſine aleph. vt Ioſ. 8. Ad ſeptētrionalē vrbis plagā. Inter quā

© Biblioteca Nacional de España

Vallis. & eos vallis erat media. Et in plurali. גֵּאָיוֹת Gueaioth. siue
גֵּאָיוֹת גֵּאוֹת Gueoth. Ezech. 6. Hec dicit dominus deus montibus
גֵּאוֹת & collibus rupibus & vallibus. Vbi littera iod ponitur pro
Valles. littera aleph. Et in eodem. 35. In vallibus tuis atq; in tor-
rentibus tuis interfecti gladio cadent. Vbi littera iod ante-
ponitur littere aleph.

גִּיד Guid. neruus. Gen. 32. Quam ob causam nō comedūt
Neruus. neruum filii israel: quia emarcuit in femore iacob vsq;
in presentem diem: eo q; tetigerit neruum femoris eius. E
גִּידִים sa. 48. Et neru⁹ ferreus ceruix tua. Et in plurali. גִּידִים Gui
גִּידֵי dim. Siue גִּידֵי guide. Iob. 10. Ossibus & neruis cōpegisti
Nerui. me. Et in eodem. 40. Neruí testiculorum eius perplexi
sunt. Ezech. 37. Et dabo super vos neruos.

גִּיל Guil. exultare. letari. coetaneus: siue coeuus. Ps. 2. Et e
Exultare. xultate ei cum tremore. Ps. 12. Qui tribulant me exul-
tabunt si motus fuero. Ps. 14 9. Et filii sion exultent in re-
ge suo. Prouer. 23. Exultat gaudio pater iusti. Esa. 9. Sicut
exultant victores capta preda. Osee. 10. Et edituí eius sup
eum exultauerūt. Abac. 3. Exultabo ī deo iesu meo. Zach.
9. Exulta satis filia sion. Et aliquando scribitur sine iod in
medio. vt Ps. 12. Exultabit cor meum in salutarí tuo. & ps.
15. Et exultabit lingua mea. Pro quo in hebreo est. & exul
tabit gloria mea. Esa. 65. Et exultabo in ierusalem. & inde
גִּילָה Guila. ideſt exultatio. Esa. 65. Ecce ego creo ierusalē
Exultatio. exultatione. Et aliquando scribitur sine he: & dicitur. גִּיל
גִּיל Guil. ideſt exultatio. Iob. 3. Gaudentq; vehementer cum
inuenerint sepulchrum. Pro quo hebrei legunt. Qui leta-
Exultatio. bantur in exultatione gaudent cum inuenerint sepulchrū
Osee. 9. Noli letari israel: noli exultare sicut populi. Pro
quo hebrei legunt. Noli letari israel ad exultationem sicut
populi. Et aliquando scribitur cum tau in fine. Et dicitur
גִּילַת Guilath. Pro quo beatus hieronymus transtulit leta-
Letabūda. bunda. Esa. 35. Et exultabit letabunda & laudans. Item
גִּיל Guil. coetaneus. coeuus. eo quod isti letantur ad inuicem.
Coeuus. Dañ. 1. Pre ceteris adolescentibus coeuis vestris.

גִּיף Guiph. Claudere. oppilare. Nec. 7. Cumq; adhuc assi-
Claudere. sterent clause porte sunt & oppilate. Et solum inueni-
Oppilare. tur in predicto loco. Et in lingua chaldaica plerunq; si-
gnificat claudere scilicet portas.

גִּיר Guir. Cinis. Esa. 27. Cum posuerit omnes lapides al-
Cinis. taris sicut lapides cineris. & solum inuenitur in predi-
cto loco. & Dañ. 5. Vbi dicitur in superficie parietis aule re
Supficies gie. vbi pro superficie ponitur גִּירָא Guira cum aleph in
גִּירָא fine. Et dicunt hebrei q; significat calcem siue gypsum quo
Gypsum. parietes leuigantur.

גַּל Gal. Aceruus. tumulus. vt Gen. 31. Fecerunt tumulum
Tumulus. comederuntq; super eum. Et in eodem. Quem voca-
Aceruus. uit labam tumulum testis & iacob aceruum testimonii. Et
in eodem. Tumulus iste testis erit. 2. Reg. 18. Et comporta
uerunt super eum aceruum lapidum. & in plurali גַּלִּים Ga-
גַּלִּים lim. ideſt aceruí. Osee. 12. Nam & altaria eorū quasi acerui
Aceruí. גַּל Ponitur etiam גַּל Gal. pro horto. vt Canti. 4. Hortus con
Hortus. clusus fons signatus. Tamen hebrei dicunt q; in predicto lo
co significat fontem. Et in plurali. גּוֹלוֹת Guloth. ideſt fon-
גּוֹלוֹת tes. Pro quo beatus hieronymus transtulit irriguum. Ios.
Irríguum 15. Dedit itaq; ei caleb irriguum superius & irriguum in-
ferius. Iudi. 1. Vbi eadem verba habentur. Vide etiam de
hoc in dictione sequenti.

גָּלַל Galal. deuoluere. voluere. inuoluere. amouere. rotare.
deuoluere. Amouere. Auferre. Gen. 29. Quibus congregatis deuoluerent
lapidem. & in eodem. Et amoueamus lapidem de ore pu-
tei. Et in eodem. 43. Vt deuoluat in nos calumniam. 2. Re.
20. Amassa autem conspersus sanguine iacebat in media
via. Pro quo hebrei legunt. Amassa autem inuoluebatur Inuoluere
sanguine. Esa. 9. Et vestimentum mixtum sanguine. ideſt
inuolutum sanguine. Et aliquando scribitur cum simplici
lamed. Gen. 29. Et amouit lapidem quo puteus claudeba-
tur. Ios. 15. Hodie abstuli opprobrium egypti a vobis. Et Auferre.
in eodem. 10. Voluite saxa ingentia ad os spelunce. Ps. 21. Voluere.
Sperauit in domino eripiat eum. pro quo hebrei legunt.
Deuoluit ad dominum eripiat eum: & potest subintelligi
spem suam. Sed beatus hieronymus in psalterio iuxta he-
braicam varitatem transtulit. Confugit ad dominum sal-
uet eum. Ps. 36. Reuela domino viam tuā. Pro quo hebrei Cōfugere.
legunt. Volue super dominum viam tuam. Potest etiam de
riuarí a dictione גָּלָה Gala: que significat reuelare vel dete-
gere: vt infra in suo loco dicetur. Esa. 34. Complicabūtur Cōplicare
sicut liber celi. Pro quo hebrei legunt. Voluentur siue in-
uoluentur sicut liber celi. Nam antiquitus libri voluebātur
sicut rotuli: vt infra dicetur. Et aliquando duplicantur due
prime littere. Iob. 30. Et ad meas miserias deoluti sunt.
Hiere. 51. Et euellam te de petris. Pro quo hebrei legunt.
Et deuoluam te de petris. siue rotare te faciam de petris vl deuoluere.
de rupibus. Et inde גַּלְגַּל Galgal. i. rota. siue volubilis. Ps. Rotare.
76. Vox tonitrui tui in rota. Ps. 82. Deus meus pone illos גַּלְגַּל
vt rota. Eccl's. 12. Et confringatur rota super cisterna. Esa. Rota.
5. Et rote eius quasi impetus tempestatis. Et in eodem. 28.
Nec rota plaustri super cyminum circumibit. Ezech. 1. Ro
tas vocauit volubiles. Quod in hebreo legitur in numero Volubilis.
singulari: scilicet rotam vocauit volubilem. Est etiam גִּלְגָּל
Guilgal nomen proprium loci. Ios. 5. Vocatumq; est no-
men loci illius galgala. Et in eodem manseruntq; filii isra Galgala.
el in galgalis. Inde גֻּלְגֹּלֶת Gulgóleth. ideſt caput aut calua גֻּלְגֹּלֶת
ria: eo q; est rotundum. Exo. 16. Gomor per singula capi-
ta. 1. Paralipo. 10. Et corpus eius affixerunt in templo da- Caput.
gon. Pro quo hebrei legunt. Caput siue caluariam eius af- Caluaria.
fixerunt in templo dagon. Nam. 1. Reg. 31. Dicitur q; cor-
pus eius suspenderunt in muro Bethsan: Philistiim enim
amputauerunt caput saul. vt habetur. 1. Paralip. 10. et cor-
pus affixerunt in muro Bethsam: & caput siue caluariam
in templo dagon. Et inde caluarie locus dicitur golgotha. Golgotha
Matthei. 27. Et venerunt in locum qui dicitur golgotha: גֻּלְגָּלְתָּא
q̄d est caluarie loc⁹. Et ide גְּלִילִים Guelilim siue. גְּלִילִי Gue
lile. ideſt circuli. eo q; sunt rotundi. Ester. 1. Qui eburne- Circuli.
is circulis inserti erant. In alio vero loco beatus Hierony
mus transtulit tornatiles. Canti. 5. Manus eius tornatiles. Tornatiles
Et inde מְגִלָּה Meguila. ideſt volumen. libellus. Quia anti מְגִלָּה
quitus solebāt libros voluere & nō cōpaginare. Zach. 5. Et
ecce volumen volans. Et in eodem. Ego video volumen Volumen.
volans. & inde גִּלָּל Gelal. ideſt fimus. stercus. vt Ezech. 4. גִּלָּל
Et stercore quod egreditur de homine opperies illud. Et Stercus.
in eodem. Ecce dedi tibi fimum boum pro stercoribus hu Fimus.
manis. Soph. 1. Et corpora eorum sicut stercora. vbi poni גִּלֻּלִים
tur גִּלֻּלִים Gelalim in numero plurali. accipitur etiam גִּלָּל גִּלָּל
Guelal. pro marmore. eo q; est rotundum. vt Esdre. 1. Qui
edificatur lapide impolito. Pro quo hebrei legunt. Qui e- Marmor.
dificatur lapide marmoreo. Et inde גִּלּוּל Guillul. ideſt abo גִּלּוּל
minatio vel sordes. & accipitur pro idolo: sic dictum a ster Abomina
core & fetore. vt Deut. 29. Vidistis abominationes & sor- tio.
des. ideſt idola eorum. Ezech. 16. Et super idola abomina- Idolum.
tionum tuarum. Et in eodem. 18. Et oculos suos non leua-
uerit ad idola domus israel. Ponitur etiam pro inmundi-
tiis. Vt in eodem. 14. Posuerunt inmunditias suas in cor- Immundi
dibus suis. Et in eo. Qui posuerit inmunditias suas in corde tie.
suo. & inde גַּל Gal. i. aceru⁹. Iob. 8. Sup aceruū petrarū radi גַּל
ces ei⁹ dēsabūtur. & de hoc vide ī dictiōe p̄cedēti. Accipitur Aceruus.

© Biblioteca Nacional de España

Fons. גִּלּוֹת גִּלֵּי etiam pro fonte. Et in plurali. גִּלּוֹת Guloth. ideſt fontes vel irriguum. De quo vide ſupra in dictione precedenti. Inde גַּלֵּי Gale. ideſt fluctus. dictū a circulis qui in aqua fiūt Fluctus. Ps. 64. Sonum fluctuum eius. Ps. 88. Motum autem fluctuum eius tu mitigas. Ione. 2. Omnes gurgites tui & fluctus tui ſuper me tranſierūt. Et inde גֻּלָּה Gula: quod ſignificat vas rotundum. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit Lampas. lampadem. Zach. 4. Et lampas eius ſuper caput eius. Et in eodem. Vna a dextris lampadis & vna a ſiniſtris eius. Scribitur etiam cum thau in fine & dicitur גֻּלַת Gulath. Pro q̄ beatus hieronymus tranſtulit vittam: eo q̄ circumuoluitur Vitta. capiti vel alii membro. Eccl's. 12. Et recurrat vitta aurea. Et aliqui hebrei dicunt q̄ deriuatur a ſupradicta dictione גַּל Gal que ſignificat fontē. & in plurali גֻּלּוֹת Guloth. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit funiculos. 1. Paralip. 7. Et funiculos capitellorum ſuper capitella columnarum. Et Funiculi. in eodem. Vt opperirent duos funiculos qui erant ſuper capita columnarum. Erant enim funiculi erei circunuoluti capitibus columnarum. Et inde גַּלִּיל Galil. ideſt terminus. vel confinium. Et in plurali גְּלִילוֹת Gueliloth. ideſt termini vel confinia ſecundum hebreos. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit tumulos: eo q̄ in terminis vel confinibus Tumuli. fiunt aceruí vel tumuli rotundi ad terminos diuidendos. vt Ioſ. 22. Cunq̄ veniſſent ad tumulos iordanis. Et in eodem. Super iordanis tumulos contra filios iſrael. Ezech. 47. Aque iſte que egrediuntur ad tumulos ſabuli orientalis: vbi ponitur גְּלִילָה Gelila cum littera he in fine. Poteſt etiam deriuari a dictione גַּל Gal que ſignificat aceruum vel tumulum. Ponitur etiam גַּלִּיל Galil ſiue גְּלִילוֹת Gueliloth pro galilea. vt Ioſ. 13. Omnis videlicet galilea philiſtiim. vbi pro galilea ponitur גְּלִילוֹת Gueliloth. Eſa. 9. Viam maris trans iordanem galilea gentium. vbi ponitur גָּלִיל Galil. Sed in locis ſupradictis hebrei legunt terminos vel terminum: aut confinium vel confinia. Inde בִּגְלַל Biglal. i. Ob gratiā propter. ob gratiam. Genñ. 12. Et viuet anima mea ob gratiam tui. Deut. 15. Vt benedicat tibi dominus deus tuus in Propter. omni tempore. Pro quo hebrei legunt. Quia propter hāc rem benedicet tibi dominus deus tuus in omni opere tuo. גָּלַב Galab. tonſor. Et ſolum inuenitur in numero plurali. vt Ezech. 5. Sume tibi gladium acutum radentem pilos. Pro quo hebrei legunt. Sume tibi gladium acutum no- Tonſores. uaculam tonſorum: ideſt acutum ſicut nouacula tonſorum. גֶּלֶד Geled. cutis. Iob. 16. Saccum cōſui ſuper cutem meam Cutis. Et ſolum inuenitur in predicto loco. גָּלָה Gala. reuelare. diſcooperire. nudare. detegere. Tranſmigrare. migrare. captiuare. tranſferre. Exo. 20. Non a- Reuelare. ſcendes per gradus ad altare meum: ne reueletur turpitudo tua. Leuit. 18. Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedet vt reuelet turpitudinem eius. Et in eodem. Diſcooperire. Turpitudinem patris tui & turpitudinem matris tue non diſcooperies. Et in eodem. Turpitudinem vxoris patris tui non diſcooperies. Ruth. 3. Diſcooperies pallium quo operitur. Et in eodem. & diſcooperto a pedibus eius pallio ſe proiecit. Et in eodem. Quod audire te volui. Pro quo hebrei legunt. Et ego dixi reuelabo aurem tuam. 1. Reg. 9. dominus autem reuelauerat auriculam ſamuelis. 2. Reg. 6. diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum. Iob. 12. qui reuelat profunda de tenebris. Et in eodem. 20. Reuelabūt celi iniquitatem eius. Ps. 118. Reuela oculos meos. Prouer. 11. Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana. Et in eodem. 16. Reuela domino opera tua. Et in eodem. 19. Niſi ca dixe- Detegere. ris que verſantur in corde ſuo. Pro quo hebrei legunt. Niſi cum reuelatur vel detegitur cor ſuum. Et eſt idem ſenſus cum littera noſtra. Et in eodem. 25. Secretum extraneo nō reueles. Eſa. 22. Et reuelabitur operimentum iude. Et in eodem. Et reuelata eſt in auribus meis vox domini exercituum. Et in eodem. 40. Et reuelabitur gloria domini. Et in eodem. 37. Reuela crura tranſi flumina. Et in eodem. Et reuelabitur ignominia tua. Et in eodem. 57. Quia iuxta me diſcooperuiſti. Hiere. 11. Tibi enim reuelaui cauſam meam. Et in eodem. 49. Reuelaui abſcondita eius. Ezech. 13. Et reuelabo fundamentum eius. Amos. 3. Niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas. Et in eodem. 5. Et reuelabitur quaſi aqua iudicium. Ponitur etiam pro aperire: quod eſt diſcooperire. vt Leuit. 22. Ipſaq̄ aperuerit fontem ſanguinis ſui. Nu. 22. Protinus aperuit dominꝰ oculos balaam. Et in eodem. 24. Et ſic aperiuntur oculi eius. Iob. 20. Apertum erit germen domus illius. Et in eodem. 33. Tunc aperuit aures virorum. Prouer. 27. Aperta ſunt prata. Item ponitur pro nudare: quod eſt detegere. vt Genñ. 9. Et nudatus iacuit in tabernaculo ſuo. 2. Reg. 6. Et nudatus eſt quaſi nudetur vnus de ſcurris. Ezech. 16. Et nudabo ignominiam tuam coram eis. Ponitur etiam pro apparere. 1. Reg. 14. Cumq̄ apparuerimus eis. ſed hebrei in hoc loco legunt. Cumq̄ diſcoperti vel detecti fuerimus eis. Et inde גָּלוּי Galui. i. diſcoopertum: vel apertū: aut notum. vt Eſter. 3. Vt omnes prouicie ſcirent. Pro quo hebrei legunt. Vt in omni prouincia daretur edictum diſcoopertum vel notum omnibus populis. Hiere. 32. Et ſigna forin ſecus. ideſt diſcooperta & nota. Et aliquando ſcribitur ſine he. vt in aliquibus locis ſupradictis. & inde גִּלָּיוֹן Gilaion. ideſt volumen. liber. Eo quod in eo reuelantur ea que ignoramus & neſcimus. Eſa. 8. Sume tibi librum grandem. Et inde. גִּלְיוֹנִים Gilionim. ideſt ſpecula: eo q̄ in eis apparent ſeu reuelantur ea que eis opponuntur. Eſa. 3. Et ſpecula & ſindones & vittas & theriſtra. Et ſolum inuenitur in numero plurali & in predicto loco. Item. גָּלָה Gala. ſignificat tranſmigrare. migrare. captiuare. tranſferre. Eſa. 5. Propterea captiuus ductus eſt populus meus. Et in eodem. 49. Ego ſterilis & non pariens tranſmigrata & captiua. Hiere. 13. Tranſlata eſt omnis iuda tranſmigratione perfecta. Thren. 1. Migrauit iuda propter afflictionem. Et in eodem. 4. Non addet vltra vt tranſmigret te. Ezech. 12. Et tranſmigrabis per diem coram eis: tranſmigrabis autem de loco tuo. Oſee. 10. In gloria eius quia migrauit ab eo. Amos. 6. Nunc migrabunt in capite tranſmigrantium. Et in eodem. 7. Et iſrael captiuus migrabit de terra ſua. Et ſupra in eodem. 5. Et galgala captiua ducetur. Naum. 2. Et miles captiuus adductus eſt. Item ponitur pro tranſferre. 1. Reg. 4. Tranſlata eſt gloria domini de iſrael. 2. Reg. 15. Et egreſſus es de loco tuo. Pro quo hebrei legunt. Et tranſlatus ſiue tranſmigratus es de loco tuo. 4. Reg. 16. Et tranſtulit habitatores eius. Et in eodem. 17. Et tranſtulit Iſrael in aſſyrios. 1. Paralipo. 5. Et tranſtulit ruben & Gad & dimidiam tribum Manaſſe. Eſter. 2. Qui tranſlatus fuerat de ieruſalem. Et in eodem. Nabuchodonoſor rex Babylonis tranſtulerat. Eſa. 38. Generatio mea ablata eſt & conuoluta eſt a me. Pro quo hebrei legunt. Generatio mea ablata eſt & tranſlata eſt a me. Hiere. 29. Et ad omnem populum quem traduxerat Nabuchodonoſor de ieruſalē. Et in eodem. 39. Et ſuperfluos vulgi qui remanſerant trāſtulit Nabuzardan magiſter militum. Amos. 1. Et tranſferetur populus Syrie. Et in eodem. Eo q̄ tranſtulerit captiuitatem perfectam. Item ponitur pro auferre. Ioſ. 5. Hodie abſtuli opprobrium egypti a vobis. Ps. 118. Aufer a me opprobrium & contemptum. Et inde. גּוֹלָה Gola

Aperire.

Nudare.

Apparere

Diſcoopertum.

Nota.

Liber.

Specula.

Captiuare Tranſmigrare.

Migrare.

Trāſferre.

Auferre.

© Biblioteca Nacional de España

גָּלוּת captiuitas

Transmi gratio.

גָּלוּתָא Transmi gratio.

גָּלַח Radere.

גָּלַם Inuoluere.

גְּלוֹמֵי Inuolucris

גּוֹלֶם Impfectū.

גַּלְמוּד Solitaria. Sterilis.

Nō pariēs גַּלְמוּדָה

גָּלַע Cōmiscere

יִתְגַּלָּע

Cōmiscere

גָּלַשׁ Ascēdere. Apparere

Tondere.

גַּם Etiam Quoq.

שׁיֻּה גָּלוּת Galuth.i.Transmigratio.Captiuitas. Esa.45. Et captiuitatem meam dimittet.Hiere.28.Et omnem trāsmigrationē iude.Et in eodē.29.Et ad reliquias seniorū transmigrationis.Abdie.1.Et transmigratio exercitus huius filiorū israel.& in eodē.Et transmigratio hierusalem que in bosphoro est.Et in lingua chaldaica scribitur cū aleph in fine.& dicitur גָּלוּתָא Galutha.Dañ.2.Inueni hominē de filiis transmigrationis Iudee.

גָּלַח Galach. Radere. Tondere.Leuit.13.Radetur hō absq; loco macule.Nu.6.Quod radet ilico in eadē die.& in eodem.Tunc radetur Nazareus ad ostiū tabernaculi. Et in eodē.Postq; Rasum fuerit caput eius. Deut.21. Que radet cesariē.Iudi.16. Si rasum fuerit caput meū. Et in eodem. rasit septem crines eius.Esa.7. In die illa radet dñs in nouacula conducta.Hiere.41.Rasi Rarba & scissis vestibus. Ezech.44.Et caput suum non radent.

גָּלַם Galam.Inuoluere.4.Reg.2.Tulitq; Helias pallium suum:& inuoluit illud.Et inde גְּלוֹמֵי Gelome.i. inuolutiones:aut panni siue vestes inuolute.Ezech.27. Inuolucris hyacinthi & polymitorū. Pōitur etiā גּוֹלֶם Golem pro re imperfecta vel informi.Ps.138. Imperfectum meum viderunt oculi tui.Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicā veritatē transtulit.Informē adhuc me vidē runt oculi tui.

גַּלְמוּד Galmud.Solitarius.Solus.Sterilis.vt Iob.3.Sit nox illa solitaria.Et in eodē.15. Congregatio eñ hypocrite sterilis.Et in eodem.30.Egestate & fame steriles.Esa. 49. Ego sterilis & non pariens.vbi pro eo quod in littera nostra est.Non pariens.in hebreo ponitur.גַּלְמוּדָה Galmuda in genere femínino.

גָּלַע Galaa.cōmiscere.Miscere.Prouer.20.Omnes aūt stulti cōmiscentur cōtumeliis.Pro quo Hebrei legūt. Oīs aūt stultus cōmiscet se siue cōmiscetur.s.Cōtumeliis vel cō tentionibus.Nā supra immediate dixerat.Honor est homini qui separat se a cōtētionib9. Et ponitur ibi יִתְגַּלָּע ithgalaa:quod est verbum quarte cōiugationis.Ponitur etiā idē verbum supra in eodē.17.vbi dicitur. Et anteq; calūniam patiatur iudiciū deserit.Pro quo hebrei legunt. Et anteq; cōmiscetur iurgium siue iudicium desiste vel desere. Et in eodē.18.In omni tēpore erit exprobrabilis.Pro quo hebrei legunt. In omni tempore siue in omni re cōmiscetur. scilicet contentionibus.s.Contumeliis.Et solum inuenitur in predictis locis.

גָּלַשׁ Galas.Ascendere.Apparere.Canti.4. Capilli tui sicut greges caprarum:que ascenderunt de monte Galaad.Et in eodē.6.Capilli tui sicut greges caprarum : que apparuerunt de Galaad.Et solum inuenitur in his duobus locis.Et dicunt aliqui hebrei ק signíficat Manicare.i. Mane surgere.Quia idem signíficat in lingua Arabica vel Punica.In lingua vero chaldaica signíficat Tondere vel Depilare.Vnde aliqui hebrei in predictis locis legunt. Que attonse sunt de monte galaad.

גַּם Gam. etiā. quoq;.et.q;.Etenim.equidem.namq;.sed. Sed et.Geñ.27.Benedic etiam & mihi pater mi .Et in eodem.Mihi quoq; obsecro vt benedicas.Et in eo.29.Dedit etiam istum mihi . & in eodem.30. Vt prouideam aliquando etiam domui mee . Exo.7 . Et fecerunt etiam ipsi per incantatiōes egyptiacas.Nu.4.Tole sūmam etiam filiorum gerson.Et in eodem.16.Vt vobis etiam sacerdotiū vendicetis.Deut.1.Mihi quoq; iratus deus propter vos.Et in eodem.3.Tradidit dominus deus noster in manibus nostris etiam og regem basan.Et in eodem. 23 . Etiam post decimam generationem.Ruth.1.Etiam si possem hac nocte concipere.Et in eodem.2 . De vestris quoq; manipulis proiicite de industria.1.Reg.8. Sic faciūt etiam tibi. Et.2. Reg.11.Mane hic etiam hodie.Et in eodem.& mortuus est etiam vrias Etheus.4.Reg.2. Vbi est deus helie etiā nūc. Ester.5. Etiam cras cum rege pransurus sum.Prouer.14. Etiam proximo suo pauper odiosus est . Esa.14 . Abietes quoq; letate sunt super te.Et in eodem.23 . Ibi quoq; non erit requies tibi.Et in eodē.28.Hi quoq; pre vino nescierunt.Thren.4.Ad te quoq; perueniet calix.Hiere.48.Et erit in derisum etiam ipse.Osee.5 . Ruet etiam iudas cum eo.Zach.9.& relinquetur etiam ipse deo nostro . Ponitur etiam.Pro.et.vel q;.vt Geñ.27.Et erit benedictus.& in eodem.Comeditq; precium nostrum.& in eodē.44.Et nos & apud quē inuentus est cyphus.& in eodem.50.Habuitq; in comitatu currus & equites.& in eodē.Veneruntq; ad eū fratres sui.Exo.12.Et vos & filii isr̄l.Hiere.22.Et in domo mea inueni malum eorum.Et in eodem.33. Et pactū meū irritū esse poterit &c.Item pōitur pro etenim vel pro equidem.Ps.18.Etenim seruus tu9 custodit ea.ps.24. Etenim vniuersi qui sustinent te non confundentur.p̄s.82.Etenim assur venit cū eis.Ps.83.Etenim passer inuenit sibi domū. & in eodem.Etenim benedictionem dabit legislator. Ps. 118.Etenim sederunt principes aduersum me loquebātur. Ps.138. Etenim illuc man9 tua deducet me.Esa.49. Equidem & captiuitas a forti tolletur.Hiere.33. Equidem & semen iacob & dauid serui mei. Ponitur etiam נָם pro Nam et:siue pro nāq; vt.1.Reg.17.Nam & leonem & vrsum interfeci ego seruus tuus.Ps.22. Nam & si ambulauero in medio vmbre mortis.Ps.118. Nam & testimonia tua meditatio mea est. Hiere.23. Propheta namq; & sacerdos polluti sunt. Item ponitur pro sed.Geñ.13.Sed & loth qui erat cū Abraam.Exo.12.Sed & vulgus ꝓmiscuum. Threñ.3. Sed & cum clamauero.Habet etiam alios modos loquendi: qui possunt reduci ad supradictos.Et aliquando ponitur causa ornatus orationis.Sicut apud latinos alique dictiones enclitice.Et ideo aliquando omittitur in nostra translatione. Geñ.27.Cur vtroq; orbabor filio.Pro quo hebrei legunt. Cur ēt vtroq; orbabor filio.Exo.12. Surgite:egredimini a populo meo vos & filii israel..Pro quo hebrei legunt. Surgite:egredimini a populo meo etiam vos etiam filii israel. Et in eodem.Oues vestras & armēta assumite. Pro quo hebrei legunt.Etiā oues vr̄as & armenta assumite.& in eodē. Et abeuntes benedicite mihi.Pro quo hebrei legunt.Et abeuntes benedicite etiam mihi.Prouer.14. Risus dolore miscetur.Pro quo hebrei legunt.Etiam in risu dolet cor.Et similiter in aliis locis omittitur p̄dicta dictio in nostra trāslatione. Scribitur etiam cum sin in principio. Geñ.6. Quia caro est.Pro quo hebrei legunt.In eo quod etiam caro est. vbi etiam preponitur beth prepositio.Potest etiam deriuari a dictione שָׁגָה saga que signíficat errare siue ignorare. & tunc erit talis littera.s.in errore suo siue in ignorātia sua caro est.i.quia carnalis est ideo ignorat vel errat.

גָּמָא Gama.Bibere.Ingurgitare.sorbere.vt Geñ.24.Pauxillum aque mihi ad bibendū prebe.Pro quo hebrei legūt.Da mihi bibere obsecro pauxillum aque: siue fac me ingurgitare vel sorbere pauxillum aque.Et Iob.36.Feruēs & fremens sorbet terram.Item גֹּמֶא Gome.Scirpus. Papyrus.Iuncus.Exo.2.Sumpsit fiscelam scirpeam,Iob.8. Nūquid virere potest scirp9 absq; humore.Esa.18. Et in vasis papyri super aquas.& in eodē.35.viror calami & Iunci.

גֹּמֶד Gomed.Mensura palme manus.Iudi.3.Qui fecit sibi gladium ancipitem habentem in medio capulum longitudinis palme manus.Et aliqui hebrei dicunt ק signifi-

גָּמָא Bibere. Ingurgitare. Sorbere.

גֹּמֶא Scirpus. Papyrus Iuncus.

גֹּמֶד Mensura. Palme.

Et. q;.

Etenim.

Equidem

נָם Nam et

Nanq;.

Sed.

© Biblioteca Nacional de España

גַּמָּדִים Pygmei.

cat cubitum. Et inde גַּמָּדִים Gamadim. Pro quo beat⁹ hie ronymus transtulit pygmeos :qui sunt homines breuissi me statute. Ezech.27. Sed & pygmei q erāt in turrib⁹ tuis

גַּמָּה Facies. Aspectus.

Gama. aspectus. similitudo. & scribitur cū mē in prin cipio & mutatur he vltimum in tau ratione adiuncti. & dicitur מְגַמַּת Megamath. Abach. 1. facies eorum ventus vrens. Pro quo hebrei legunt. Aspectus vel similitudo fa cierum eorum ventus vrens: siue ventus orientalis. Et so lum inuenitur in predicto loco. Et dicūt aliqui hebrei q si gnificat aduersum vel contra. Et legunt sic . Ex aduerso facierum eorum ventus vrens. In translatione chaldaica sic habetur. Ex aduerso facierum eorum similes sunt ven to orientali: Qui est ventus calidus & vrens.

גָּמַל Reddere. Retribuer.

Gamal. retribuere. reddere. largiri. ablactare. Geñ. 50. Et reddat nobis omne malum quod fecimus. pro quo hebrei legunt. Et reddat nobis omne malum quod retribuimus ei: vel quod reddidimus ei. Ps.12. Cātabo do mino qui bona retribuit mihi. Ps.17. Retribuet mihi do minus sc̄m iustitiam meā. Ps.102. Nec̄ sec̄ūdū iniquita tes nostras retribuit nobis. Ps.114. Quia dominus bene fecit tibi. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he braicam veritatē transtulit. Quia dñs reddidit tibi. Ps.136 Retributiōem tuā quam retribuisti nobis. Esa.3. Q̄m red dita sunt eis mala. Et in eo.63. Sup omnibus que reddidit nobis dñs. Et in eo. Et super multitudinem bonorū dom⁹ israel: que largitus est eis. & ide גְּמוּל Guemul. 1. retributio vicissitudo. vicē. vltio. vt. Ps.130. Ita retributio in anima mea. Esa.3. Retributio enim manuum suarum fiet ei. Et in eodem. 59. Et vicissitudinē inimicis suis. Et in eodem. In sulis vicem reddet. Ioel'.3. Nunquid vltionem vos redde tis mihi. Et aliquando scribitur cum he in fine : & dicitur גְּמוּלָה Gemula. vt. 2. Reg. 19. Non indigeo hac vicissitudi ne. Scribitur etiam aliquando cum tau in principio : & di citur תַּגְמוּל Tagmul. ideſt retributio. Ps.115. Pro omnibus que retribuit mihi. Pro quo hebrei legunt . Omnes retri butiones eius super me. Significat etiam ablactare . Geñ. 21. Creuit igitur puer & ablactatus est: fecitq̄ abraam gran de conuiuium in die ablactationis eius. 1. Reg . 1 . Non va dam donec ablactetur infans. Et in eodem. Et mane donec ablactes eum. Et in eodem. Et adduxit eum secum postq̄ ablactauerat. Et inde גָּמוּל Gamul. ideſt ablactatus. Ps.130. sicut ablactatus est super matrem suam. Esa.11. Et in cauer na reguli qui ablactatus fuerit manum suam mittet . Et in eodem. 28. ablactatos a lacte auulsos ab vberibus . signifi cat etiam quando fructus qui sunt quasi lac incipiunt indu rari & recipere propriam formam. Nume . 27. In amyg dalas deformati sunt. Pro quo hebrei legunt . Et ablacta uit amygdalas. Esa.18. Et immatura perfectio germinabit Pro quo hebrei legunt. Et vua acerba ablactata. ideſt perfe cte deformata erit germinatio eius. Item גָּמָל Gamal . i. camelus: & est promiscui generis. vt Leuit.11. Sicut came lus. Deut.14. Camelum leporem & chirogrillum. Esa.21. Ascensorem asini & ascensorem cameli. & in plurali גְּמַלִּים Gemalim. siue גְּמַלֵּי Gemale. ideſt cameli. Geñ.12. Et asine & cameli. Et in eodē. Tulitq̄ decem camelos de grege do mini sui. Et in eodem.32. Camelos fetas cum paruulis suis triginta. Et in eodem.37. Et camelos eorum portantes a romata.

גֻּמַּץ Fouea.

Gumas. fouea. Eccl's.10. Qui fodit foueam: incidet in cam. Et solum inuenitur in predicto loco. Et scribitur

גָּמַר Cōsumari.

cum vau in prima syllaba loco vocalis.

Gamar. deficere. finire. perficere. consumari. siue con sumare. Ps.7. Consumetur nequitia peccatorum . Ps . 11. Saluum me fac domine quoniam defecit sanctus. Ps.76. A generatione in generationem . Pro quo in hebreo habe tur. Consumauit siue consumatum est verbum a genera tione in generationem. Vnde beatus hieronymus in psal terio iuxta hebraicā veritatē transtulit. consumabitur ver bum de generatione in generationem. Ps.56 . Deum qui benefecit mihi. pro quo hebrei legunt. Deum perficientem super me. Ps.137. Dominus retribuet pro me. Pro quo he brei legunt. Dominus consumabit siue perficiet pro me. scilicet opera que non possum facere. Vnde beatus hiero nymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem sic transtu lit: dñs operabitur pro me. Et inde גְּמִיר guemir . quod in lingua chaldaica significat doctissimum siue perfectissimū Esdre.7. vbi dicitur. Esdre scribe doctissimo salutem.

גַּן Paradisus. Hortus

Gan. hortus. paradisus. Geñ. 2. Plantauerat autem domi nus deus paradisum voluptatis. Et in eodem. Lignum e tiam vite in medio paradisi. Canti. 4. Hortus conclusus so ror mea sponsa. Et in eodem. 5. Veni in hortū meū . Et in eo. 6. Dilectus meus descendit in hortum suum. & scribitur aliqñ cū he in fine in. ge. fe. Et dicitur גָּנָּה Gāna: vt Esa.61. Et sicut hortus germen suum germinat . Et qñ regit post se genitiuum mutat he vltimum in tau: & dicitur גִּנַּת Guin nath. Canti. 6. Descendi in hortum nucum . & in plu. גַּנִּים Gannim secundum formam masculinorum: siue גַּנֹּת Gan noth secundum formam femininorum . Nu. 24. vt horti iuxta fluuios irrigui. Canti. 4. fons hortorū. Esa. 1. Erube scetis sup hortos quos elegeratis. Hiere. 29. plātare hortos

גָּנַן Protegere.

Ganan. protegere. Esa.31. Protegens & liberans. Et aliqñ scribitur cū simplici nū. Vt in eo. Sic proteget dñs. exercituum ierusalē. Et in eo.37. Et protegam ciuitatē istā vt saluem eam. Osee.11. Protegam te israel. & inde מָגֵן Ma gen. ideſt protector siue protegens. aut scutum vel clype us. Geñ.15. Ego dñs protector tuus. Ps.17. Protector ē om nium sperantium in se. Osee. 4 . Dilexerunt afferre igno miniam protectores eius. Significat etiam scutum vel cly peum aut peltam: eo quod protegit. vt deut.33. Scutum au xilii tui. 2. Reg. 1. Quia ibi abiectus est clypeus fortium. Et in eodem. Clypeus saul quasi non esset vnctus oleo . Et ī eo 22. Scutū meū & cornu salutis mee. 3. Reg. 10. trecēteq̄ mi ne auri vnā peltā vestiebāt. Esa. 21. Surgite principes arripi te clypeū. Nau. 2. Clypeus fortiū eius ignit⁹. Et aliqñ scribi tur cū thau in fine. & dr מָגִנַּת Megīnath. vt Thren. 3 . dabis eis scutū cordis. & in plu. מָגִנִּים Maguinim: sc̄m formam masculinorū. siue מָגִנּוֹת maguinoth. sc̄m formā femininorum. vt. 3. Reg. 10. Et trecētas peltas ex auro ꝓbato. 2. Parali. 12. & clypeos aureos q̄s fecerat salomō. Et in eo. 26 . Prepa rauit quoq̄ eis Ozias. i. cuncto exercitui clypeos & hastas Et in eodem. 23 . Deditq̄ ioiada sacerdos centurionibus lanceas clypeosq̄ & peltas.

גָּנַב Furari.

Ganab. furari. Geñ. 32. Et rachel furata ē idola p̄ris sui. גְּנֵבָה Et in eo. Noluitq̄ iacob cōfiteri socero suo q̄ fugeret. Pro quo he. le. Et furatus est iacob cor laban syri : eo qđ nō nūciauit ei qa fugiēs ipse. Et in eo. Nec indicare mihi. Pro quo he. le. Et furatus es cor meū & nō indicasti mihi. i. ocul tasti vel abscōdisti a me. Et sic est in translatione chaldaica. Et in eo. Cur furatus es deos meos. Et in eo. Quidquid fur tim peribat : a me exigebas. Et in eo. 40. Quia furtī subla tus sum de terra hebreorū. Exo. 20. Nō furtū facies. Et ī eo. 21. Qui furatus fuerit hoiem: & vendiderit eū. Et in eo. 22. Et ab eo qui suscepat furto ablata fuerint. Et in eo. qđ si fur to ablatū fuerit: restituet damnū. 2. Re. 15 . & solicitabat cor da virorū israel. pro quo he. le. Et furabatur absalon corda virorum israel . Et in eodem . 19. Et declinauit populus in

Deficere.

Perficere

נְמִיר doctissim⁹

paradisus. Hortus

Hortus.

Hortī.

protegere.

protector.

Scutus. Clypeus .

Pelta.

Scutum.

Pelte.

Clypei.

Furari.

© Biblioteca Nacional de España

die illa ingredi ciuitatem: quomodo declinare solet populus versus efugiens de prelio. Pro quo hebrei legunt. Et furatus est se populus in die illa ad ingrediendum in ciuitatem. idest abscondite vel furtiue ingressus est populus ciuitatem. Iob. 4. Porro ad me dictum est verbum abscondi-

גָּנַב Fur.

tum & quasi furtiue. Hiere. 23. Qui furantur verba mea & inde גָּנַב Ganab. ideſt fur. Exo. 22. Si inuenitur fur du-

גַּנָּבִים Fures.

plum reddet. Iob. 24. Per noctem vero erit quasi fur. Ps. 49. Si videbas furem currebas cum eo. Et in plurali. גַּנָּבִים Ganabim. ideſt fures. Abdie. 1. Si fures introiſſent ad te. & inde גְּנֵבָה Geneba. ideſt furtum. Exo. 22. Si non habuerit

גְּנֵבָה Furtum.

quod pro furto reddat: ipse venundabitur. Et in eodem. Si inuentum fuerit apud eum quod furatum est. Pro quo hebrei legunt. Si inuentum fuerit in manu eius furtum.

גָּנָּה Hortus.

Gana. hortus. de quo vide supra in dictione גָּן Gan.

גָּנַז Gaza.

גָּנָז Ganaz. thesaurus. siue gaza: vel locus vbi reponitur aurum vel argentum seu vestes preciose. Ester. 3. Et decē millia talentorum appendam arcariis gaze tue. Ezech. 27. Gazarumq; precioſarum. Vbi pro gaza siue gazis ponitur in hebreo. גְּנָזַי Ginze in numero plurali: nam caret numero singulari.

גִּנְזָךְ Cellarium

גִּנְזָךְ Ganzach. cellarium. repositorium. vt. 1. Paralip. 28. Descriptionem templi & porticus & cellariorum. Et solum inuenitur in numero plurali & in predicto loco.

גָּעָה Mugire.

גָּעָה Gaa. Mugire. Iob. 6. Aut mugiet bos cum ante presepe plenum steterit.

גָּעַל Abhorrere. abominari

גָּעַל Gaal. abiicere. abominari. respuere. aborrere. Leuit. 26. Et nō abiiciet vos anima mea. Et in eodem. Abominabitur vos anima mea. 2. Reg. 1. Quia ibi abiectus est clypeus fortium. Iob. 21. Bos eorum concepit & non abortiuit. & inde. גֹּעַל Góal. ideſt abiectio. Ezech. 16. In abiectione anime tue.

Abortire.

גֹּעַל Abiectio.

גָּעַר Increpare.

גָּעַר Gaar. Increpare. Geñ. 37. Et increpauit eum pater suus. Ps. 9. Increpasti gentes: periit impius. Ps. 67. Increpa feras arundinis. Ps. 105. Et increpuit mare rubrum: & exsiccatum est. Ps. 118. Increpasti superbos. Esa. 17. Et increpabit eum & fugiet procul. Et in eodem. 54. Vt non irascar tibi & non increpem te. Naum. 1. Increpans mare: & exsiccans illud. Zach. 3. Increpet dominus in te sathan. Malach. 2. Ecce ego proiiciam vobis brachium. Pro quo hebrei legūt. Ecce ego increpabo vobis siue p vobis semē tem siue brachium. Et in eodem. 3. Et increpabo pro vobis deuorantem. Et inde. גְּעָרָה Geara. ideſt increpatio siue redargutio. Ps. 103. Ab increpatione tua fugient. Prouer. 13. Qui autem illusor est non audit cum arguitur. pro quo hebrei legunt. Et illusor non audit increpationem siue redargutionem. Et aliquando scribitur cum mem in principio & tau in fine. & dicitur. מִגְעֶרֶת Migeéreth. Deut. 28. Et increpationem in omnia opera tua.

גְּעָרָה Increpatio

Redargutio.

מִגְעֶרֶת Increpatio

גָּעַשׁ Cōmouere cōquassat.

גָּעַשׁ Gaas. commouere. turbare. intumescere. impetum facere. 2. Reg. 22. Commota est & contremuit terra. & in eodem. Et conquassata quoniam iratus est eis. Pro quo hebrei legunt. Et commota sunt. Et sic habetur. Ps. 17. vbi eadem verba ponuntur in hebreo. Iob. 34. Et in media nocte turbabuntur. Hiere. 25. Et bibent & turbabuntur. Et in eodem. 46. Et veluti fluuiorum intumescunt gurgites eius. Et in eodem. Et velut flumina mouebuntur fluctus eius.

Turbare.

Intumescere.

גָּף Arr. Testis.

גָּף Gaph. arx. pinnaculum. ala siue penna. vt Prouer. 9. Vt vocaret ad arcem. Ponitur etiam pro veste. vt Exo. 21. Cum quali veste intrauerit: cum tali exeat. de quo vide supra in dictiōe גוף Guph. Scribitur etiam cum aleph in principio. Et significat exercitum siue agmen. De quo vide supra in dictione אַגָּף Agaph. Item. גַּף gaph. in lingua chaldaica signāt alam siue pennam. Dañ. 7. Et alas hēbat aqle.

גַּף Ala.

גֶּפֶן Uitis.

גֶּפֶן Géphen. vitis. vt Geñ. 40. Videbam coram me vitem Iudi. 9. Et locuta sunt ligna ad vitem. 4. Reg. 4. Et inuenit quasi vitem siluestrem. Ps. 127. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue. Osee. 10. Vitis frondosa israel. Et aliquando ponitur in nostra translatione pro vinea. vt Geñ. 49. Ligans ad vineam pullum suum. Nu. 6. Quidquid ex vinea esse potest. Deut. 32. De vinea sodomorum vinea eorum. Iob. 15. Ledetur quasi vinea in primo flore. Ps. 79. Vineam de egypto transtulisti. Et in plurali גְּפָנִים Gephanim. Canti. 2. Vince florentes dederunt odorem suum. Abach. 2. Et non erit germen in vineis. Et in omnibus locis predictis hebrei legunt vitem siue vites. Et aliquando ponitur in hebreo singulare pro plurali. vt Esa. 7. Omnis locus vbi fuerint mille vites. & Hiere. 8. nō est vua in vitibus. Pro quo in hebreo habetur. Non sunt vue in vite.

Uinea.

גְּפָנִים Uinee.

גֹּפֶר Leuigatū.

גֹּפֶר Gófer. Leuigatum: seu bituminatum. Geñ. 6. Fac tibi arcam de lignis leuigatis. Et solum inuenitur in predicto loco: & dicunt hebrei q̄ significat quodam genus ligni leuissimi sic nominati. vnde ipsū legunt. Fac tibi arcā de lignis gópher. & sunt qui dicunt q̄ signāt quadratū. Alii vero dicūt q̄ signāt quodam genus cedri. btūs vero hieronymus in libro de hebraicis questionibus super hoc loco sic ait: p quadratis lignis: bitumīatis legim⁹ in hebreo.

Gopher.

גָּפְרִית Sulphur.

גָּפְרִית Gophrith. sulphur. Geñ. 19. Igitur dominus pluit super sodomam & gomoram sulphur & ignem. Deut. 29. Sulphure & salis ardore comburens.

גָּרַר Serrare. Uuere.

גָּרַר Garar. serrare. dissecare. ruere. & inde מְגֵרָה Megera. i. serra. 3. Reg. 7. Tam intrinsecus quam extrinsecꝰ serrati erant. Pro quo he. le. Serrati erant serra intrinsecus & extrinsecus. Hiere. 30. Procella ruens in capite impiorum quiescet. Hebrei tñ dicunt q̄ etiam in hoc loco signāt serrare vel dissecare. Et legūt sic: procella dissecans vel detrūcans in capite impiorū quiescet. Alii vero dicunt q̄ deriuatur a supradicta dictione גור Gur. Que signāt habitare vel peregrinari. Ponitur etiam in nostra translatione pro sustentari. 3. Reg. 17. Etiam ne viduam apud quam ego vt cūq; sustentor afflixisti. de quo vide supra in dictione גור Gur. & aliqñ scribitur cū simplici res. Prouer. 21. Rapine impiorum detrahent eos. Pro quo he. le. Rapina impiorum dissecabit eos. Potest etiam deriuari a dictione נָגַר Nagar. que significat detrahere vel defluere. vt infra dicetur.

מְגֵרָה Serrare. Uuere.

Dissecare.

Sustētari.

Detrahere Dissecare.

גָּרָב Scabies.

גָּרָב Garab. scabies. Deut. 28. scabie quoq; & prurigie: ita vt curari nequeas. & in lingua chaldaica significat vtrem vel lagenam.

גָּרָגַר Granum. Oliua.

גַּרְגְּרָה Collum.

גָּרָגַר Gargar. granum. Pro quo beatus hieronymus transtulit oliuam. Esa. 17. Duarum vel trium oliuarum in sūmitate rami. Et solū inuenitur in p̄dicto loco: & i nu. plu. Itē גַּרְגְּרָה Garguera. guttur. collū. Prou. 1. Et torques collo tuo. Et i eo. 3. Circūda eas gutturi tuo. & scribitur in hebreo plr: qa caret singlari. Et aliqñ scribitur cū simplici gimel & simplici res & additur littera nun in fine. & dicitur גָּרוֹן Garon. i. guttur. Ps. 13. Sepulchrū patēs guttur eorū. Ps. 113. Non clamabūt in gutture suo. Ps. 149. Exaltatiōes dei in gutture eorum. Esa. 58. Clama ne cesses. Pro q̄ he. le. Clama in gutture siue cum gutture ne cesses.

גָּרוֹן Guttur.

גָּרַד Radere

גָּרַד Garad. radere. scalpere. Iob. 2. Qui testa saniem radebat. Et solum inuenitur in predicto loco.

גָּרָה Irritare. Inire pressium.

גָּרָה Gara. incitare. irritare. ꝓuocare. inire bellū. ītē mouere. Deut. 2. videte ergo diligēter ne moueamī cōtra eos. i. ne irritetis siue ne ꝓuocetis eos ad bellū. et i eo. ne ie

© Biblioteca Nacional de España

mouerí ad prelium. Prouocaſ

תִּגָּרֶת

Contentio

גֵּרָה

Ruminaſ.

גֵּרָה

Obolus.

גָּרַז

Excidere.

גֶּרֶז

Securis.

גּוֹרָל

Sors.

גּוֹרָלוֹת

Sortes.

גָּרֶם

Cartilago. Oſſa.

Durities.

Fortis.

גָּרַם

Cõfrigere.

גֹּרֶם

Tribunal.

גֹּרֶן

Area.

גֹּרָנוֹת

Aree.

גָּרוֹן

Guttur.

גָּרַס

Confrigeſ Cõcupiſcere.

גָּרַשׂ

Cõfrigere Fractum.

גָּרַע

Minuere.

as aduerſus eos prelium. Et in eodem. Neq; moueaſ ad prelium. 4. Reg. 14. Quare prouocas malum vt cadas tu & iudas tecum. Hiere. 50. Quoniam dominum prouocaſti. Et inde. תִּגָּרֶת Thigrath. ideſt prouocatio ſiue irritatio vel contentio. Ps. 38. a fortitudine manus tue ego defeci. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit a contentione manus tue conſumatus ſum. Item גֵּרָה Guera. ideſt ruminare. Leuit. 11. Omne quod habet diuiſam vngulam & ruminat. Et in eodem Et ſus quí cum vngulam diuidat non ruminat. Item. גֵּרָה Guera. obolus. genus ponderis ſeu genus monete. Exo. 30. Siclus viginti obolos habet. Et ſecundum aliquos hebreos ab hac dictione deriuatur גָּרוֹן Garon. ideſt guttur. de quo vide ſupra in dictione גָּרַג gargar.

גָּרַז Garaz. excidere. Ps. 30. Proiectus ſum a facie oculorũ tuorum. Pro quo hebrei legunt. Exciſus ſum a facie oculorum tuorum. & inde גֶּרֶז Garzen. ideſt ſecuris. Deut. 19. Et in ſuciſſione lignorum ſecuris fugerit manũ. Eſa. 10. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum qui ſecat in ea

גּוֹרָל Goral. ſors. Nu. 33. Sínguli vt ſors ceciderit: ita tribuetur hereditas. Ioſ. 15. Sors filiorum iude. Ps. 21. Et ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Prouer. 1. Sortem mitte nobiſcum. Et in plurali. גּוֹרָלוֹת Goraloth. ideſt ſortes. Leuit. 16. Mittenſq; ſuper vtrunq; ſortem. Pro quo hebrei legunt. Et mittat ſacerdos ſuper duos hircos ſortes. Ione. 1. Et miſerunt ſortes.

גָּרֶם Garem. cartilago. os: aut fortis: vel durus: ſiue oſſeus vt Iob. 40. Cartilago illius quaſi lamine ferree. Prouer. 17. Spiritus triſtis exſiccat oſſa. Et in eodem. 25. Et lingua mollis confringet duritiam vbi ponitur in hebreo os pro durítia. Dañ. 6. Et omnia oſſa eorum comminuerunt. Ponitur etiam pro fortí. Geñ. 49. Iſacar aſinus fortis. Itẽ.

גָּרַם Garam. cõfrigere. Nu. 24. Oſſaq; eorum confringet. Ezech. 23. Et fragmenta eius deuorabis. Pro quo hebrei legunt. & teſtas eius confringes. ſcilicet dentibus. Soph. 3. Iudices eius lupí veſpere non relinquebant in mane. pro quo hebrei legunt. Iudices eius lupi veſpere non confringebãt ſcilicet oſſa in mane. Quaſi dicat: in veſpere confringebãt oſſa & deuorabant ea: & nihil in mane relinquebant. Item

גֹּרֶם Gerem. ideſt gradus quo aſcenditur: aut tribunal. 4. Reg. 9. Poſuerunt ſub pedibus eius in ſiſ'litudinẽ tribunalis

גֹּרֶן Góren. area. Geñ. 50. Venerunt ad aream achad. Deut. 16. Quando collegeris de area & de torculari. Eſa. 21. Et filia aree mee. Et in plurali גָּרְנוֹת Goranoth. vt Oſee. 9. Super omnes areas tritici. Ioel'. 2. Implebuntur aree frumẽto. Item גָּרוֹן Daron. ideſt guttur. De quo vide ſupra in dictione גָּרַג gargar.

גָּרַס Garas. confringere. frangere. Thren. 3. Et confregit ad numerum dentes meos. Ps. 118. Concupiuit anima mea deſiderare. Pro quo hebrei legunt. Confracta ſiue contrita eſt anima mea deſiderio. Et aliquando ſcribitur cum ſin littera in fine loco ſamach. & dicitur גָּרַשׂ Géres ideſt confractum vel contuſum. Leuí. 2. Et confringes in modum farris. Et in eodem. Partem farris fracti & olei.

גָּרַע Garaa. diminuere. auferre. prohibere. confringere. Exo. 5. Nec minuetur quicquam ex opere veſtro. Nu. 11. Quare fraudamur vt non valeamus oblationem offerre. Pro quo hebrei legunt. Quare minuímur. ideſt inferiores ſumus: vt non valeamus oblationem offerre. Et in eodem. 3. De noſtra hereditate minuetur. Et in eodem. Confundatur fortium diſtributio: & aliorum poſſeſſio ad alios tranſeat. Pro quo hebrei legunt. Addatur hereditas earum hereditatí tribus quibus fuerint vxores: & de noſtra hereditate minuetur. Deut. 4. Non addetís ad verbum: neq; auferetis ex eo. Iob. 15. Et tuliſti preces coram deo. i. deſt abſtuliſti vel diminuiſti. Et in eodem. Et inferior tenet eius ſapientia. Pro quo hebrei legunt. Et diminuta eſt apud te ſapientia: ſiue ablata eſt a te ſapientia. Et in eodem. 36. Non auferet a iuſto oculos ſuos. Et in eodem. quí aufert ſtillas pluuie. Ezech. 16. Et auferam iuſtificationem tuam. Sígnificat etiam cõfringere vel cõcidere. vt Ezech. 5. Ego quoq; confringam: & non parcet oculus meus. Eſa. 15. Omnis barba radetur. ideſt concidetur. Hiere. 48. Omnis barba raſa erit. & inde מִגְרָעוֹת Migraoth. Pro quo Beatus hieronymus tranſtulit trabes: eo quod exciduntur vt. 3. Reg. 6. Trabes autem poſuit in domo per circuitum forinſecus: vt non hererent muris templi. Hebrei tamen dicunt q; muri templi erant minus craſſi a parte ſuperiori: & q; tabulata a parte poſteriori ſuſtentabantur in muro eo q; erat craſſior a parte inferiori: ita q; trabes non ingrediebantur in muro ſed capita earum a parte poſteriori erant inixa muro: & illud muri quod erat diminutum in craſſitudine a parte ſuperiori dicitur מִגְרָעוֹת Migraoth ſecundum hebreos.

גָּרַף Garaph. trahere. vt Iudí. 5. Torrens ciſſon traxit cadauera eorum. Item. אֲגַרְוף Egroph per additionem a leph in principio ſignificat pugnum. vt Exo. 21. Et percuſſerit alter proximum ſuum lapide vel pugno. Eſa. 58. Et percutitis pugno impie. Et aliquando ſcribitur cum mem in principio & dicitur מֻגְרְפוֹת Megrephoth: et ſignificat ſtercus ſiue glebas. Ioel'. 1. Computruerunt iumẽta ſub ſtercore ſuo. Pro quo aliqui hebrei legunt ſic. Computruerunt diſſeminata ſub glebis ſuis: ſcilicet ne pullularent. Nam vtroq; modo poteſt legi vt infra dicetur in dictione. פָּרַד Parad.

הָגָה Haga.meditari.loqui.clamare.ſonos ſeu verba profere.rugire.gemere.amouere.auferre.vt Iob.27.Neq̄ lingua mea meditabitur mendacium. Ps.1. Et in lege eius meditabitur die ac nocte.Ps.2.Et populi meditati ſunt inania.Ps.62.In matutinis meditabor in te.Ps.70.Sed & lingua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuam.i. loquetur. Ps.76.Et meditabor in oībus operib⁹ tuis.Eſa.33.Cor tuū meditabitur timore.& in eo.37.Meditat⁹ eſt in ſpiritu ſuo duro per diē eſtus.Sed dicunt hebrei q̄ in predicto loco ſignificat amouere vel auferre·& ſic legunt. Amouit ſiue abſtulit in ſpiritu ſuo duro.& in eodē.59.Concepim⁹ & locuti ſumus de corde verba mendacii.ponitur ēt pro clamare. vt.Ps.113.Nō clamabūt in gutture ſuo.& btūs Hieronym⁹ in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit.Nō ſonabunt in gutture ſuo.Eſa.8.Qui ſtridēt in incantationibus ſuis.pro quo hebrei legunt. Qui garriūt & clamāt vel ſonant aut loquūtur Item ſignificat rugire vel gemere.vt Eſa.31. Quomō ſi rugiat leo & catulus leonis ſup predam ſuā.& in eo.59.Et q̄ſi columbe meditantes gemem⁹.& ſupra in eodē.38. Meditabor vt colūba.i.gemā vel rugiam vt colūba.Inde הֲגִיג He ge.i.ſonus.ſermo.locutio.gemit⁹.vt Iob.37.Et ſonum de ore eius procedētē.&.Ps.59.Sicut aranea meditabuntur. Pro quo beat⁹ Hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.trāſtulit.Quaſi ſermonē loquēs.ponitur etiā pro gemitu.pro q̄ beat⁹ Hieronymus tranſtulit carmē.ſ.lugubre vel triſte. vt Ezech.2. Et ſcripte erant in eo lamentationes & carmen

Ille.
Nunquid. Num.
Forſitan.
Vtrum.
An.
Si.
Ne.
Ecce.
Qui.
He.
Ecce.
Offerre
Venite.
Vane age
Vana loq.
Vanum ē
Vanitas.
Vanitates
Vanum
Sculptilia
Hebenini
Augures. Aſtrologi.
Meditari.
Amouere. Loqui Clamare
Sonare
Rugire Gemere
Sonus
Carmen.

© Biblioteca Nacional de España

& ve.& aliqñ ſcribitur cum duplici gnimal.& ſignificat clamorem vel rugitum aut meditationem.vt.Ps.5. Intellige clamorem meum.& beatus Hieronymus tranſtulit.Intelli ge rugitum meum.Ps.38.In meditatione mea exardeſcet ignis.& aliqñ ſcribitur cum tau in fine & dicitur הגות Hagguth.vt.Ps.48.Et meditatio cordis mei prudentia. Inde הגיון Higaion.i.meditatio.vt.Ps.9. In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.pro quo hebrei legũt. In operibus manuum ſuarum corruit impius meditatio ſemper.ſiue meditatione ſemper.Ps.18.Et meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.Ponitur etiam pro cantico.vt.Ps.91.Cum cãtico in cithara.Item הגה Haga.amouere.auferre.2.Reg.20.Amoto ergo illo de via tranſibat oĩs vir.& Prouer.25.Aufer rubiginem de argento.& in eodẽ. Auſer impietatem de vultu regis.

Rugitus
Meditatio
הגות
Meditatio
הגיון
Meditatio
Canticum
הגה
Amouere.
Auferre.

הגן Hagan.ſeparatũ.vt Ezech.42.Que via erat añ veſtibulũ ſeparatum per viam orietalẽ ingredientibus.vbi pro eo quod in littera noſtra eſt ſeparatum in hebreo habetur הגנה Hagina.& ſolum inuenitur in predicto loco.& dicunt hebrei ף ſignificat rectum ſiue directum.Tamẽ ſi illa particula ה Ha eſſet articularis ſicut ſupra in principio huius littere dictum eſt.Tunc dictio גנה Gina ſignificat hortum ſiue pomerium.& tunc poterit eſſe talis littera.ſ.que via erat ante veſtibulum ſiue ante peribolum horti ſiue pomerii per viam orientalem ingrediẽtibus. Alii vero dicũt ף predicta dictio deriuatur a dictione נגן Nagan.que ſignificat canere vel pſallere.& legũt.Que via erat ante peribolum vel clauſuram organizationis vel cantici.i. vbi leuite canebant laudes deo.& huius opinionis eſt Nicolaus de lyra cui concordat tranſlatio chaldaica.

Separatũ
הגנה
Canere.

הד Hed.laus.ſiue gloria.vt Ezech.7. Prope eſt dies occiſionis & non glorie montium.& dicunt hebrei ף ſignificat ſonitum ſiue clamorem aut reſonantiam.Et ף deriuatur a ſequenti dictione que ſignificat ſonitum vel clamorẽ Alii vero dicunt ף deriuatur a dictione הוד Hod.que ſignificat laudem vel gloriam.ſicut eſt in littera noſtra. De quo infra dicetur.

Gloria

הדד Hedad.ſonitus.ſtrepitus.clamor.pro quo beatus Hieronymus tranſtulit vocem calcãtium.Eſa.16.Vox calcantium irruit.& in eodem. Vocem calcantium abſtuli.i. clamorem vel ſtrepitum quem calcantes in torculari faciũt Quod etiam dicitur celeuma.vt Hiere.25. Celeuma quaſi calcantium concinetur.& in eodem.48.Nequaq̃ calcator vue ſolitum celeuma cantabit.& in eodem.51. Et ſuper te celeuma cantabitur.in quibua locis ponitur predicta dictio pro celeuma.Et ſcribitur cum iod in prima ſyllaba.

Clor calcãtium.
Clamor celeuma.

הדברי Hadabre ſiue הדברא Hadabraia in lingua chaldaica ſignificat optimates ſiue principes.& ſolum inuenitur in numero plurali.Dañ.3.& ait optimatib? ſuis.

optimates

הדה Hada.extendere.mitere.ſ.manũ.vt Eſa.11.Et in caluernam reguli qui ablactatus fuerit manũ ſuam mittet.Et ſolum inuenitur in predicto loco.

Mittere.

הדך Hadach.conculcare.conterere.vt Iob.40. Et contere impios in loco ſuo.& ſolũ inuenitur in predicto loco.

Conterere

הדם Hadom.ſcabellum.vt Ps.109. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.Eſa.66. Terra autem ſcabellum pedum meorum.Item הדם Hadem.in lingua chaldaica ſignificat ſcidere:aut in fruſta ſecare & inde הדמין Hadamin.i.fruſtra ſeu fragmenta. Dañ.1. Peribitis vos.pro quo hebrei legunt.in fruſta concidemini.& in eodem.3.Diſpereat:& domus eius vaſtetur.pro quo hebrei legunt.In fruſta concidatur.

Scabellũ.
הדם
Scindere.
הדמין
Fruſta.

הדס Hadas.myrtus.vt Nee.8.Frõdes myrti & ramos palmarum.Eſa.41. Dabo in ſolitudine cedrum & ſpinã & myrtum.& in eodem.55. Et pro vrtica creſcet myrtus. & in plurali הדסים Hadaſim. pro quo beatus Hieronymus tranſtulit.Myrteta.Zach.1.Et ipſe ſtabat inter myrteta que erant in profundo.

Myrtus
הדסים
Myrteta

הדף Hadaph.impellere.expellere. ſubuertere. vt Nu.35. Si per odium quis hominem impulerit.Deut.6.vt deleret omnes inimicos tuos coram te.pro quo hebrei legũt. Vt expellat omnes inimicos tuos coram te. Prouer.10. Et inſidias impiorũ ſubuertet.Eſa.22.Et expellam te de ſtatione.Hiere.46.Non ſtetit:quoniam dominus ſubuertit eum Ezech.34.Pro eo quod lateribus & humeris impingebatis.i.expellebatis vel impellebatis.

Impellere
Expellere.
ſubuertere
Impigere

הדר Hadar.decorare.honorare.gloriare.glorificare.vt Leuit.19.Et honora perſonã ſenis. Prouer.25. Ne glorioſus appareas coram rege.i.ne glorieris coram rege ſeu ne glorificeris.Threñ.4.Faciem ſenum non erubuerunt. Pro quo hebrei legunt. Facies ſenum non ſunt honorate. vel non ſunt decorate.Dañ.5.Deum qui habet flatum tuũ in manu ſua non glorificaſti.Exo.23.Et pauperis non miſerearis in iudicio.pro quo hebrei legunt.Et pauperẽ non honorabis ſiue non decorabis in iudicio. Sed beatus Hieronymus tranſtulit ſenſum.& inde הדר Hadar ſiue הדר Heder.i.pulcher ſiue decorus:aut pulchritudo vl' decor.vt Leuit.23. Sumetiſq; vobis die prio fruct? arboris pulcherrime.Ps.95.Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius.Ps. 103.Cõfeſſionem & decorem induiſti. Dañ.11. Et indign? decore regio.Ps.144.Magnificentia glorie ſanctitatis tue loquetur.pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicã veritatẽ tranſtulit decorẽ glorie magnitudis tue & verba mirabilium tuorum loquar. Dañ.4. Et in gloria decoris mei.& aliqñ ſcribitur cũ tau in fine.vt.Ps.95. Adorate dñm in atrio ſancto eius.pro quo beat? Hieronym? in pſalterio iuxta hebraicam veritatem trãſtulit. Adorate dominum in decore ſanctuarii.2.Paralip.20.Vt laudarent eũ in turmis ſuis. pro quo hebrei legunt. Et laudarent decorẽ ſanctuarii' ſiue decorem ſanctum aut in decore ſanctuarii. Ponitur etiam pro dignitate. vt Prouer.14. In multitudie populi dignitas regis.i.gloria ſiue decor regis.& in plurali הדרי Hadre.pro quo in noſtra tranſlatione habetur ſplẽdores.Ps.109. In ſplendoribus ſanctorum.Sed beat? Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem pro הדרי Hadre.legit הדרי Harere cum duplici res.i.montes.vbi ſic tranſtulit.In montibus ſanctis.Et hec varietas cõtigit propter ſimilitudinem res & daleth: que ſunt quaſi vnius figure.& fortaſſe in libris antiquis erat ſcriptũ הררי Harere cũ duplici res. Inde הדור Hadur.i.decorus glorioſus ſiue formoſus.vt Eſa.63.Iſte formoſ? in ſtola ſua.& in pſali הדורים Hadurim.vt in eodem.45.Et glorioſos terre humiliabo. Hebrei tamen dicunt ף in predicto loco ſignificat anfractus:ſiue abrupta:vel circuitus viarum:aut vias non rectas. & ſic legunt.Et diſtorta.i.ea que non ſunt recta rectificabo ſiue anfractus vel abrupta.ſ. viarum equabo.Item הדר Hadar in lingua chaldaica ſignificat reuertere. Dañ.4. Et ad honorem regni mei decoremq; peruenĩ.pro quo hebrei legunt.Et ad honorem regni reuerſus ſum ſiue reduct? ſum.

Dignitas.
הדרי
ſplẽdores.
Montes.
הדור
Formoſus
הדורים
Glorioſi
Reuertere

הו Ho.ve.Interiectio dolentis.vt Amos.5.Et in cũctis que foris ſunt dicetur ve.ve.& ſolũ inuenitur in p̃dicto loco.

הוא Hu.pronomen eſt tertie perſone aut verbum ſubſtantiuum.ſ.ipſe vel ipſum.ille vel illud.iſte vel iſtud.is vl' id.eſt vel fuit.Gsñ.1. Ipſe eſt qui circuit omnem terram eui

Ipſe.

© Biblioteca Nacional de España

Ipsum. Ille. Iste.

lath.& in eodem.Ipsum est nomen eius.Et in eodē.18.Ipe vero stabat iuxta eos.& in eo.27. Quis igitur ille est qui dudū captam venationem attulit mihi.Exo.6.Iste est aarō & moyses.& in eo.Iste est moyses & aaron. Ester.7. Quis est iste & cuius potentie.Et accipitur etiam in genere neutro:quia hebrei non habent genꝰ neutrum:sed pro eo vtū tur cōiter genere masculino & aliquando femínino.Scribi tur etiam הוּא Hi cum vau in medio dictionis.& cum punc to hiric in genere femínino.ſ.ipsa.illa.ista.vt Geñ.3. Mu lier quam dedisti mihi socíam dedit mihi de ligno.pro quo in hebreo habetur.Ipsa dedit mihi de ligno. & in eodem. Ipsa conteret caput tuum.Sed in predicto loco in codicibꝰ hebreorum scribitur הוּא Hu cum puncto surec:quod inter pretatur ipse vel ipsum & refertur ad semen: De quo supra dixerat:inimicitias ponam inter te & mulierem & semen tuum & semen illius.Vtroqꝫ tñ mō legi potest: quia eisdē litteris vtrūqꝫ scribitur in hebreo scilicet ipsum & ipsa.Et in eodem.17.Delebitur anima illa de populo suo. & in eo dem.24.Ipsa est mulier quam preparauit domiꝰ filio do mini mei.& sic in aliis locis ponitur הוּא Hi.cum vau in me dio dictionis in genere femínino.Item ponitur הוּא Hu.p boc nomine relatiuo quis vel qui.vt Geñ.14.Qui habita bat in sodomis.& in eodē. Qui habitabat in conualle mā bre.Ponitur etiam pro hoc verbo substantiuo Sum es fui. vt Geñ.20.Quia propheta est.& in eodem. In omni lo co ad quem ingrediemur dices qꝫ frater tuꝰ sim.Deut.32. Videte qꝫ ego sim solus. Vide etiam de hoc infra in dictio ne הָוָה Haua.

Ipsa

הוּא

Illa.

הוּא

Qui.

הוֹד Hod.gloria.laus.confessio.honor. decor siue species. Nu.17.Et dabis ei precepta cunctis videntibus & par tē glorie tue.2.Paralip.29.Et tibi laus.ſ.est.& Iob.39. Glo ria narium eius terror.Ps.103.Confessionem & decorē in duisti.Ps.148.Confessio eius super celum & terrā. Hiere. 22.Ve domine:ve inclyte.Pro quo hebrei legunt.Ve domi ne siue ve domino & ve glorie eius.Dañ.11.Et non tribue tur ei honor regius. Osee.14. Et erit quasi oliua gloria eius.Zach.10. Quasi equum gloria eius in bello. Signifi cat etiam decorem siue speciē.1. Paralip.7. Soror autem eius regina peperit virum decorū.Dañ.10. Et species mea immutata est in me.

Gloria.

Confessio.

Honor.

Decorus. Species

הָוָה Haua.verbum est substantiuū.ſ.sum es fui.vt Geñ.27. Esto dominus fratrum tuorū.Esdre.4. Nam & reges fortissimi fuerunt in ierusalem.Nec.8.Et leuare te velis su per eos in regē.Pro quo hebrei legunt.Et tu es sup eos rex siue & tu velis esse super eos rex. Eccl's.2. Quid enim ꝓde rit homini de vniuerso labore suo.pro qꝫhe.le.quid emī est homini de vniuerso labore suo.Et aliquando scribitur cum aleph in fine.vt in eodem.11.In quocūqꝫ loco ecciderit ibi erit.& Iob.37.Qui precipit niui vt descendat in terrā.Pro quo hebrei legunt. Qui precipit niui esse in terra.i.vt de scendat in terram sicut est in littera nostra. Dañ.2. Tu rex videbas.Pro quo hebrei legunt.Tu rex videns eras.& ali quando scribitur cum lamed in principio & aleph in fine loco he.Dañ.2.Sit nomen domini benedictum in secula.vi de etiam de hoc infra in dictione הָיָה Haia.Item הוָה Houa siue הָוָה Haua aut הָוֹת Hauath.i.calamitas.vanitas.insidie. iniquitas.peruersitas.vt Iob.6.Et calamitas quam patior. Esa.47.Irruet super te calamitas quam non poteris expia re.Ponitur etiam pro vanitate.Ps.51.Et preualuit in vani tate sua.Sed beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebrai cam veritatē transtulit.Confortatus est in insidiis suis.Pro uer.10.Insidias impiorum subuertet.Michee.7.Et magnꝰ

Esse.

Calamitas

הַוָּה

Vanitas.

locutus est desiderium anime sue.Pro quo hebrei legūt. Et magnus locutus est iniquitatem vel peruersitatem anime sue.Sed mutando he primum in aleph:tunc potest significare desiderium.& in plurali.הַוּוֹת Hauoth.Ps.37.Et qui in quirebant mala mihi locuti sunt vanitates.sed beatus Hie ronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit insidias.Ponitur etiam pro iniustitia. vt. Ps.51. Iniustitiā cogitauit lingua tua.Pro quo beatus Hieronymus transtu lit in predicto psalterio.Insidias cogitat lingua tua.Ps.54. Et labor in medio eius & iniustitia. Pro quo beatus Hiero nymus in predicto psalterio transtulit.Insidie in vitalibus eius.Ponitur etiā pro iniquitate.vt.Ps.56.Donec transeat iniquitas.Sed etiam in hoc loco beatus Hieronymꝰ in pre dicto psalterio transtulit.Donec transeant insidie. Et dicūt aliqui hebrei ꝙ ab hac dictione deriuatur verbum תְּהוֹתְתוּ Thehothethu.Pro quo.lxx.trāstulerunt irruitis.vt. Ps.61. Quousqꝫ irruitis in hominem. Pro quo beatus Hieronymus in predicto psalterio transtulit. Vsquequo insidiamini contra virum.

Iniquitas

הַוּוֹת

Vanitates

Iniustitia.

Irruere

Insidiari.

הוֹי Hoi.ve.interiectio dolentis.siue o.quod est aduerbium vocatiui casus.vt Esa.1. Ve genti peccatrici.& in eodem 5. Ve qui coniungitis domum domui.& in eodem. Ve qui trahitis peccatum in funiculis vanitatis.& in eodē. Ve qui dicunt malum bonum & bonum malum. & in eodem. Ve qui sapientes estis in oculis vestris.& in eodem. Ve qui po tentes estis ad bibendum vinum.& in eodem.10. Ve qui cō dunt leges iniquas.& in eodem. Ve assur virga furoris mei & Hiere.22. Non plangent eum ve frater & ve soror:non concrepabunt ei ve domine & ve inclyte.& in eodem.47. O mucro domini vsquequo non quiesces. & Zach.2.O. O fugite de terra aquilonis.& in eodē.2.O sion fuge.Esa. 55.Omnes sitientes venite ad aquas. Pro quo hebrei le gunt. O omnes sitientes venite ad aquas.& aliquando scri bitur sine Iod.& dicitur הֹ Ho de quo supra dictum est.

Ve.

O.

הוֹן Hon.diuitie: siue multitudo aut abundātia diuitiarum. substantia.sufficientia.satis.vt.Ps.118.Sicut in omnib diuitiis.Prouer.11.Non proderunt diuitie in die vltionis. Et in eodem.13.Et quasi pauper cum in multis diuitiis sit. Et in eodem.19.Diuitie addunt amicos plurimos.Ponitur etiam pro substantia.vt Prouer.1.Omnem precioſam sub stantiam reperiemus.& in eodem.3.Honora dominum de tua substantia.Et in eodem.6.Omnem substantiam domꝰ sue tradet.Et in eodem.10.Substantia diuitis vrbs fortitu dinis eius.Et in eodem.13. Substantia festinata minuetur. Et in eodem.24. Vniuersa substantia precioſa & pulcherri ma.Significat etiam satis vel sufficientia. vt Prouer.30.Et quartum ꝙ nunquam dicit sufficit.Et in eodem. Ignis ve ro nunqꝫ dicit sufficit.Ponitur etiam pro precio.vt.Ps.43 Vendidisti populum tuum sine precio.ideſt sine substantia vel sine diuitiis.

הֹן

Diuitie

Substātia

sufficientia.

Precium

הָזָה Haza.dormitare secundum hebreos.& inde הֹזִים Ho zim.ideſt dormitantes.Pro quo beatus Hieronymus transtulit.videntes vana.quasi חֹזִים Chozim cum littera cheth.Esa.56.Videntes vana dormientes & amantes som nia.& solum inuenitur in predicto loco.

הָזָה

הֹזִים

Vana.

הִי Hi.ve.Interiectio dolentis.vt Ezech.2. Et scripte erant in eo lamentationes & carmen & ve.& solū inuenitur in predicto loco.

הִי

Ve.

הִיא Hi .pronomen est tertie persone generis femínini.i. ipsa.illa.ista.ea.eadē.vt Geñ.20.Et ipsa ait frater me us est.Iudi.4.Que iudicabat populum.Et in eo. Et sede bat sub palma que nomine illius vocabatur. Pro quo he-

הִיא

Ipsa.

© Biblioteca Nacional de España

הִיא Ipsa. brei legunt. Et ipsa sedebat sub palma debbora. Threñ. 1. Habitauit inter gentes pro qđ in he. hr ipsa habitauit inter gẽtes. Et aliquando scribitur cũ vau in medio dictiõis sicut supra dictum est in dictione הוּא Hu. Ponitur etiam pro hoc verbo substantiuo sum es fui. vt Geñ. 12. Quare non indicasti mihi q vxor tua esset. Et in eodem. 20. Dixitq de sara vxore sua soror mea est. Ps. 118. Quia in eternum mihi est.

הָיָה Esse. הֱיֵה Haia esse. verbum substantiuum. egrotare. euanescere. vt Geñ. 6. Noe vir iustus atq perfectus fuit in' generationibus suis. Et in eodem. 10. Ipse cepit esse potens in terra: & erat robustus venator coram domino. Et in eodẽ. Fuit autem principium regni eius babylon. Et in eodem. 21. Et fuit cum eo. Et in eodem. 26. Sit iuramentum inter nos. Exo. 3. Ego sum qui sum. & in eodem. Qui est misit me ad vos. Et in eodem. 9. Ecce manus domini erit super agros. Iudi. 16. Infirmus ero vt ceteri hominum. 1. Reg. 1. Fuit vir vnus de ramathaim. 2. Reg. 4. Duo viri principes latronum erant filio saul. Et i eo. 7. Ego ero ei in patrẽ & ipse erit mihi in filium. Dañ. 1. Fuit autem daniel vsq ad annum primum cyri regis. Et aliquando scribitur sine he finali. vt in aliquibus locis supradictis. Scribitur etiam aliquando cum duplici iod. vt Geñ. 24. Soror nostra crescas in mille millium. Pro quo in hebreo habetur. Soror nostra tu sis in mille millium. 2. Reg. 15. Si veneris mecum eris mihi oneri. & a predicta dictiõe: & a supradicto verbo הָוָה Haua. deriuatur nomen domini tetragrammaton quod scribitur quattuor litteris. scilicet. Iod. he. vau. he. & significat esse vel essentiam. pro quo beatus hieronymus & alii interpretes traduxerunt dominum: & etiam hebrei pro hoc nomine legunt אֲדֹנָי Adonái. idest dominus. de quo vide supra in dictione אָדוֹן Adon. Et aliquando predicta dictio הָיָה Fieri. Haia. põitur p hoc verbo. fio. fis. fit. vt Geñ. 1. Fiat lux & facta est lux. Et in eodem. Fiat firmamentũ in medio aquarum. Et in eodem. Et factum est ita. Et in eodem. Fiant luminaria. & Ruth. 1. Et factum est in diebus vnius iudicis. Threñ. 3. quis est iste qui dixit vt fieret. Ezech. 1. Factum est verbum domini ad ezechielem filium buzi. Et in eodem. 6. Et factus est sermo domini ad me dicens. Et in voce passiua aliquando recipit nun in principio. vt Deut. 4. Si facta est aliquando huiuscemodi res. Iudi. 19. Nunquam res talis facta est. Prouer. 13. Desiderium si compleatur delectat animam. Pro quo hebrei legunt. Desiderium factum. idest completum delectat animam. Significat etiam infirmari siue languere: quando scribitur cum nun in principio. vt Dañ. 8. Et ego daniel langui & egrotaui per dies. Item significat euanescere siue perire. pro quo beatus hieronymus transtulit fugit. vt Dañ. 2. Et somnus eius fugit ab eo.

Languere Euanescere

הֵיךְ quomodo. Hech. Quomodo. vt. 1. Paralipo. 13. Quomodo possum ad me introducere Arcam dei. Dañ. 10. Et quomodo poterit seruus domini mei loqui cum domino meo.

הִים Cõturbare Tumultuari. Him. Turbare. tumultuari. perdere. interficere. Ps. 54. Contristatus sum in exercitatione mea & cõturbatus sum. Michee. 2. Tumultuabuntur a multitudine hominum. Et aliquando scribitur sine iod. vt Deut. 7. Et interficiet illos donec penitus deleantur. Vbi vltimum mem non est de substantia dictionis: sed est pronomen relatiuum numeri pluralis. & Ruth. 1. Velox apud cunctos fama percrebuit. Pro quo hebrei legunt. Et conturbata est omnis ciuitas super eis. Siue tumultuata est omnis ciuitas super eis. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum. Vide etiam de hoc infra in dictione הֲמָם Hamam. & in dictione הָמָה Hama. Et inde מְהוּמָה Mehuma. idest perturbatio. pauor. interfectio. vt Deut. 7. Donec penitus deleantur. Pro quo hebrei legunt. Perturbatione siue interfectione magna nimis. Et. 1. Reg. 5. Fiebat enim pauor mortis in singulis vrbibus.

Esse.

Infericeſ

מְהוּמָה Perturbatio. Pauor

הִין Hin. Velle. paratum esse. vt Deut. 1. Cumq instructi armis pergeretis in montem. Pro quo hebrei legunt. Et voluistis ascendere in montem: siue parati fuistis ascendere in montem. Et dicunt aliqui hebrei q deriuatur a dictione הֵן Hen: que significat ecce. Item. הִין Hin. Mensura eratliquidorum. vt Exo. 29. Et quartam partem Hin. Et Nume. 28. Et quartam partem Hin vini.

הִין Velle. paratũ eẽ. Hin genus mensure.

חֵכָל Templum. Palatium

הֵיכָל Hechal. Templum. palatium. & communiter scribitur cum iod in prima syllaba. vt. 3. Reg. 6. Et porticus erat ante templum. Ps. 5. Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Ps. 10. Dominus in templo sancto suo. Ps. 143. Circum ornate vt similitudo templi. & Esa. 6. Et ea que sub ipso erant replebant templum. Et in eodem. 39. Et erunt eunuchi in palatio regis babylonis. Hiere. 7. Nolite confidere in verbis mendacii dicentes: templum domini: templum domini: templum domini est. Et secundum hebreos ponitur ibi templum ter eo quod in tres partes erat diuisum. scilicet in domum exteriorem que dicebatur porticus. Et in domum mediam in qua erat mensa & candelabrum. Et in domum interiorem in qua erat arca & cherubin que dicebatur oraculum siue sanctum sanctorum. Dañ. 1. Et qui possent stare in palatio regis. Amos. 8. Et stridebunt cardines templi. Et in plurali. הֵיכָלִים Hechalim: siue הֵיכְלֵי Hechle. secundum terminationem nominum masculinorum siue. הֵיכָלוֹת Hechaloth. Secundum terminationem femininorum. vt. Ps. 44. A domibus eburneis ex quibus delectauerunt te. idest a templis vel a palatiis eburneis. Prouer. 30. Stellio manibus nititur & moratur in edibus regis. idest in palatiis regis. Ponitur etiam pro delubris. Esa. 13. Et syrene in delubris voluptatis. Osee. 8. Et oblitus est israel factoris sui & edificauit delubra.

הֵיכָל Templum. Palatium.

הֵיכָלִים Domus. Templa. Palatia. Edes.

Delubra.

הָכַר opprimeſ. Hacar. Opprimere. Iob. 19. Et non erubescitis opprimentes me. Et aliqui hebrei dicunt q significat impudenter agere. siue ingratum esse. Quia in lingua Arabica significat impudentiam. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Et non erubescitis impudenter agitis contra me: siue ingrati estis mihi. Et inde הַכָּרַת Hacarath. idest impudentia siue ingratitudo. Esa. 3. Agnitio vultus eorum respondebit eis. Pro quo hebrei legunt: Impudentia vultus eorum respondebit eis. Vnde subditur. Et peccatum suum quasi sodoma predicauerunt: & non absconderunt. Potest etiam deriuari a verbo נָכַר Nacar. Quod significat cognoscere vel agnoscere. sicut est in littera nostra.

Impudenter agere. Ingratũ eẽ.

הַכָּרַת Agnitio Impudentia.

הָלַל Laudare. Halal. Laudare. gloriari. letari. splendescere. fulgere Insanire. conturbare. iniq agere. Iudi. 16. Quod etiam populus videns laudabat deum suum. 1. Paralipo. 16. Laudate nomen sanctum eius. Pro quo hebrei legunt. Laudamini siue gloriamini in nomine sancto eius. Et in eodem. 29. Confitebimur tibi & laudabimus nomen tuum inclytum. 2. Paralipo. 20. Laudabant dominum

Laudare.

© Biblioteca Nacional de España

deum israel voce magna. ps. 9. Quoniam laudatur peccator in desideriis anime sue . ps . 21. In medio Ecclesie laudabo te. Ps. 62. Et labiis exultationis laudabit os meum. Et in eodem . Laudabuntur omnes qui iurant in eo. Ps. 101. Et qui laudabant me aduersum me iurabant. Sed beatus hieronymus aliam significationem sequens in psalterio iuxta hebraicam ve. transtulit. Exultantes per me iurabant. Ps. 118. Septies in die laudem dixi tibi . pro laudaui te. Et in eodē. Viuet anima mea: & laudabit te. Ps. 134. Laudate nomen domini laudate serui domini . Ps . 145. Lauda anima mea dominum. Ps. 148. Laudate dominum de celis. Ps. 150. Omnis spiritus laudet dominū. Prouer . 27. Laudet te alienus & non os tuum. Et in eodem. 31. Mulier timens deum ipsa laudabitur. Et in eodem. Laudent eam in portis opera eius. Canti. 6 . Regine & concubine & laudauerunt eam. Esa. 38. Neqꝫ mors laudabit te. Et in eodem. 45. In domino iustificabitur & laudabitur omne semen israel. Et inde מְהֻלָל Mehulal . siue מַהֲלָל Mahalal. idest laudabilis: siue laus: vel laudatio. vt. 1. Reg. 22. Laudabilem inuocabo dominum. Prouer. 27. Sic probatur homo ore laudantis. Pro quo hebrei legunt . Et homo iuxta laudem suam siue iuxta laudationem suam. Sed beatus hieronymus transtulit sensum . Et inde תְּהִלָּה Thchila. siue תְּהִלַּת Thchilath. idest laus . siue laudatio aut laudabilis . vt in titulo psalmi. 44. Vbi dicitur laudatio ipsi dauid. & in eodem Ps. Laudationem domini loquetur os meum . Hiere. 49. Quomodo derelíquerunt ciuitatem' laudabilem. Et in plurali. תְּהִלּוֹת Thchiloth. vt. Ps. 21. Tu autem in sancto habitas laus israel . Pro quo bebrei legunt . Et tu sanctus habitator siue habitās laudes israel siue laudatiões israel. Beatus vero hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et tu habitator sancte laus israel. Et ponitur ibi singulare pro plurali. & Esa. 60 . Et laudes domini annunciantes. Scribitur etiam pluraliter. הִלּוּלִים Hilulim . idest laudationes . Pro quo beatus hieronymus transtulit laudabiles. vt Leuit. 19. Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis domino. & in de הַלְלוּיָהּ Aleluia. idest laudate dominum. & est dictio composita ab הַלְלוּ Halelu . ϙ significat laudate vt supra. & יָהּ Ia: quod est vnum de nominibus dei : & ponitur pro domino. vt Ps. 146. Laudate dominum quoniam bonus est psalmus. Vbi pro eo quod in littera nostra est Laudate dñm: in hebreo habetur הַלְלוּיָהּ Haleluia. Itē הָלַל Halal significat gloriari vel letari. scilicet quando est verbum quarte coniugationis. vt. Ps. 48 . Et in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Ps. 51. Quid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate . Ps . 96. Et qui gloriantur in simulachris suis. Ps. 105. Et gloriemur in laude tua. Prouer. 20. Et cum recesserit gloriabitur. Et in eodem. 27. Ne glorieris in crastinum. Hiere. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua: & non glorietur fortis in fortitudine sua: & non glorietur diues in diuitiis suis : sed in hoc glorietur qui gloriatur. Ponitur etiam pro letari . vt Esa . 41. Et in sancto israel letaberis. Et inde הִלּוּלִים Hilulim . Pro quo beatus Hieronymus transtulit choros cātantium . vt Iudi. 9. Et factis cantantium choris ingressi sunt fanum dei sui. Item הָלַל Halal. idest splendere. fulgere . lucere. Iob . 29. Quando splendebat lucerna eius super caput meum. Et in eodem. 31. Si vidi solem cum fulgeret. Et in eodem. 41. ster nutatio eius splendor ignis. Esa. 13. Quoniam stelle celi & splendor earum non expandent lumen suum . vide etiam de hoc supra in dictione אֲהָל Ahal. & inde הֵילֵל Helel. idest lucifer. vt Esa. 14. Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris. Significat etiam הָלַל Halal Insanire: vt. 1. Reg. 21. Et collabebatur inter manus eorum. Pro quo hebrei legunt. Et insaniebat inter manus eorum . Hiere. 25. Et bibent & turbabuntur & insanient . Ponitur etiam pro conturbare. vt Eccl's. 7 . Calumnia conturbat sapientem. Et Naū . 2. In itineribus conturbati sunt. Item ponitur pro iniqꝫ agere. Ps. 74. Dixi iniquis nolite iniqꝫ agere. Et inde הֹלְלִים Holelim. idest stulti siue iniqui. Ps. 5. nec permanebunt iniusti ante oculos tuos. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Non stabunt iniqui in conspectu oculorum tuorum. Ps. 72. Quia zelaui super iniquos . Et inde מְהֹלָל Meholal. idest stultus . siue iniquus . pro quo beatus hieronymus transtulit. Errorem. Eccl's. 2. Risum reputaui errorem. & inde הוֹלֵלוּת Holeluth. idest insania vel stultitia secundum hebreos. Sed beatus hieronymus transtulit. errorem. Eccl's. 1. Erroresqꝫ & stultitiam . Et in eodem. 7. Et vt cognoscerem impietatem & errorem imprudentium. & in eodem. 10. Et nouissimum oris illius error pessimus. Et supra in eodem. 9. transtulit contemptum. vbi dicitur. Vnde & corda filiorum hominum implentur malicia & contemptu in vita sua . Et inde תָּהֳלָה Tahola . Pro quo beatus hieronymus transtulit prauitatem. vt Iob . 4. Et in angelis suis reperit prauitatem.

הֲלֹא Halo. Nonne. nunquid non: vtiqꝫ. ecce. Geñ. 20. Nōne ipse dixit mihi soror mea est. Et in eodem . Nōne pro rachel seruiui tibi. Exo. 4. Nonne ego dominus. Iudi. 9. Nunquid non est ipse filius ierobaal . Prouer . 8 . Nunquid non sapientia clamitat . Et aliquando scribitur cum vau & aleph in fine. vt Geñ. 4. Nonne si bene egeris recipies. Et in eodem. 31. Nonne quasi alienas reputauit nos. Et in eodem. 42. Nunquid non dixi vobis nolite peccare in puerum. Et aliquando ponitur pro vtiqꝫ siue pro ecce. vt Exo. 4. Aaron frater tuus leuites scio ϙ eloquens sit. Pro quo hebrei legunt. Vtiqꝫ: siue ecce Aaron frater tuus leuites. Deut. 4. Qui est in rabath filiorum amon . pro quo hebrei legunt. Vtiqꝫ est siue ecce est in rabath filiorum Amon. Ioſ. 1. Ecce precipio tibi confortare & esto robustus. Et. 1. Reg. 10. Ecce vnxit te dominus super hereditatem suam in principem. Et in eodem. 23. Nonne ecce dauid latitat apud nos. Vbi ponitur pro nonne & ecce. Ruth . 2. Audi filia ne vadas in alterum agrum ad colligendum. Vbi in hebreo premittitur supradicta dictio. scilicet vtiqꝫ siue ecce audi filia . 1 . Reg. 13 . Ego enim sum qui precipio vobis . Vbi similiter in hebreo premittitur supra dicta dictio הֲלֹא Halo . Vide etiam de hoc infra in dictione . לוֹא Lo.

הָלְאָה Hála . Vltra . trans . illuc. Deinceps. vt. 1. Reg. 10. Cumqꝫ abieris inde & vltra transieris . Et in eodem. 20. Ecce sagitte vltra te sunt. Et in eodem. Ecce sagitta ibi est: porro vltra te. Amos. 5 . Et migrare vos faciam trans damascum. Ponitur etiam pro illuc. vt Geñ. 19 . Recede illuc. Nu. 16. Et ignem huc illucqꝫ dispergat . Vbi ponitur pro huc & illuc. Item significat deinceps . vt Leuit. 22. Die autem octauo et deinceps offerri poterunt. 1. Reg. 18. A die illa et deinceps. Et inde deriuatur נַהֲלָאָה Nahalaa. idest remota vel eiecta aut repulsa. Et est participium passiuum in hebreo. Pro quo Beatus hieronymus transtulit. Eam que laborauerat. vt Mich. 4 . Et eam que laborauerat in gentem robustam. Lxx. vero transtulerunt . Et repulsam. Potest etiam deriuari a dictione לָאָה Laa. Que significat laborare. sicut beatus hieronymus transtulit.

Lucifer הֵילֵל
Insanire. הָלַל
Cōturbare
Iniqꝫ agere. הֹלְלִים
Iniqui
מְהֻלָל
Error. הוֹלֵלוּת
stultitia. Error.
Contēpt⁹. תָּהֳלָה
Prauitas
Nonne. הֲלֹא
Nunqd nō
Laudabilis מְהֻלָל
Laudabilis מַהֲלָל
Laus. תְּהִלָּה
Laudatio.
Laudabilis תְּהִלּוֹת
Laudes.
הִלּוּלִים
laudabiles
הַלְלוּיָהּ
Aleluia.
laudate dominum.
הָלַל
Gloriari.
Letari. הִלּוּלִים
Chori cantantium.
הָלַל
Splendeſ Fulgere.
הֵילֵל
Vltra. הָלְאָה
Trans.
Illuc.
Deinceps.
נַהֲלָאָה
Ea que laborauerat.
Repulſa.

© Biblioteca Nacional de España

הָלָה Hala. Iniqꝫ sine praue agere. & inde תְּהֹלָה Tahola. i. Prauitas. Iob. 4. Et in angelis suis reperit prauitatē. De quo vide supra in dictione הָלַל Halal.

Iniquea gere.

תְּהֹלָה Prauitas

הָלַךְ Deābulaf. Ambulaf.

הָלַךְ Halach. Ambulare. gradiri. ire. incedere. procedere. Discurrere. transire. Geñ. 3. Et cum audissent vocem domini dei deambulantis in paradiso. Et in eodem. 5. Et ambulauit enoch cum deo. Et in eodem. cum deo ambulauit noe. Et in eodem. 17. Ambula coram me. Et in eodem. 32. Ecce properat in occursum tuum. Pro quo hebrei legunt. Et ecce ipse ambulat in occursum tuum Et in eodem. 48. Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei. Leuit. 26. Et ambulabo inter vos. Deut. 22. Dominus enim deus tuus ambulat in medio castrorum tuorū Ios. 10. Et ait ad principes exercitus qui secum ierant. Et ponitur ibi הָלְכוּ Halchu cum aleph addita in fine. 3. Re. 21. Et ambulauit demisso capite. Iob. 23. Si ad orientem iero nō apparet. Et in eodem. 24. Nudos dimittunt homīes indumenta tollentes. pro quo hebrei legunt. Nudum faciunt ambulare absqꝫ indumento. Et in eodem. 30. Merens incedebam sine furore. Ps. 1. Beatus vir qui non abiit in cōsilio impiorum. Ps. 14. Qui ingreditur sine macula. idest qui graditur vel ambulat sine macula. Ps, 25. Et complacui in veritate tua. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Et ambulabo in veritate tua. Ps. 37. Tota die contristatus ingrediebar. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Tota die merens ambulabam. Ps. 42. Quare contristatus incedo. Ps. 54. In domo dei ambulauimus in consensu. Ps. 84. Iustitia ante eum ambulabit. Ps. 118. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Ps. 130. Neqꝫ ambulaui in magnis neqꝫ in mirabilibus super me. Prouer. 6. Aut ambulare super prunas. Et in eodem. 7. Abiit via longissima. Et in eodem. 8. In viis iustitie ambulabo. Et in eo. 13. qui cum sapientibus gradi tur. Abach. 2. In luce sagittarum tuarum ibunt. Ponitur etiam pro discurrere vel procedereant transire. vt Exo. 9. Ac discurrentia fulgura super terram. Iob. 41. De ore eius lampades procedunt. Ps. 72. Et lingua eorum transiuit in terra: sed beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit & līgua eorum deambulauit in terra. Item ponitur pro venire. quod est etiam ambulare. vt Nu. 22. Cur non statim venisti ad me. Hiere. 51. qui fugitis gladium venite & nolite stare. Et in voce passiua prime coniugationis ponitur pro adduci. Ps. 108. Sicut vmbra cum declinat ablatus sum. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he braicam veritatem transtulit. quasi vmbra cum declinatur adductus sum. Et inde הֲלִיכָה Halicha. idest deambulatio. vel locus super quo ambulant. Pro quo beatus hieronym? transtulit. Iter. vt Naum. 2. Ruent in itineribus suis. quod in hebreo legitur singulariter. scilicet in deambulatione sua siue in itinere suo. Et in plurali. הֲלִיכוֹת Halichoth. vt Iob 6. Considerate semitas theman itinera saba. Prouer. 31. Considerauit semitas domus sue. Abach. 3. Ab itineribus eternitatis eius. Accipitur etiam הֲלִיכִי Haliche pro pedibus. Iob. 29. Quando lauabam pedes meos butyro. & inde הֲלֶךְ Hélech. idest viator siue peregrinus. vt. 2. Reg. 12. Cum autem peregrinus quidam venisset ad diuitem. Et inde מַהֲלָךְ Mahalach. idest iter. vt Nec. 2. Vsqꝫ ad quod tē pus erit iter tuum. Ione. 3. Et niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum. Et in eodem. Et cepit ionas introire ciuitatem itinere diei vnius. & pluraliter. מַהֲלָכִים Mahalechim. idest itinera. siue deambulatoria. vel ambulantes. vt Zach. 3. Et dabo tibi ambulantes de iis qui nunc hic assistunt. Quod etiam potest legi sic. Et dabo tibi deambulatoria inter assistentes hos. Scribitur etiam aliquando cum thau in principio & in genere femínino: et dicitur תַּהֲלוּכוֹת Thahaluchoth. Nec. 12. Et ierunt ad dexteram super murum. Pro quo hebrei legunt. Et deambulatoria siue deambulantes ad dexteram super murum. & inde הֲלַךְ Halach. quod significat reditum siue tributum qꝫ accipitur a viatoribus. Esdre. 4. Tributum & vectigal & annuos reditus non dabunt. Et in eodem. Tributum quoqꝫ & vectigal & reditus accipiebant.

Ire.

הָלְכוּא

Incedere. Ibire. Gradiri

Incedere.

Discurref. Procedef Transire.

Uenire.

הֲלִיכָה

Iter.

הֲלִיכוֹת Itinera. Semite

הֲלִיכִי Pedes

הֲלֶךְ peregrin?

מַהֲלָךְ Iter.

מַהֲלָכִים

ambulātes Deambu latoria.

תַּהֲלוּכוֹת deambula toria.

הָלַךְ Percutef.

הָלַם Halam. percutere. qūssare. concutere. excidere. vt Iudi. 5. Vngule equorum ceciderunt. idest percusserūt Potest etiam legi sic. Vngule equorum percusse siue qūssate sunt. & subditur ratio fugientibus impetu & per precepsruentibus. Et in eodem. Et percussit sisaram. Ps. 73. In secuti & ascia deiecerunt eam. idest exciderunt eam. Esa. 16. Domini gentium exciderunt flagella eius. id est propagines eius vel ramos eius. Esa. 28. Errantes a vino. Pro quo hebrei legunt. Percussi siue conqssati a vino. Ponitur etiam pro cudere quod est idem quod percutere vel qssare. vt Esa. 41. Confortauit faber erarius percutiens malleo eum qui cudebat tunc temporis. Et inde הַלְמוּת Halmuth. idest malleus. vt Iudi. 5. Sinistram suam misit ad clauum: & dexteram suam ad fabrorum malleum. Et in plurali scribitur cum mem in principio. & dicitur מַהֲלֻמוֹת Mahalumoth. vt Prouer. 19. Et mallei percutientes stultorum corporibus. Et inde הֲלָם Iahalom per additionem iod in principio: quod significat quendam lapidem preciosum. Pro quo Beatus Hieronymus transtulit hyaspidem. Exo. 28. In secundo carbūculus: sapphyrus & hyaspis. & Ezech. 28. Sardius topazius & hyaspis. Hebrei tamen dicunt qꝫ significat lapidem adamantem: eo quod frangit & diuidit alias gēmas durissimas. Item הָלֹם Halom. idest huc: illuc. vt Iudi. 18. Quis te huc adduxit. & in eo. 10. Vtrum nam venturus esset illuc. 1. Reg. 14. Et huc illucqꝫ difugiens. Et in eodem. Accedamus huc ad deum. 2. Reg. 7. quia adduxisti me hucusqꝫ. Ps. 72. Ideo conuertetur populus meus hic Pro quo Beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Propterea conuertetur populus eius huc.

Excidere.

Cudere

הַלְמוּת Malleus.

מַהֲלֻמוֹת Mallei.

הֲלָם Hyaspis

adamaq.

הָלֹם Huc. Illuc.

Huc.

הֵם Hem. Pronomen est tertie persone pluralis numeri. scilicet ipsi. isti. illi. hi. vt Geñ. 14. Isti accipient partes suas. Exo. 6. Hi sunt qui loquūtur ad Pharaonem. Ps. 94. Semper hi errant corde: & isti non cognouerunt vias meas. Et in genere femínino scribitur cum littera nun in fine. De quo infra dicetur. Inuenitur etiam nun in fine in genere masculino. vt Ruth. 1. Si eos expectare velitis donec crescant. Et recipit in fine he. & dicitur הֵמָּה Hema. vt Geñ. 6. Isti sunt potentes a seculo. ponitur etiam pro verbo substantiuo. vt Geñ. 48. Et respondit: filii mei sunt. Cāti. 6. Sexaginta sunt regine. Et aliquando duplicatur he & mem. vt Ezech. 7. Non ex eis nec ex populo nec ex sonitu eorum. Vbi pro eo quod in littera nostra est ex populo: in hebreo habetur מֵהֲמֻהָם Mehemehem. Quod potest interpretari. Ex eis. & dicunt hebrei qꝫ ponitur ibi pro filiis filiorum. Cui concordat translatio chaldaica. Potest etiam deriuari a dictione הָמָה Hama. Que significat tumultum aut multitudinem. idest populum. vt sit sensus. Non ex eis nec ex tumultu eorum: nec ex sonitu eorum. & in lingua chaldaica scribitur aliquando cum vau in medio & dicitur הוֹם Hom. idest hi siue illi aut ipsi. Hiere. 10. Sic ergo dicetis eis. dicitur etiam הֵמּוֹן Himon. Dañ. 2. Et comminuit eos. Esdre. 4. Et habitare eos fecit in ciuitatibus samarie.

Ifti. Ibi.

הֵמָּה Ifti.

Eſſe.

הוֹם הֵמּוֹ Hi.

© Biblioteca Nacional de España

חָמַם

conterere.

Deuorare. Cõsumere.

Interficere Occidere.

Perterrere.

Cõsumere. Cõturbare

חֲמָה Persõare. Tumultuari.

Sonare.

cõturbare.

Latrare.

Rugire.

חֲמָרָה

Frequens חֲמֻרָה

Sonitus.

חָמוֹן Tumultus

Sonitus.

multitudo

חָמַם Hamam. conterere. consumere. interficere. occidere pterrere. cõturbare. tumultuari. personari. Esa. 28 Nec vexabit eum rota plaustri. Pro quo hebrei legunt. Nec conteret Rota plaustri. Et licet in predicto loco pro eo quod in littera nostra est neque: in hebreo non ponatur negatio: sed vau littera cum puncto seua: quod est coniunctio: tamen cum precedenti negatione valet pro neque. vt infra dicetur in principio littere vau. Et Hiere. 51. Deuorauit me nabuchodonosor Rex Babylonis. Pro quo hebrei legunt: contriuit siue consumpsit me nabuchodonosor rex babylonis. Et aliquando scribitur cũ simplici mem. vt Exo. 14. Et interfecit exercitum eorum. Et in eodem. 23. Et occidam omnem populum ad quẽ ingredieris. Ester. 9. Vt occideret illos atq; deleret. Ioſ. 10. & conturbauit eos dominus a facie israel. Iudi. 4. Perterruit q; dominus sisaram. 1. Reg. 7. Et exterruit eos. 2. Reg. 22. Fulgura & consumpsit eos. Ps. 17. Fulgura multiplicauit. & conturbauit eos. vide etiam de hoc supra in dictione הִים Him: & infra in dictione sequenti.

חֲמָה Hama. tumultuari. sonare. conturbare. rugire. 1. Re. 4. Et personuit terra. 3. Reg. 1. Quid sibi vult clamor ciuitatis tumultuantis. Et in eodem. Et insonuit ciuitas. Prouer. 20. Luxuriosa res vinum & tumultuosa ebrietas. Ps. 45. sonuerũt & turbate sunt aque eorum. Ps. 82. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt. Esa. 16. Super hoc venter meus ad moab quasi cithara sonabit. Et in eodem. 17. Et multitudo maris sonantis. Pro quo hebrei legunt. Vt soni tus maris sonabunt. Hiere. 6. Vox eius quasi mare sonabit Et in eodem. 31. Qui conturbat mare & sonant fluctus ei9. Et in eodem. 48. Cor meum ad moab quasi tibia eris sonabit. Et in eodem. 51. & sonabunt fluctus eorum quasi aque multe. Ponitur etiam pro conturbare. vt Ps. 45. Conturbate sunt gentes. Ps. 54. Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum. Ps. 76. Memor fui dei & delectatus sum. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Recordans dei conturbabar. Hiere. 31. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum. Ezech. 7. Quasi columbe in conuallibus omnes trepidi. ideſt conturbati. Ponitur etiam pro latrare. Ps. 58. Et famem patientur vt canes. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et latrẽt vt canes. Ponitur etiam pro rugire. vt Esa. 51. Et rugiemus q̃ si vrsi omnes. vide etiam supra in dictione הִים Him. & in de חֲמָרָה Homia. ideſt tumultuosa vel sonans: aut conturbata. Pro quo beatus hieronymus transtulit frequens. vt Esa. 22. Vrbs frequens ciuitas exultans. & inde חֲמֻרָה Hemia. i. sonitus. Esa. 17. Concidit cadauer tuũ. Pro quo hebrei legunt. Sonitus organorum tuorum. scilicet detractus est ad inferos. sed propter equiuocationem dictionum potest etiam legi sicut beatus hieronymus transtulit. Inde חָמוֹן Hamon. ideſt tumultus. sonit9. multitudo. populus. diuitie. 1. Reg. 4. Quis est hic sonitus tumultus huius. Et in eodem 14. Tumultus magnus exortus est. Hiere. 46. Ecce ego visitabo super tumultum alexandrie. Amos. 5. Aufer a me tumultum carminum tuorum. Ezech. 17. Nec ex sonitu eorum. significat etiam multitudinem siue populum. vt Geñ 17. Quia pater multarum gentium constitui te. 3. Reg. 18. Quia sonus multe pluuie est. Et. 4. Reg. 7. Quia ipsi tantum sunt in vniuersa multitudine israel. 2. Paralip. 20. Venit contra te multitudo magna. Et in eodem. Nolite timere nec̃ paueatis hanc multitudinem. Esa. 13. Vox multitudinis in montibus. Et in eodem. 16. Et auferetur gloria mo ab super omni populo multo. Et in eodem. 17. Ve multitudini populorum multorum. Hiere. 3. Vere mendaces erãt colles & multitudo montium. Ezech. 32. Fili hominis cane carmen lugubre super multitudinem egypti. Et in eodem. Deiiciam multitudinem tuam. Et in eodem. Et attraxerunt eam & omnes populos eius. Et in eodem. 39. Et vocabitur vallis multitudinis gog. & scribitur in plurali הֲמוֹנִים Hamonim. ideſt populi. Ioel'. 3. Populi populi in valle concisionis. Et inde dicitur הֲמוֹנָה Hamona. nomen proprium ciuitatis in qua sepelienda erat multitudo Gog vt Ezech. 39. Nomen autem ciuitatis Hamona & mundabunt terrã. Ponitur ẽt חָמוֹן Hamon. pro diuitiis: vel pro multitudine diuitiarum. Ps. 36. Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Eccl's. 5. Qui amat diuitias. Ponitur etiam pro angelo. Esa. 33. A voce angeli fugerunt populi. Sed beatus hieronymus in explanationibus Esaie super predicto loco sic ait. A voce enim angeli quem symmachus ita vt in hebreo scriptum est transtulit Hamon quem hebrei gabrielem autumant & habere etymologiam populi. Inuenitur etiam אָמוֹן Amon cum aleph in principio loco he: & significat populum vel multitudinẽ. Hiere. 52. Et ceteros de multitudine transtulit Nabuzardan princeps militie.

חֲמֻלָה Hamula. loquela. vociferatio. sonitus. Hiere. 11. Ad vocem loquele grandis exarsit ignis in ea. Ezech. 1. Quasi sonus erat multitudinis vt sonus castrorum. Pro quo hebrei legunt. sonus siue vox vociferationis vel loquele vt sonus castrorum. scilicet erat. Et dicunt aliqui hebrei q̃ littera he que ponitur in principio non est de substantia dictionis: sed est littera articularis: vt supra in principio huius littere dictum est. & dicunt q̃ idem significat quod מִלָּה Milla. ideſt verbum vel sermo aut loquela. sicut infra dicetur.

חָמַן Haman. multiplicari. aut superare: scilicet multitudine. Ezech. 5. Quia superastis gentes que in circuitu vestri sunt. Et inde dicunt aliqui q̃ deriuatur חָמוֹן Hamon ideſt multitudo. Populus. tumultus. sonitus. de quo vide supra in dictione חֲמָה Hama.

חָמַס Hamas. Tabescere. contabescere. Esa. 64. Sicut exustio ignis tabescerent. Hebrei tamen dicunt q̃ significat arefacere. Vnde in predicto loco ipsi legunt. sicut exustio ignis arefacti. scilicet sunt: vel essent. Nam ponitur ibi חֲמָסִים Hamasim in numero plurali. Alii vero dicunt q̃ deriuatur a dictione מָמַס Masas. que significat tabescere. vt Ps. 67. Sicut fluit cera a facie ignis. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem. transtulit. Sicut tabescit cera a facie ignis.

חָמַר Hamar. fouea. Et scribitur cum mem in principio: & in numero plurali. scilicet מַחֲמַדּוֹת Mahamoroth. vt Ps. 139. In miseriis non subsistent. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit in foueas vt non resurgant. & solum inuenitur in predicto loco.

הֵן Hen. Ecce. en. Aduerbium demonstratiuum. vt Geñ. 3. Ecce adam quasi vnus ex nobis factus est. Et in eodem. 4. Ecce eiicies me hodie a facie terre. Et in eodem. 11. Ecce vnus est populus. Et in eodem. 30. Gratum habeo quod petis. Pro quo hebrei legunt. Ecce siue en iam esset secundum verbum tuum. Deut. 10. En domini dei tui celum est. Iob. 33. Ecce & me sicut & te fecit deus. Et in eodem. quia querelas in me reperit. Pro quo hebrei legunt. Ecce querelas siue occasiones in me reperit. Et in eodem. Hoc est ergo in q̃ non es iustificat9. Et in eo. Ecce hec oĩa operatus est deus. Ps. 50. Ecce. n. in iniquitatib9 cõcept9 sũ. et i eo.

Populi. הֲמוֹנִים Populi. הֲמוֹנָה Hamona. Diuitie. Angelus. אָמוֹן multitudo הֲמֻלָה Loquela. sonus. חָמַן superare. חָמוֹן multitudo חָמַס Tabescere Arefacere חֲמָסִים חָמַר Miserie. Fouee. הֵן Ecce. En.

© Biblioteca Nacional de España

Si

הֵן Ecce enim veritatem dilexisti. Ponitur etiam הֵן Hen. pro si vt Exo. 8. quod si mactauerimus ea que colũt egyptii corã eis lapidibus nos obruent. Iob. 13. Etiã si occiderit me in ipso sperabo. Hiere. 2. Et videte si factũ est huiusce modi. Itẽ.

הֵן Hen. pronomen est tertie persone pluralis numeri femi nini generis. Nu. 27. Et ei in hereditatem succedant. Pro quo hebrei legunt. Et transire facies hereditatẽ patris earũ ad eas vel ad ipsas. Et aliquando accipitur in genere mascu lino. Ruth. 1. Si eos expectare velitis donec crescant. De q̃ vide supra in dictione הֵם Hem.

Ipse.

Ecce.

הִנֵּה Hine. ecce. en. sicut dictio precedens. vt Geñ. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam. Et in eodem. 12. Ecce cõ iux tua. Et in eo. 18. Ecce in tabernaculo est. & in eo. 22. Ec ce inquit ignis & ligna. Et in eo. 24. En rebeca coram te est. Et in eo. 28. Et ero custos tuus quocunq; perrexeris. Pro quo he. le. Ecce ego tecum & custodiam te vbicunq; p rexeris. Et cõponitur cũ pronominibus hoc modo. s. הִנֵּנִי Hinéni. i. ecce ego. Geñ. 6. Ecce ego adducã diluuii aquas super terram. Esa. 65. Dixi ecce ego ecce ego. הִנְּךָ Hinecha siue הִנָּךְ Hinach. idest ecce tu. vt Geñ. 16. Ecce ait concepisti. Pro quo he. le. Ecce ait tu concepisti. Deut. 31. Ecce tu dormies cum patribus tuis. הִנּוֹ Hino. i. ecce ille: siue ecce ip se. vt Iob. 2. Ecce in manu tua est. Pro quo he. le. Ecce ille ī manu tua. s. est. הִנֵּנוּ Hinénu. idest ecce nos. vt Geñ. 14. En omnes nos serui sumus domini mei. Ios. 9. Nunc autem in manu tua sumus. Pro quo hebrei legunt. Nunc autem ecce nos in manu tua. s. sumus. 2. Reg. 5. Ecce nos os tuum & ca ro tua sumus. Hiere. 3. Ecce nos venimus ad te. הִנָּם Hine chem. idest ecce vos. הִנָּם Hinam idest ecce illi. Et quan do componitur cum pronomine prime persone vel tertie aut per se positum ponitur aliquando pro hoc verbo ad sum siue paratus sum. aut presto sum. vt Geñ. 22. At ille res pondit adsum. Et in eodem. Quid vis fili. Pro quo hebrei legunt. Ecce ego fili mi siue adsum fili mi. Et in eodẽ. 27. Audio: quis es tu fili mi. Pro quo hebrei legunt. Ecce ego siue adsum: quis es tu fili mi. Et in eodem. 37. Quo respon dente presto sum ait. Nu. 14. Parati sumus ascendere ad lo cum. 1. Reg. 12. Presto est rex vester quem elegistis. 3. Reg. 1. Adest nathan propheta. Esa. 58. Primus ad sion dicet ec ce adsum. Pro quo hebrei legunt. Primus ad sion ecce ad sunt. idest dicet ad sion: ecce adsunt filii tui. Item הֵנָה Hena idest huc. modo. aduerbium loci vel presentis temporis. & vtroq; modo ponitur. Geñ. 15. Vbi dicitur generatione au tem quarta reuertentur huc: necdum enim complete sunt iniquitates amorreorum vsq; ad presens tempus. Et in eo dem. 44. Et huc vsq; non comparet. Et in eodem. 45. Et adducite eum ad me. Pro quo hebrei legunt. Et adducite patrem meum huc. 2. Reg. 5. Non ingredieris huc. Hiere. 50. Huc facies eorum veniẽt. Item הֵנָּה Hena. Pronomen ẽ tertie persone pluralis numeri femini generis. vt Exo. 1. Ip se enim obstetricandi habent scientiam. Nu. 31. Nonne iste sunt que deceperunt filios israel. Accipitur etiã in genere masculino. 2. Reg. 4. Ingressi sunt autem domũ. Pro quo hebrei legunt. Et ipsi ingressi sunt domũ. Accipitur etiam pro verbo substantiuo. Geñ. 6. Videntes autem filii dei fi lias hominum q̃ essent pulchre.

Presto sũ Paratisumus.

Presto est Adsunt.

Huc. presẽs tẽp9

Ipse. Iste.

Ipsi.

Esse.

Tacere. Silere.

הַס Has. silere. tacere. Amos. 6. tace & nõ recorderis nomi nis dñi. Soph. 1. Silete a facie dñi dei. Zach. 2. Sileat om nis caro a facie dñi. Nu. 13. Inter hec caleb compescẽs mur mur populi qui oriebatur contra moysen ait. Pro quo he brei legunt. Et silere fecit caleb populum ad Moysen vel pro moyse. idest propter murmur qui oriebatur contra eũ

Aduersum.

חָבַר Chabar. iungere. coniungere. congregare. colligere. ſociare. copulare. amicitiā vl' fedus inire. participare. incantare.i.incantationes facere. Geñ.14. Omnes hi cōuenerunt in vallem ſilueſtrem.i.coniūcti vel cōgregati ſunt. Exo.26. Quinq; cortine ſibi iūgētur mutuo: & alie quinq; nexu ſimili coherebunt.i. coniungentur. & in eodem. Ex quibus quinq; iunges ſeorſum. & in eodem.28. Duas oras iunctas habebit in vtroq; latere. & in eodem. Et in vnū redent. Pro quo hebrei legunt. Et iungatur.ſ.in vnum. & in eodem.36. Coniunxitq; cortinas quinq; alteram alteri. Et in eodem. Quorum quinq; iūxit ſeorſum. Et inde dicitur מַחְבֶּרֶת Machbéreth ſiue חֹבָרֶת Chobáreth.i.illa ora cortine in qua ponebātur circuli vel anſe ad cōiungēdas cortinas. vt in p̄dicto loco. Iob.16. Cōſolarer & ego vos ſermonib9. Pro quo hebrei legunt. Coniungerē ſiue copularem ſuper vos ſermones.i.cōponerē ſermones conſolatorios ad conſolandum vos. Ps.93. Nunquid adheret tibi ſedes iniquitatis.ideſt nunquid iungetur tibi ſedes iniquitatis. Ezech. 1. Iunctęq; erant penne eorum alterius ad alterum. & in eo. Due penne ſingulorum iungebantur. Significat etiā amicitias vel fedus inire aut confederari vel participare. 1.Paralip.20. Poſt hec iniuit amicitias ioſaphath rex iuda cum ochozia rege iſrael. & in eodem. Et particeps fuit vt faceret naues. & in eodem. Quia habuiſti fedus cum ochozia. Dañ.11. Et poſt finem annorum federabuntur. & in eodem Et poſt amicitias cum eo faciet dolum. ideſt poſtq; iniuit amicitias cum eo faciet dolum. Ps.121. Vt ciuitas cuius participatio eius in idipſum. & inde חָבֵר Chaber.i. particeps. ſocius. ſodalis. Ps.118. Particeps ego ſum omnium timentium te. Prouer.28. Particeps homicide eſt. & in plurali. חֲבֵרִים Chaberim ſiue חַבְרֵי Chabre.i.participes vl' ſocii aut ſodales. Iudi.20. Quaſi homo vnus eadem mente vnoq; cōſilio. pro quo hebrei legunt. Quaſi homo vnus participes ſiue ſocii.i.conformes in vnum. Iob.40. Cōcidant eū amici.i.ſocii vel participes. Canti.1. Ne vagari incipiā poſt greges ſodalium tuorum. Eſa.1. Principes tui infideles: ſocii furum. Ezech.37. Et ſcribe ſup illud iude & filiis iſrael ſociis eius. & in eodem. Et cuncte domus iſrael ſociorūq; eius. Ponitur etiam חָבוּר Chabur pro participe. vt Oſee.4. Particeps idolorum ephraim. Pōitur etiam in genere femininо Malach.2. Et hec particeps tua. & inde חֶבְרָה ſiue חֶבֶר Cheber.i.ſocietas. congregatio. participatio. Iob.34. Qui graditur cum operantibus iniquitatem. Pro quo hebrei legunt. Qui graditur in participationem vel ſocietatē cum operantibus iniquitatem. Oſee.6. Participes ſacerdotum. pro quo hebrei legunt. Participatio vel congregatio ſacerdotū. & inde מְחֻבָּרוֹת Mechaberoth.i.iuncture ſiue comiſſure.1.Paralip.22. Ferrum quoq; plurimum ad clauos ianuarum & ad cōmiſſuras atq; iuncturas.2. Paralip.24. Et ligna ad cōmiſſuras edificii & ad cōtignationem domorum. Item חָבַר Chabar ſignificat incantare ſiue incantationes facere. Eo quod fit cum amicitia & pacto vl' participatione demonum. vel cum congregatione ſerpentum. Deut.18 Ne ſit maleficus neq; incantator. Pro q̄ hebrei legūt. Neq; maleficus neq; incantans incantationem. ſiue neq; qui incantat incantationem. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Ps.57. Et venefici incantātis ſapienter. Pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Neq; incantatoris incantationes callidas Eſa.47. Et propter duriciam incantatorum tuorum. Prouer.21. Quam cum muliere litigioſa & in domo communi Pro quo hebrei legunt. Quam cum muliere litigioſa & in domo incantationis. Poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra: nam poteſt ſignificare participationem vel ſocietatem aut congregationem: ſicut ſupra dictū eſt. Inde חֲבוּרָה Chabura.i.liuor. tumor carnis. eo quod in tali percuſſione congregatur & congelatur ſanguis. Exo.21. Liuorem pro liuore. Eſa.1. Vulnus & liuor & plaga tumens. & in eodem. 53. Et liuore eius ſanati ſumus. & in plurali חֲבוּרֹת Chaburoth Prouer.20. Liuor vulneris abſtergit mala. quod in hebreo legitur pluraliter.ſ.liuores vulneris. Ponitur etiam pro cicatricibus. Ps.37. Putruerūt & corrupte ſunt cicatrices mee Et q̄nq; geminantur beth & reſ. & dicitur חַבְרְבָּרָה Chabarbura. ideſt macula ſiue varietas. vt Hiere.13. Aut pardus varietates ſuas.

Coniungere Iungere.

Adherere.

Amicitias inire.

Federari.

participari. חָבַר

Particeps

חֲבֵרִים participes Socii.

Sodales.

חָבוּר pticeps.

חֶבְרָה Societas.

cōgregatio

מְחֻבָּרוֹת Iuncture. Cōmiſſure.

חָבַר Incantare

Incātator.

חֲבוּרָה Liuor.

חֲבוּרֹת Liuores. Cicatrices

חַבְרְבָּרָה Varietas

© Biblioteca Nacional de España

חבש Chabas. vincire. ligare. alligare. circunligare. circunuoluere. sanare. curare. sternere. s. iumētum. Exo. 29 Et impones ei mitras. pro quo hebrei legunt. Et alligabis vel circunligabis eis mitras. Nam mitra circūligabatur capiti cum vitta byssina. Ps. 146. Et allligat cōtritiones eorū Esa. 30. In die qua alligauerit dominus vulnus populi sui. Ezech. 24. Corona tua circunligata sit tibi. & in eodē. 30. Et ecce non est obuolutum vt restitueretur ei sanitas. Et in eodem. Et fasciretur linteolis. i. obuolueretur. Et in eodem 34. Quod cōfractum est non alligastis. & in eodē. & quod confractum fuerat alligabo. Ione. 2. Pelagus operuit caput meum. pro quo hebrei legunt. Pelagus circūligatū est vel obuolutū est capiti meo. Ponitur etiam in nostra trāslatione pro scrutari. vt iob. 28. Profunda quoq; fluuiorum scrutatus est. Item ponitur pro demergere. vt in eodem. 40. Et facies eorum demerge in foueam. Sed etiam in predictis locis hebrei dicunt q̄ significat ligare vel comprimere. Item significat mederi. vel sanare. aut curare. eo quod medici ligant & circunuoluūt vulnera. Iob. 5. Quia ipe vulnerat & medetur. & in eodem. 34. Nunquid qui non amat iudiciū sanari potest. Esa. 1. Neq; curata medicamine. & in eodem. 61. Vt mederer contritis corde. & inde חבש Chobes. pro q̄ beatus Hieronymus transtulit medicum. Esa. 3. Respondebit in die illa dicens nō sum medicus. Hebrei tamen in predicto loco interpretantur vinculatorem. i. ille qui comprehendit malefactores & mittit eos in vincula. Item significat sternere. s. iumentum. quod est idem quod ligare. Genē. 22. Et strauit asinum suum. Nu. 22. Et strata asina profect⁹ est. 2. Reg. 16. Et cum duobus asinis qui onerati erant ducētis panibus. pro quo hebrei legunt. Et cum duobus asinis stratis & oneratis ducentis panibus. & in eodem. 19. Dixiq; ei ego famulus tuus vt sterneret mihi asinū. 5. Reg. 13. Sternite mihi asinum.

Allligare Circūligare

obuoluere

Scrutari. demergere

Mederi Sanare

Medicus.

Sternere

חבת Chabath. sartago. craticula. 1. Paralip. 9. Prefectus erat eorū q̄ in sartagine frigebantur. Scribitur ēt cū mem in principio & dicitur מחבת Machabath. De quo vide supra in dictione חבה Chpba.

Sartago מחבת

חג Chag. Festum. solemnitas. De quo vide infra in dictione sequenti.

חגג Chagag. festum celebrare. sacrificare. circundare. girare. cōmouere. turbare. Ps. 41. In voce exultatiōis & cōfessionis sonus epulantis. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. In voce laudis & confessionis multitudinis festa celebrantis. & cōmuniter scribitur cum simplici guimal. Leuit. 23. Celebrabitis ferias domini septem dieb⁹. & in eodem. Celebrabitisq; solēnitatem eius. & in eodem. Et mense septimo festa celebrabitis. Naum. 1. Celebra iuda festiuitates tuas. Zach. 14. Celebrent festiuitatem tabernaculorum. ponitur etiam pro sacrificare. s. sacrificia que in solēnitatibus solebant offerri. Exo. 5. Dimitte populum meum vt sacrificet mihi in deserto. & inde חג Chag. i. festum. festiuitas. solēnitas. ferie. Exo. 10. Est enim solēnitas dei nostri. & in eodem. 32. Cras solēnitas domini est. Leuit. 23. Solēnitas azymorū domini est. & in eodem. Erunt ferie tabernaculorum septem diebus. Deut. 16. Et celebrabitis diem festū hebdomadarum. & in plurali חגים Chagim siue חגי Chage. vt Esa. 29. Solēnitates euolute sunt. Ezech. 45. In solemnitatibus & in calendis. Amos. 5. Odi proieci festiuitates vestras. Accipitur etiam חג Chag. pro sacrificio aut pecude vel animali quod offerebatur in solēnitate. Exo. 23. Neq; remanebit adeps solēnitatis mee vsq; mane. i. adeps animalis quod offertur in solēnitate. Ps. 117. Constituite diem solemnem in condensis. Pro quo hebrei legūt. Ligate sacrificium. s. solēne vel pec⁹ quod offertur in solēnitate in condensis. Malach. 2. Et dispergam super vultū vestrū stercus solēnitatū vestrarū. i. dest stercus aialiū que offerebātur in solemnitatib⁹: sicut exponūt hebrei. Significat etiā p̄dicta dictio חג Chag girare vel circūdare. Iob. 26. Terminū circundedit aquis. & de hocvi de infra in dictione חוג Chug. Et quia in solēnitate fit commotio & tumultus ppli: ideo ponitur etiā pro turbare. Ps. 106. Turbati sunt & moti sunt sicut ebri⁹. & inde deriuatur sequens dictio.

Sacrificare

Solēnitas

Ferie. Dies festi.

solēnitates festiuitates

Pecus.

Circūdare

Turbare

חגא Chaga. turbatio. pauor. Esa. 19. Et erit terra iuda egypto in pauorem.

חגב Chagab. quoddā genus locuste. vt Leuit. 11. Atq; locusta: singula secūdū genus suū. Eccl's. 12. Et impinguabitur locusta. & in plurali חגבים Chagabim. Nu. 13. Quib⁹ comparati quasi locuste videbamur.

Pauor חגא

Locusta חגב

Locuste חגבים

חגה Chaga. foramen. scissura. & scribitur cum vau loco he & inuenitur tm̄ in nūero plurali. s. חגוי Cbague. vt Cāti. 2. Colūba mea in foraminibus petre. Abdie. 1. Habitātē in scissuris petrarum.

Foramina חגוי

חגר Chagar. cingere. accingere. circunligare. contrahere. Exo. 12. Renes vestros accingetis. & in eodem. 29. Accingesq; eos baltheo. Leuit. 16. Accingetur zona linea. 3. Reg. 20. Accingerunt saccis lumbos suos. Ps. 44. Accingere gladio tuo super femur tuum. Ps. 64. Et exultatione colles accingentur. Ps. 75. Et reliquie cogitationis diē festum agent tibi. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Reliquiis ire accingeris. Prouer. 31. Accinxit fortitudine lumbos suos. Ezech. 7. Accingent se cilicijs Ponitur ēt pro cōtrahere. 2. Reg. 22. Et cōtrahentur in angustiis suis. & inde חגור Chagur siue חגר Choger. i. accinct⁹ siue accingens. 2. Reg. 6. Porro dauid erat accinctus ephod lineo. & in eodem. 21. Et accinct⁹ erat ense nouo. 3. Reg. 20 Ne glorietur accinctus eq; vt discinct⁹. & in gñe femininо חגרת Chagarath. i. accincta. vt Ioel. 1. Quasi virgo accīcta sacco. & inde חגר Chagor. i. cingulū vel cinctoriū. baltheo. zona. Prouer. 31. Et cingulum tradidit cananeo. Scribitur etiā in genere femininо. & dicitur חגרה Chagora. 3. Reg. 2 Et posuit cruorem belli in baltheo suo. 4. Reg. 3. Conuocauerunt oēs qui accincti erāt baltheo. Esa. 3. Et pro zona funiculus. & aliq̄n additur mem in principio. vt in eodem. 3. Et pro fascia pectorali cilicium. Pro quo hebrei legunt. Et pro fascia cinctoriū vel cingulum sacci. & in plali חגרת Chagoroth. Pro quo beatus Hieronymus transtulit perizoma tā. vt Genē. 3. Et fecerunt sibi perizomata.

Accingere

Cōtrahere חגור

Accinctus

חגרת Accincta

חגר Cingulum חגרה

Baltheus.

Zona

Perizoma חגרת

חד Chad. in lingua chaldaica significat vnū. Dañ. 2. Et ecce quasi statuā vnā. & in sermone chaldaico est gñis masculini. & in gñe femininо scribitur cū aleph vel he in fine. & dicitur חדא Chada siue חדה Chada. Dañ. 2. Vna est de vobis sententia. Esdre. 4. Scripserunt epistolam vnam.

Vnus. חד

Vna. חדא

חדד Chadad. acuere. velocē esse. & cōiter scribitur cū simplici daleth. Prouer. 27. Ferrū ferro acuitur: & homo acuit faciē amici sui. Ezech. 21. Gladius exactus est & limatus. & in eodem. Vt cedat victimas exact⁹ est. Scribitur ēt cum littera aleph ante cheth. vt Ezech. 21. Exacuere valde ad dexteram & ad sinistram. Significat etiam velocem esse. Abach. 1. Et velociores lupis vespertinis. Sed etiam in hoc loco hebrei legunt. & acutiores sunt lupis vespertinis. i. habent dentes acutiores ad deuorandū: q̄ lupi in vespere. & inde חדה Chadda. i. acuta. vt Esa. 49. Et posuit os meū q̄si gladium acutum. & in hebreo ponitur in genere femininо quia gladi⁹ in hebreo ē femininі gñis. & inde חדודי Chaddude. Pro quo beatus Hieronym⁹ transtulit. Radios: eo qd'

Acuere

Exacuere

Velocē ee.

חדה Acuta. חדודי

H

© Biblioteca Nacional de España

tendunt ad acuitatem. Iob. 41. Sub ipso erunt radii solis.

חָדָה Letari. Letificare.

חדה Chada. letari. gaudere. letificare. vnire. Exo. 18. Letatusq; est iethro super omnibus bonis. Ps. 20. Letificabis eum in gaudio. Significat etiam vnire vel conuenire. vt Geñ. 49. Et in cetu illorū nō sit gloria mea. pro quo he. le. Et in cetu illorum nō vniatur vel nō cōueniat gloria mea. Iob. 3. Non computetur in diebus anni.. pro quo hebrei legunt. Non vniatur in diebus anni vel non sit vnus ex diebus anni. Nam in lingua chaldaica significat vnitatem. vide etiam de hoc infra in dictione יָחַד Iachad. & inde חֶדְוָה Chedua. i. gaudiū. vt. 1. Paralip. 16. Fortitudo & gaudiū in loco ei⁹. Nec. 8. Gaudiū eñ dñi erit fortitudo vra. Itē חַדָּה Chadda. in lingua chaldaica significat pectus. Dañ. 2. Pect⁹ autem & brachia de argento.

Vnire.

חֶדְוָת Gaudium.

חַדָּה Pectus.

חָדַל Cessare Desinere

חדל Chadal. cessare. desinere. derelinquere. deserere. dimittere. recedere. quiescere. Geñ. 2. Et cessauerunt edificare ciuitatem. & in eodem. 41. Et copia mensuram excederet. pro quo hebrei legunt. Vsquequo desiit numerari: qm̃ non erat nūerus. Sed btūs Hieronym⁹ transtulit sensū Exo. 9. Et cessauerunt tonitrua. & in eodē. Et cessabunt tonitrua. & in eodē. 14. Recede a nobis vt seruiam⁹ egyptiis Deut. 15. Non deerunt pauperes in terra. Iudi. 5. Cessauerunt fortes in israel & quieuerunt. & in eo. Nunquid possū deserere pinguedinem meam. & in eodē. Nūquid possum deserere dulcedinē meā. 1. Reg. 12. Absit autē a me hoc peccatum in dño vt cessem orare pro vobis. Iob. 3. Ibi impii cessauerūt a tumultu. Ps, 38. Vt sciam quid desit mihi. Prouer. 19. Non cesses audire fili doctrinā. significat etiam quiescere qñ ponitur pro cessare vel desinere. Iudi. 15. Tamen adhuc ex vobis expetam vltionē: & tunc quiescam. Iob. 14 Vt quiescat donec optata veniant. Esa. 1. Quiescite agere peruerse. & in eodem. 2. Quiescite ergo ab homine. & in eodem. 24. Quieuit sonitus letantium. Ezech. 2. Si forte audiant & quiescāt. & in eo. 3. Qui audit audiat: & qui quiescit quiescat. Amos. 7. Dñe deus quiesce obsecro. Zach. 11. Et si non quiescite. & inde חָדֵל Chadel. Pro quo beatus Hieronymus transtulit quietem. Esa. 38. Non aspiciam hominē vltra & habitatorem quietis. & inde חָדֵל Chadal. pro q̃ beatus Hieronymus transtulit nouissimum. i. despectum vel derelictum. Esa. 53. Despectum & nouissimum virorum.

Recedere Desse. Deserere Quiescere

חָדֵל Quies. חָדָל Nouissim⁹

חָדַק Spina. Paliurus

חדק Chadech. spine genus. vt Prouer. 15. Iter pigrorū q̃si sepes spinarum. In alio vero loco beat⁹ Hieronymus transtulit Paliurum. Mich. 7. Qui optimus in eis est quasi paliurus.

חֶדֶר Cubiculū.

חדר Cheder. cubiculum siue locus interior: aut penetrale. Exo. 8. Et ingredientur domū tuā & in cubiculum lectuli tui. 3. Reg. 20. Ingressus est ciuitatem in cubiculū q̃ erat intra cubiculum. & in eodem. 22. Quando ingredieris in cubiculum intra cubiculum vt absconderis Canti. 3. Et in cubiculum genitricis mee. & aliquādo scribitur cum he in fine. vt Geñ. 43. Et introiēs cubiculum fleuit. Iudi. 15. Cū cubiculū eius solito vellet intrare. & in plurali חַדָּרִים Chadarim siue חֲדָרִי Chedre. i. cubicula vel cellaria. Esa. 26. Vade populе me⁹ intra in cubicula tua. Prouer. 24. In doctrina replebuntur cellaria. Ponitur etiā pro partibus interioribus vel pro penetralibus. vt Deut. 32. Et intus pauor. pro q̃ hebrei legunt. Et de interioribus pauor. s. erit. Iob. 9. Et interiora austri. & dicūt aliqui q̃ sunt stelle in parte meridionali iuxta polum antarcticum. & quia non videntur ab hominibus existentibus in parte septentrionali dicuntur interiora austri. & in eodem. 37. Ab interioribus egredietur tempestas. Prouer. 7. Penetrantes interiora mortis. & in eodem. 18. Et ipsa perueniunt vsq̃ ad interiora mortis. Ponitur etiam pro absconditо. vt Ezech. 8. Et vnusquisq̃ in abscondito cubilis sui. & inde verbum חָדַר Chodereth. idest in cubiculum vel in absconditum ingredi faciēs. s. propter timorem vel terrorē. Pro quo beatus Hieronymus transtulit obstupescere faciet. vt Ezech. 21. Hic est gladius occisionis magne qui obstupescere eos faciet.

Cubiculū. Interiora. Abscōditū Obstupescere faciēt

חָדַשׁ Innouare Renouare

חדש Chadas. innouare. renouare. instaurare. 1. Reg. 11. Et innouemus ibi regnū. Ps. 50. Et spm̃ rectū innoua in visceribus meis. Ps. 103. Et renouabis faciem terre. Iob. 10. Instauras testes tuos contra me. Esa. 61. Et instaurabunt ciuitates desertas. & inde חָדָשָׁה Chadasa. Chadasa. idest nouus: noua: nouum. vt Exo. 1. Surrexit iterea rex nouus super egyptū. Leuit. 23. Et sic offeretis sacrificiū nouū dño. & in eo. 26. Et vetera nouis supuenientib⁹ proicietis. Deut. 20. Quis est hō qui edificauit domū nouā. & in eodē 24. Cū acceperit hō nuper vxorē. pro quo he. le. Cum acceperit hō vxorē nouā. 2. Reg. 21. Et accinctus erat ense nouo & in hebreo non habetur ense: sed subintelligitur. Eccl's. 1. Nihil nouū sub sole. & in plurali חֲדָשִׁים Chadasim. i. nouі siue noua. Deut. 32. Nouі recentesq̃ venerunt. Iudi. 5. Noua bella elegit deus. Canti. 7. Noua & vetera dilecte mi seruauі tibi. Threñ. 3. Nouі diluculo mi'ta est fides tua. & inde חֹדֶשׁ Chódes. i. mensis. & dicitur sic propter nouā lunam que fit in principio cuiuslibet mēsis apud hebreos: quia hebrei cōputant annum per menses lunares. Geñ. 8. Requieuitq̃ arca mense septimo decima septima die mēsis super montes armenie. Exo. 12. Mensis iste vobis principiū mēsium. Leuit. 16. Mense aūt septimo decima die mensis. Nu. 11. Sed vsq̃ ad mensem dierū. Esa. 66. Et erit mensis ex mēse. Osee. 5. Nunc deuorabit eos mensis cum partibus suis. & in plurali חֳדָשִׁים Chodasim. i. menses. Geñ. 38. Post tres menses nunciauerunt iude. Iob. 14. Numerus mensiū eius apud te est. Esa. 47. Et supputabāt menses. Accipitur etiā חֹדֶשׁ Chódes. pro prima die mensis. i. pro calendis. 1. Reg. 20. Ecce calende sunt crastino. & in eo. Cras calēde sunt. & in eodē. Et venerunt calende. 4. Reg. 4. Hodie nō sunt calende. Ezech. 45. In solēnitatibus & in calēdis. vbi pōitur חֳדָשִׁים Chodasim in plurali. Et in eo. 46. Et adorabit populus terre ad ostiū porte illius in sabbatis & in calendis coram dño. Ponitur ēt in nostra translatiōe pro menstruo: eo q̃ accidit mulieribus in quolibet mense. Hiere. 2. In menstruis eius inueniēt eam. Sed etiā in hoc loco hebrei legūt. In mense suo inuenient eam.

Innouare Renouare Instaurare Nouus Nouum. Nona חֳדָשִׁים Nouі. חֹדֶשׁ Mensis kalende menstruus

חָדַת Nouum. חוֹב Debitor. חיב Cōdēnare. חוג Circūdare חוג Gyrus. Cardo מְחוּגָה Circinus חוד problema proponere חִידָה חִידוֹת Enigmata

חדת Chadath. in lingua chaldaica significat innouare siue nouum. Esdre. 6. Et ordines de lignis nouis.

חוֹב Debitum siue debitor. vt Ezech. 18. Pignus debitori reddiderit. & inde verbū. חיב Chiieb. i. cōdēnare. Dañ. 1. Condemnabitis caput meū regi.

חוג Chog. circūdare. gyrare. vt Iob. 26. Terminū circundedit aquis. & inde חוג Chug. i. circulus. gyrus. circinus. Prouer. 8. Quādo certa lege & gyro vallabat abyssos. Esa. 40. Et sedet super gyrū terre. Ponitur etiam pro cardine. vt Iob. 22. Et circa cardines celi perambulat. & aliqñ additur mem in principio: & dicitur מחוגה Mechuga. pro q̃ beatus Hieronym⁹ trāstulit circinū. vt Esa. 44. Et in circino tornabit illud.

חוד Chud. enigma vel problema proponere. vl si latine posset dici enigmatizare vel problematizare. Iudi. 18. Proponam vobis problema. & in eo. Propone problema tuum Ezech. 17. Fili hominis propone enigma. & inde חִידָה Chida. i. problema vel enigma. vt in locis predictis. & in plurali חִידוֹת Chidoth. Nu. 12. Palā & nō per enigmata deum videt. 3. Reg. 10. Venit tentare eū in enigmatibus. Prouer. 1.

© Biblioteca Nacional de España

Verba sapientum & enigmata eorum. Abach. 2. Nunquid non omnes isti super eum parabolam sument & loquelam enigmatū eius. & inde אֲחִידָן Achidan: q̄d in lingua chaldaica significat secreta enigmata. Dañ. 5. Interp̄tatio somniorum & ostensio secretorum.

אֲחִידָן

חָוָה Chaua. annunciare. ostendere. indicare. Iob. 15. Ostendam tibi audi me. & in eodem. 32. Ostendā vobis etiā ego meā sapientiā. & in eo. Et ostendā scientiā meā. & in eo dē. 36. Sustine me paululū & indicabo tibi. & in līgua chaldaica scribitur aliqñ cum aleph in fine loco he. Dañ. 2. Et interp̄tationē eius indicabimus. & inde אֲחַוָה Achaua: p̄ additionem aleph in principio. i. indicatio siue annunciatio. Pro quo beatus Hieronymus transtulit enigmata. Iob. 13. Et enigmata mea percipite auri? vestris. Pro quo hebrei legunt. Et annunciationem meā vel indicationem meam in auribus vestris. s. percipite. Inde חַוֹת Chauoth. i. oppida aut ville siue vici. Nu. 32. Et occupauit vicos eius. & in eodem. Quos appellauit auothiair. i. villas iair.

Ostendere

Indicare

אֲחַוָה

Enigmata

חַוֹת

Vici. Ville.

חוֹז מָחוֹז Choz. prouincia. regio. portus. & additur mem in principio. & dicitur מָחוֹז Machoz. Ps. 106. Et deduxit eos in portū voluntatis eorū. & solū inuenitur in p̄dicto loco.

Portus.

חָוָה Chauach. locus abditus subterraneus. & solum inuenitur in numero plurali. 1. Reg. 13. Et absconderunt se in speluncis & in abditis. Item חוֹחַ Choach. i. spina. De quo vide supra in dictione חַ Chach.

חָוָה

Abdita

חוּט Chut. filū. funiculus. Geñ. 14. A filo subtegminis vsq̄ ad corrigiam calige non accipiam. Eccl's. 4. Et funiculus triplex difficile rumpitur. Ponitur etiā pro vitta. Cāti. 4. Sicut vitta coccinea labia tua. Item חוּט Chut in lingua chaldaica significat parietes componere vel inuicem coniungere sicut vnus pannus cum alio coniungitur filo. Esdre. 4. Et parietes componentes. & inde in lingua chaldaica sarcinator dicitur חַיָּט Chaiat.

חוּט

Filum Funicul?. Vitta.

Parietes cōponere

חוּל Chul. dolere. parturire. cruciari. contremiscere. obstetricare. Infirmare siue infirmatum esse. vulnerare. Expectare. cōquiescere. residere. morari. venire. formare. creare. tripudiare siue choros ducere. & aliqñ scribitur sine vau in medio. & qñq̄ mutat vau in iod. s. qñ est verbū tertie cōiugationis. Qñq̄ etiam scribitur cū duplici lamed in fine. scilicet qñ est verbū quarte cōiugationis: vt patebit in locis sequentibus. Deut. 2. Et in morē parturientiū cōtremiscāt. Iob. 9. Cūctis diebus suis impius superbit. pro quo hebrei legunt. Cunctis diebus suis impi? dolet siue infirmatur aut cruciatur. & in eo. 26. Ecce gigantes gemūt sub aquis. i. dolent vel cruciantur. Ponitur etiā in eodem pro obstetricare vbi dicitur. Obstetricāte manu ei? eductus est coluber tortuosus. & in eo. 39. Parturientes ceruas obseruasti. Ps. 9. In quinate sunt vie illius in omni tempore. Pro quo btūs Hieronymus in psalterio iuxta hebraicā veritatē transtulit. Parturiunt vie eius in omni tpe. i. doloribus vel cruciatibus plene sunt. Ps. 29. Vox dñi preparantis ceruas. pro quo beat? Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Vox dñi obstetricans ceruas. Esa. 13. Quasi parturientes dolebunt. & in eo. 23. Non parturiui & non peperi. & in eo. Dolebūt cum audierint de tyro. & in eo. 26. Dolens clamat in doloribus suis. & in eo. Et quasi parturiuim? & in eo. 45. Et matri quid parturis. & in eo. 51. Et ad saram que peperit vos. i. dolores partus sustinuit. & in eo. 54. Hinni que non pariebas. & in eo. 66. Anteq̄ parturiret peperit. & in eo. Nūquid parturiet terra in die vna. & in eo. Quia parturiuit & peperit sion filios suos. Hiere. 4. Vocem em̄ quasi parturientis audiui. & in eo. Vētrē meū doleo. & in eo. 5. Percussisti eos & non doluerunt. & in eodē. Et a facie mea non dolebitis. Ezech. 30. Quasi parturiens dolebit. Mich. 4. Dole & sata ge filia sion. Ponitur etiam pro cruciari. vt Ioel'. 2. A facie eius cruciabuntur populi. Item ponitur pro cōmouere siue contremiscere vel cōturbare. Ps. 28. Vox dñi cōcutientis desertū: & cōmouebit dñs desertum cades. Sed beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. Vox dñi parturire faciens desertum: parturire faciens dñs desertum cades. Potest etiam legi sic. Vox dñi cōtremiscere faciens desertū: cōtremiscere faciens dñs desertum cades. Ps. 96. Vidit & commota est terra. Sed btūs Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. vidit & cōtremuit terra. Ps. 113. A facie dñi mota est terra. Et etiā in hoc loco beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. A facie dñi contremiscit terra. Hiere. 51. Cōmouebitur terra! & conturbabitur. Item ponitur pro infirmari. vt Mich. 1. Quia infirmata est in bonum Eccl's. 5. Est & alia infirmitas pessima. De quo vide infra in dictione חֲלָה Chala. Ponitur etiā pro vulnerare. 1. Reg. 21. Et vulneratus est vehementer a sagittariis. Esa. 51. Vulnerasti draconem. & in eo. 53. Ipse aūt vulnerat? est propter iniquitates nr̄as. Inde חִיל Chil. i. dolor. Ps. 47. Ibi dolor vt parturientis. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur חִילָה Chila. i. dolor. vt Iob. 6. Et affligens me dolore. & aliquando duplicatur lr̄a Cheth & lr̄a Lamed & dicitur חַלְחַל Chal chal. i. doluit siue consternatus est dolore. vt Ester. 4. Q̄d audiens cōsternata est. & inde חַלְחָלָה Chalchala. i. dolor. angustia. ut Esa. 21. Propterea impleti sunt lumbi mei dolore. Ezech. 30. Et erit pauor in ethiopia. & in eo. Et erit pauor in eis. vbi ponitur pro pauore. Ponitur etiā pro defectione. Naum. 2. Et defectio in cunctis renibus. Sed in predictis locis hebrei interpretantur dolorem. Ponitur etiam predicta dictio חוּל Chul. pro dissipare. Prouer. 25. Vent? aquilo dissipat pluuias. vide etiā infra in dictione חָלַל Chalal. & in dictione חָלָה Chala. Significat etiā expectare vel prestolari. vt Geñ. 8. Expectatis aūt vltra septem diebus. Iudi. 3. Expectantes diu donec erubescerēt. Iob. 35. Iudicare coram illo & expecta eum. Ps. 36. Subditus esto dño & ora eum. pro q̄ beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. Tace dño & expecta eum. Threñ. 3. Bonū est prestolari cū silētio salutare dñi. Vide etiā de hoc infra in dictione יָחַל Iachal. Ponitur etiā pro permanere. Iob. 20. Et propterea nihil permanebit de bonis eius. Item significat conquiescere siue morari aut venire vel residere. vt. 2. Reg. 3. Et veniat super caput Ioab. Hiere. 23. Et tempestas erūpens super capita impiorum veniet. vbi etiā ponitur pro erumpēs. & in eodem. 30. In capite impiorum cōquiescet. Osee. 8. Et quiescent paulisper ab onere regis & principum. Ponitur etiā in nostra translatione pro incipere. vt Threñ. 4. Et non ceperunt in ea manus. Sed etiam in hoc loco hebrei legunt. & non metate sunt siue non quieuerūt aut non morate sūt in ea manus vel loca: quia in momento & absq̄ mora subuersa fuit sodoma. Osee. 11. Cepit gladius in ciuitatibus ei? vbi etiā hebrei legunt. Resedit siue moratus est aut quieuit gladius in ciuitatibus eius. Significat etiam creare vel formare. vt Deut. 32. Et oblitus es dei creatoris tui. Ps. 89. Et formaretur terra & orbis. Prouer. 8. Ante oñes colles ego parturiabar. Pro quo hebrei legunt. Ante oēs colles formata vel creata sum. Pōt etiā significare sicut est in littera nr̄a: vt supra dictum est. Ponitur etiā pro cōcipere. Ps. 50. Ecce em̄ in iniquitatibus conceptus sum. Prouer. 8. Adhuc non erant abyssi & ego concepta eram. Ponitur etiam pro determinare. vt Prouer. 26. Iudicium determinat causas. Sed ēt in hoc loco hebrei dicūt q̄ significat formare vel creare. & legunt sic. Magnus siue princeps creat vel format oīa: aut

Cruciari.

Cōmouere

Infirmari

Vulnerare

חִיל

Dolor.

חִילָה

Dolor.

חַלְחַל

Cōsternari

חַלְחָלָה

Dolor.

Pauor

Defectio

חוּל

Dissipare.

Expectare.

prestolari.

permanere.

Venire.

Cōdescere.

Incipere.

Residere

Creare.

Formare

Cōcipere

determinare.

© Biblioteca Nacional de España

sustentat omnia. Nam pro eo qđ in predicto loco est iudiciū in hebreo habetur רַב Rab: qđ si scribatur cū pūcto hiric & legatur רִיב Rib: tūc significat iudicium: sicut est in littera nostra. significat etiam חוֹל Chol. tripudiare siue choros ducere. Iudi. 21. Cūq; videritis filias silo adducendos choros ex more ꝓcedere. & in eo. De his que ducebāt choros. & inde מָחוֹל Machol siue מְחוֹלָה Mechola. i. chorus. vt Ps. 149. Laudent nomen eius in choro. Canti. 7. Quid videbitis in sunamite nisi choros castrorū. Quod in hebreo legitur in numero singulari. s. quid videbitis in sunamite quasi chorum castrorum. Hiere. 51. Tūc letabitur virgo in choro. & in plurali מְחוֹלוֹת Mecholoth. Exo. 50. Egressęq; sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris. & in eodem. 32. Vidit vitulū & choros. Item חוֹל Chol. i. arena. Deut. 33. Et thesauros absconditos arenarum. Ps. 138. Et super arenā multiplicabuntur. Osee. 1. Et erit numerus filiorum israel quasi arena maris. Pōitur etiam pro palma arbore. Iob. 29. Et sicut palma multiplicabo dies. Sed etiā in hoc loco hebrei legunt. Et sicut arena multiplicabo dies Alii vero dicunt q; in predicto loco est nomen cuiusdam auis sic nominate: que est longissime vite. Item חוֹל Chol. idest profanū. laicū. pollutum. contaminatum. De quo vide infra in dictione חָלַל Chalal.

Ducere choros. חוֹל
Chorus מְחוֹל
מְחוֹלוֹת
Chori חוֹל
Arena.
Palma
חוֹל
Profanū.

חוּם Chum. fuluum. ruffum. fuscum. Genī. 30. Et quodcūq; fuluum & maculosum variumq; fuerit. & in eodē. Et omnia que non fuerit varia & maculosa & fulua. Ponitur ēt pro nigro. vt in eo. Cūctum aūt gregem vnicolorem. i. albi & nigri velleris tradidit in manu filiorū suorū. pro quo hebrei legunt. Omnē in quo erat album: & oēm nigrum in arietibus tradidit in manibus filiorū suorū. & etiā in locis predictis pro fuluo hebrei legūt nigrum. Item חוֹם Chom. i. calor siue calid⁹. De q; vide infra in dictiōe חָמָם Chamā.

חוּם
Fuluum.
Niger.
חוֹם
Calor.

חוּס Chus. parcere. misereri. vt Genī. 45. Neq; dimittatis quicq; de supellectili vestra. pro quo he. le. Et oculus vester non parcat siue non misereatur super supellectilia vestra: siue super vasa vestra. Deut. 13. Neq; parcat ei oculus tuus. 1. Reg. 24. Sed pepercit tibi oculus meus. Ps. 71. Parcet pauperi & inopi. Esa. 13. Super filios non parcet oculus eorum. Hiere. 13. Non parcam & nō cōcedam. Vbi ponitur pro concedere. pro quo he. le. Non parcā neq; misertus ero siue non misertus ero & non parcā. & in eo. 21. Et nō flectetur neq; parcet neq; miserebitur. Vbi ponitur pro flecti. scilicet misericordia. pro quo he. le. Non parcet super eos neq; parcet neq; misertus erit. Ezech. 7. Et non parcet oculus meus super te. & in eo. 16. Nō pepercit super te oculꝰ. & in eodē. 20. Et pepercit oculus meus super eos vt non interficerem eos. & in eo. 24. Neq; parcā neq; placabor. Ioel. 2 Parce dñe populo tuo. Ione. 4. Tu doles super hederā. i. tu misertus es siue pepercisti super hederam. & in eo. Et ego non parcam super niniue. & aliquando scribitur sine vau. vt in aliquibus locis predictis.

חוּס
Parcere
Misereri
Flecti.

חוֹף Choph. portus. littus maris. De quo vide infra in dictione חָפָה Chaphah.

חוֹף
Portus

חוּץ Chus. foris. foras. forinsecus. extra. extrinsecus. preter excepto. vicus: siue callis: aut platea. & quandoq; apponitur ei littera beth: siue littera mem: aut lamet: & dicitur בַּחוּץ Bachus siue מִחוּץ Michus. aut לַחוּץ lachus. Genī. 6. Et bitumine linies eam tam intrinsecus ꝙ extrinsecꝰ. & in eodem. 19. Eduxerunt eum & posuerūt extra ciuitatē. & in eodem. 24. Cur foris stas. Exo. 25. Et deaurabis eā auro purissimo intꝰ & foris. Deut. 24. Sed stabis foris. & in eo. 32. Foris vastabit eos gladius. Prouer. 1. Sapientia foris predicat. Ezech. 41. Et vsq; ad domū interiorem & forinsecus. & ali

חוּץ
Extrinsecꝰ
Extra
Foris.

quando scribitur cū he in fine. & dē הַחוּצָה Chusa. vt Genī. 15 Eduxitq; eum foras. & in eo. 24. Qui festinus egressus est ad hominē vbi erat fons. pro quo he. le. Et cucurrit labā ad hominē foras ad fontē. Prouer. 5. Deriuentur fontes tui foras. Ezech. 40. Et ad latus exteri⁹ quod ascendit ad ostium porte. Significat etiā preter. siue excepto. vt Eccl's. 2. Quis ita deuorabit & deliciis affluet vt ego. Pro quo he. le. Quis deuorabit siue quis māducabit: & quis deliciis affluet preter me. i. plusq; ego. Vide etiā de hoc in dictione חוּשׁ Chus cum sin in fine. Hiere. 37. Et daretur ei torta quottidie panis excepto pulmēto. Hebrei tñ in predicto loco legūt sic. vt daretur ei torta quottidie panis de vico siue de calle panificū vl' pistorū. Nā ponitur ēt pro calle vel platea. vt. 3. Reg. 20. Fac tibi plateas in damasco. Iob. 5. Et irrigat aquis vniuersa. pro quo he. le. Et mittit aquas super faciē platearum vel calliū. Esa. 51. Et quasi via transeuntib⁹. pro quo he. le. Et quasi callis transeuntib⁹. Hiere. 5. Circuite vias ierusalē. Pro quo he. le. Circuite calles siue plateas ierusalem. & in eodem. 7. Et in plateis ierusalē. & inde חִיצוֹן Chison. i. extrinsecus. forinsecus. exterior vl' exterius. 3. Reg. 6. Quasi prominentes de pariete & egredientes. & sequitur in hebreo. Intrinsecus & extrinsecus. & in eo. Sed & pauimentum dom⁹ texit auro intrinsecus & extrinsecus. Ezech. 41. Intrinsecꝰ & forinsecus ad mensuram. Scribitur etiā cum he in fine & dicitur חִיצוֹנָה Chisona. vt in eodem. 42. Et eduxit me ad atrium exterius. & in eodem. Et contra pauimentum stratū lapide atrii exterioris. & in eodem. 44. Cūq; egredientur ad atrium exterius.

Platea
Callis
חִיצוֹן
Forinsecꝰ.
חִיצוֹנָה
Exterius

חוֹק Choc. preceptum. legitimū. institutio. statutū. consuetudo. De quo vide infra in dictione חָקַק Chacac.

חוֹק

חוֹר Chauar. erubescere. Esa. 29. Neq; modo vultus eiꝰ erubescent. Item חוּר Chur. significat colorem aereum. vt Ester. 1. Et pendebāt ex omni parte tentoria aerei coloris & carbasini. & in eo. 8. Fulgebat vestib⁹ regiis hyacinthinisvi delicet & aereis. hebrei tñ dicunt q; significat album. Nā in lingua chaldaica חִיוָּר Chiuar significat album vel candidū Dañ. 7. Vestimentum eius cādidum quasi nix. & inde חוֹרִי Chori. pro quo beatus Hieronymus transtulit farinam. eo quod est alba. Genī. 40. Quod tria canistra farine haberem super caput meū. Item חוֹר Chur. foramen. spelunca. cauerna. 4. Reg. 12. Aperuitq; foramen desup. Canti. 5. Dilectus meus misit manū suam per foramē. Esa. 11. Et delectabitur infans ab vbere super foramen aspidis. & in plurali חוֹרִים Chorim siue חוֹרֵי Chore. pro quo beatus Hieronym⁹ trāstulit cauernas siue speluncas. 1. Reg. 13. En hebrei egrediuntur de cauernis. Iob. 30. Et in cauernis terre vel sup glareā. Naū. 2. Et impleuit preda speluncas suas. Esa. 19. Et texentes subtilia. Pro quo hebrei legunt texentes retia. eo quod sunt plena foraminibus. pōitur ēt pro stercore. vt Esa. 36. Vt comedant stercora sua. & inde מְחָרְאוֹת Mochraoth. i. latrine. 4. Reg. 10. Et fecerunt pro ea latrinas. Sed in margie habetur מוֹצָאוֹת Mosaoth. quod interpretatur egressiones Itē חוֹר Chor. i. optimus seu nobilis aut liber vel ingenuus & inuenitur tñ in nūero pl'ali. s. חוֹרִים Chorim siue חוֹרֵי Chore. vt Nee. 5. Et increpaui optimates & magistratus. & in eo. 13. Et obiurgaui optimates iuda. Esa. 34. Nobiles eiꝰ non erunt ibi. Hiere. 27. Et oēs optimates iuda & ierusalē. & inde חוֹרִין Chorin. i. nobilitas siue libertas. Eccl's. 10. Beata terra cuius rex nobilis est. pro quo he. le. Beata terra cui⁹ rex filius nobilitatis vel libertatis. s. est & est modꝰ loquēdi hebraici idiomatis vt pro nobili dicatur filius nobilitatis.

חוֹר
Erubescere.
חוּר
Aereus color.
Candidus
חִיוָּר
Albus.
חוֹרִי
Farina
חוֹר
Foramen.
חוֹרִים
Cauerne
Spelunce
Stercora.
מְחָרְאוֹת
Latrine
חוֹרִים
optimates
Nobiles.
חוֹרִין
Nobilitas
חוּשׁ

חוּשׁ Chus. festinare. delectari siue deliciis affluere. Ps. 37. Intende in adiutorium meum. Pro quo beatus Hiero

© Biblioteca Nacional de España

Festinare. nymus in psalterio iuxta he.ve.trāstulit. Festina in auxiliū meū.Ps.69.Dñe ad adiuuādū me festina.& aliqñ scribitur sine vau.vt Deut.32.Et adesse festināt tpa. Iob.31. Et festinauit in dolo pes meus. Esa.8. Festina predari. Abach.1. Quasi aquila festinans ad comedendū.& aliqñ scribitur cū iod loco vau.s.qñ est verbū tertie cōiugatiōis.Ps.54. Expectabā eū qui saluū me fecit. pro quo beatus Hieronym⁹ in psalterio iuxta he.ve.trāstulit.Festina bo vt saluer.Esa.5.

Cito vēire. Et cito veniat opus eius.& in eo.28.Qui crediderit nō festinet.& in eo.60.Subito faciā illud.pro quo he.le. Festinare faciā illud.i.festināter vel cito faciam illud.& inde חוּשִׁים Chusim.i.festini uel festinātes.pro quo beatus Hieronym⁹ trāstulit accinctos.vt Nu.32.Nos aūt ipi armati & accincti pergemus ad preliū.& inde חִישׁ Chis.i.cito siue festināter Ps.89.Qm̄ supuenit māsuetudo.pro q᷑ btūs Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.Qm̄ transiuim⁹ cito.Ponitur etiā supradicta dictio חוּשׁ Chus pro delectari vel deliciis affluere.vt Eccl's.2.Quis ita deuorabit & deliciis affluet vt ego.Hebrei vero sensum vocāt חוּשׁ Chus.videlicet sensū vis⁹ siue auditus aut odorat⁹ vel gust⁹ seu tactus.& sic in predicto loco aliqui hebrei legunt.Quis deuorabit: aut qs sentiet.i.quis sensibus fruetur vt ego.i.plusq᷑ ego.

Accincti. חִישׁ

Cito חוּשׁ

Delicijs affluere. Sensus.

חָזִז Fulgur חֲזִזִים Nubes. Chaziz.fulgur.Iob.38.Et viam sonantis tonitrui.pro quo hebrei legūt. Et uiam fulguris sonantis:nam post fulgur sequitur tonitruū sonans.& dicunt aliqui hebrei q᷑ etiā significat nubem.& in plurali חֲזִזִים Chazizim. pro q᷑ beatus Hieronymus transtulit nubes.Zach.10.Et domin⁹ faciet nubes & pluuiam imbris dabit eis. Alii dicunt q᷑ deriuatur a sequenti dictione que significat videre.vnde.lxx. in predicto loco p nubib⁹ iterptati fūt fatasias.i.appitiões.

חָזָה Videre. Chaza. videre.aspicere.respicere.speculari.cōtēplari Exo.24. Viderūtq᷑ deū & comederūt & biberūt.Iob. 15.Quod vidi narrabo tibi.& in eo.19.Et in carne mea videbo deū saluatorem meū.quē visurus sum ego ipe.& in eodem.27.Ecce vos oēs nostis.pro quo he. le. Ecce vos oēs vidistis.& est idem sensus cum lra nostra. Nam ponitur ibi videre pro intellīgere vel nosse.Sicut in aliis locis.& in eo. 36. Oēs hoies vident eū.Ps.26.Vt videā voluntatem dñi. Ps.45.Vacate & videte opera dñi.Ps.57.Letabitur iustus cum viderit vindictam.Esa.1.Quam vidit super iudam & ierusalē.& in eo.2. Verbum quod vidit esaias filī amos. & in eo.26. Dñe exaltetur man⁹ tuavt nō videāt:videāt & cō fundantur.& in eo.29.Et principes vestros qui vident visiones operiet.& in eo.47.Qui cōtemplabātur sydera & supputabant menses.Mich.4.Et aspiciat in sion oculi⁹ noster.& inde חֹזֶה Choze.i.videns.vt.1. Paralip.25. Oēs isti filii heman videntis regis in sermonibus dei.& in codē.29 Atq᷑ in volumine gath vidētis.2.Paralip.12. Scripta sunt in libris semeie prophete & addo vidētis.& accipitur pro propheta.vt.1.Reg.9.Qui ꝓpheta dicitur hodie olim vocabatur videns.Ponitur etiā חֹזֶה Choze.pro pacto.vt Esa.28 Et cum inferno fecim⁹ pactum.& in eo.Et pactum vestrum cum inferno nō stabit.Sed hebrei etiā in predicto loco interpretantur videntem siue speculā aut speculatorē.& inde חָזוֹן חָזִיוֹן חֲזָיוֹן Chazon siue חִזְיוֹן Chezion.cū iod in medio aut חֲזָיוֹן Chizaiō.i.visio.vt.1.Re.3.Nō erat visio manifesta. Iob.20 Et transiet sicut visio nocturna.Esa.1.Visio esaie filii amos. & in eo.22.Onus vallis visionis.& in eo.29.Et erit sicut sōniū visionis nocturne.& in plurali חֲזִיזוֹת Chezionoth.i.visiones.vt Iob.4.In horrore visionis nocturne. Q᷑ in hebreo legitur in plurali.s.in horroribus visionū noctis.& in eo.7.Et p uisiones horrore cōcuties.& inde מַחֲזֶה Machaze.per additionē mem in principio.i.visio.vt Geñ.15.Factus est sermo dñi ad abram p visionē dicēs.Nu.22.Qui visionē oipotētis videt.vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatū.2.Reg.7.Et e regione se respiciētes.pro quo in hebreo haberur.visio ad visionē vel cōtra visionē.Et beatus Hieronymus transtulit sensum. & aliqñ scribitur cum tau in fine.& dicitur חָזוּת Chazuth.i.visio.vt.2.Paralip.9. In visione quoq᷑ addo videntis.Esa.21.Visio dura monstrata est mihi.& in eo.29.Et erit uobis visio omniū.& in lingua chaldaica dicitur חֲזוּא Chezua.Dañ.2.Tunc danieli mysterium per visionē noctis reuelatū est.Ponitur etiā חָזוּת Chazuth pro insigni.Dañ.8.Porro hircus habebat cornu insigne inter oculos suos.& in eo.Et orta sunt quattuor cornua subter illud. pro q᷑ he.le.& orta sunt insignia quattuor subter illud.i.quattuor cornua grādia que poterant videri a lōge.Significat etiā aspectū.Dañ.4.Et aspect⁹ illi⁹ erat vsq᷑ ad terminos vniuerse terre.Pōitur etiā predicta dictio חָזָה Chaza pro cōmorari vel apprehendere.vt Iob.8. Et inter lapides cōmorantur.& in eo.23.Nō apprehendā eū.& lra aleph que ponitur in predicto loco in principio dictionis est prime psone futuri tpis.& in fine deficit lra he sicut in aliis locis predictis.Itē חָזֶה Chaze.i.pect⁹.vt Exo.29.Sumesq᷑ pectusculū de ariete.& in eo.Sanctificabisq᷑ pectuscultū consecratum.& in plurali חָזוֹת Chazoth.i.pectora.vt Leuit.9. Posuerūt sup pectora.& in eo.Pectora eorum & armos dexteros separauit.

Visio חָזוּת Insigne Aspectus. חָזָה Cōmorari. Apphēdere חָזֶה Pectus. חָזוֹת Pectora

חָזַק Chasac.confortare siue confortari.corroborare.inualescere.prevalere.vim inferre.instaurare.consolidare. indurare siue indurari.apprehendere.tenere.retinere.obtinere.continere.Geñ.41.Nā & illos oppresserat fames.pro quo hebrei legūt.& cōfortata est siue inualuit fames in terra egypti.& in eo.Et malū inopie temperarēt.pro quo he. le.Et cōforta ta est siue inualuit fames in vniuersa terra. & in eo.48.Qui confortatus sedit in lectulo. pro quo he.le. & cōfortatus est israel & sedit in lectulo. Exo.12. Vrgebātq᷑ egyptii populū israel de terra exire velociter. pro quo hebrei legunt. Et inuaescebat.i.vim faciebat egyptus super populū ut velociter emitterent eos de terra.Exo.19.Et sonitus buccine paulatim crescebat in maius & prolixius tendebatur.pro quo he.le.Et sonitus tube ibat & confortabatur siue inualescebat nimis.Nu.13.Confortamini & afferte nobis de fructibus terre.Deut.3.Precipe iosue & corrobora eum.& in eo.31.Viriliter agite & cōfortamini.& in eo.Confortare & esto robustus. Iudi.1. Postq᷑ aūt confortatus est israel fecit eos tributarios.1. Reg. 4. Confortamini.&.2. Reg.3.Dauid proficiens & semp se ipo robustior. & in eo. 10.Si prevaluerit aduersum me syri.& in eo. Si autem filii amon prevaluerint aduersum te.& in eo.Esto vir fortis & pugnemus pro populo nr̄o.pro quo he.le. Cōfortare & cōfortemur pro populo nr̄o.& in eo.11. Conforta bellatores tuos.& in eo.24. Obtinuit sermo regis verba ioab.i. magis prevaluit sermo regis.& similis dictio ponitur.1.Paralip.21.vbi dicitur.Sed sermo regis magis ꝓualuit.4. Reg. 14.Cūq᷑ obtinuisset regnū.pro quo he. le. Cūq᷑ corroboratum esset regnū in manu eius.& in eodē.Et prevaluit fames in ciuitate.2.Paralip.21.Cumq᷑ se confirmasset.i.corroborasset vel confortasset.& in eo.26.Propter crebras victorias.pro quo he.le.Qm̄ cōfortatus uel corroboratus est vsq᷑ ad summum.& in eo.Eo q᷑ auxiliaretur ei dñs & corroborasset illum.& in eo.28.Et nullo resistēte vastauit.pro quo he.le.Et non confortauit vl' nō corroborauit eū. Nec. 6.Quā ob causam magis cōfortaui manus meas.Ps.31.Viriliter agite.Ps.146.Qm̄ cōfortauit seras portarū tuarum Esa.28.Ne forte constringantur vincula vestra.pro quo he

Cōfortare. Inualescere. Cōfortari. Corroborare Prevalere Cōfirmare Corroborari. Viriliter agere.

© Biblioteca Nacional de España

Cõfortare. brei legunt. Ne forte confortentur vel corroborentur vincula vestra. & in eo. 35. Confortate manus dissolutas. & in eodē. 41. Et fratri suo dicet confortare. & in eo. Confortauit faber erarius percutiens malleo. & in eodē. Et confortauit eum clauis. Hiere. 20. Fortior me fuisti. Ezech. 3. Manꝰ emī dñi erat mecū confortans me. & in eo. 30. Et recepto robore possit tenere gladium. pro quo he.le. Vt roboraretur siue vt inualesceret: vt possit tenere gladiū. Osee. 7. Cõfortauí brachia eorū. Malach. 3. Inualuerunt sup me verba vestra. Significat etiā instaurare. siue consolidare. vt. 4. Reg.

Instaurare. 12. Et instaurarent sartatecta domꝰ. & in eo. Non instaurauerunt sacerdotes sartatecta templi. & in eo. Quare sartatecta nō instauratis. & in eodē. Ita ut impleretur instauratio domꝰ dñi. & in eo. Admuniendā domū. i. ad instaurandā domū. Ponitur etiā pro edificare. vt Nec. 3. Et iuxta eū edificauit marimuth filius vrie. & in eo. Et iuxta eum edificauerunt tecueni. & in eo. Et portam veterem edificauerunt.

Edificare. Cõsolidare. Ponitur etiā pro consolidare. Esa. 54. Et clauos tuos consolida. Item significat indurare. vt Exo. 4. Ego indurabo cor eius. & in eo. 7. Induratūq; est cor pharaonis. & in eo. 9. Indurauitq; dñs cor pharaonis. & in eo. 14. Et indurabo cor eiꝰ & persequetur vos. & in eo. Et ego indurabo cor egyptiorū. Hiere. 5. Indurauerunt facies suas supra petrā.

Indurare. Apprehendere. Tenere. Retinere. Significat etiam apprehendere siue tenere vel retinere. vt Genī. 19. Apprehenderūt manus eiꝰ. & in eo. 21. Et tene manum illius. Exo. 4. Extendit & tenuit. & in eo. 9. Quod si adhuc renuis & reties eos. 2. Reg. 3. Abner regebat domū saul. pro quo hebrei legūt. Abner tenebat domū saul. i. sustentabat eam. Quod est idē cū littera nostra. 3. Reg. 2. Et apprehendit cornua altaris. Iob. 2. Adhuc tu permanes in simplicitate tua. pro quo he.le. Adhuc tu apprehendis siue retines simplicitatem tuā. Ps. 54. Apprehende arma & scutum. Iob. 26. Quí apprehēdit aures canis. Esa. 41. In quo

Capere. apprehendi te ab extremis terre. Ponitur etiā pro capere vel continere. vt. 2. Paralip. 4. Capiebat tria millia metretas. & inde חֹזֶק Chozec. i. fortitudo. robur. vis. Esa. 8. Sicut

Fortitudo in manu forti erudiuit me. pro qꝰ he.le. In fortitudine manus erudiuit me. Amos. 6. In fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua. Scribitur etiā cum he in fine. vt. 1. Reg.

Vis. 2. Alioquin tollam vi. 2. Paralip. 26. Sed cum roboratꝰ eēt eleuatum est cor eius. Pro quo hebrei. le. Et in fortitudine

Robur. חָזָק Fortis. sua siue in robore suo eleuatum est cor eius. Ps. 17. Dilígam te dñe fortitudo mea. & inde חָזָק Chazac. i. fortis vel robustus. vt Nu. 13. Vtrū fortis sit an infirmus. & in eo. Quía fortiór nobis est. 3. Reg. 19. Et spūs grandis & fortis. Prouer. 23. Propīquꝰ emī illorū fortis. Esa. 28. Ecce fortis & validꝰ. Amos. 2. Et fortis non obtinebit virtutē suā. Ponitur ēt p

Fortitudo חִזְקָה fortitudine. vt Esa. 40. Ecce dñs deus in fortitudīe veniet. & in gñe femínino חִזְקָה Chazaca. i. fortis. vel robusta seu valida. Exo. 3. Non dimittet vos rex egypti vt eatis nisi p

Valida. Robusta. manū validā. Exo. 6. Per manū emī fortē dimittet eos & in manu robusta eiiciet eos de terra sua.

חֲזִיר Chazír. sus. porcus. Aper. vt Leuit. 11. Et sus qui cum

Sus Aper. vngulam diuidat non ruminat. Ps. 79. Exterminauit eam aper de silua. Prouer. 11. Circulus aureus in naribus suis. ideſt in naribus porcí. Esa. 65. Quí comedunt carnem suillam.

חָטָא Peccare. Chata. peccare. errare. expiare. aspergere. mundare siue purgare. vt Genī. 20. Et ideo custodiui te ne peccares in me. & in eo. 39. Quō ergo possum hoc malum facere & peccare in deū meū. & in eo. 40. Accidit vt peccarēt duo eunuchi. & in eo. 43. Ero peccatí reus in te omní tpe. Pro qꝰ in hebreo habetur. Peccabo tibi omní tpe. Exo. 5. Et iniuste agitur cõtra populū tuū. Pro quo he.le. Et peccat ppls tuꝰ. siue & peccatū populí tuí. s. est: iniuste nos affligendo. Et in eodē. 9. Peccauí etiam nunc. & in eo. 23. Ne forte peccare te faciant. & Leuit. 4. Anima que peccauerit per ignorantiā. & in eo. Sí peccauerit princeps. Nu. 21. Peccauímus quía locuti sumus cõtra dñm & te. Ios. 7. Peccauit ísrael. 1. Reg. 14. Quod populus peccasset dño. & in eo. Et nō peccabitis domíno comedentes cum sanguine. 3. Reg. 14. Quí peccauit & peccare fecit ísrael. & in eo. In peccatis suís que peccauerunt. & in eo. 16. Et peccare feciſti populū meū. & in eodē. Et peccatū eius quo fecit peccare ísrael. & in eo. 21. Et peccare feciſti ísrael. 4. Reg. 17. Et peccare eos fecit peccatū maximū. & in eo. 21. Et peccare fecit etiā iudā. Iob. 1. In omníbꝰ his non peccauit Iob labiis suís. & in eo· 7. Peccauí quid faciam tibi. & in eo. 24. Vsqꝫ ad ínferos peccatum illius. pro quo hebreí legunt. Vsqꝫ ad ínferos peccauerunt. Potest etiā legí sicut est ín littera nostra. Nā eísdē litteris vtrūqꝫ scríbitur. Ps. 4. Irascímini & nolite peccare. Ps. 105. Peccauímus cum patribus nostris. Prouer. 8. Quí aūt ín me peccauerit ledet animā suā. Eccl's. 5. Ne dederís os tuum vt peccare facías animā tuā. Esa. 29. Quí peccare facitís homíes ín verbo. Threñ. 5. Patres nostri peccauerunt. Abach. 2. Et peccauit anima tua. aliqñ scríbitur sine aleph. vt. 4. Reg. 13. Verūtī nō recesserunt a peccatís ieroboā qui peccare fecit ísrl Significat etiā deuiare. vel errare. vt Iudí. 20. Et sic fundís lapides ad certum iaciētes vt capillum quoqꝫ possent percutere. pro quo he.le. Fundís lapides iaciētes ad capillū & nō errabant. í. non deuiabant ín alteram partem. Itē signí-

יָדַע Iadaa. scire. nosse. cognoscere. mãifestare. sentire. miscreri. conterere. siue confringere. Geñ. 3. Scientes bonũ & malũ. Et in eo. Cunq; cognouissent se esse nudos. Et in eo. 22. Nunc cognoui q̃ timeas deũ. Et in eo. 31. Ignorabat q̃ rachel furata esset idola. Pro quo he. le. Et nõ sciebat iacob q̃ rachel furata esset ea. s. idola. Et sic in sequentib9 vbicũq; ponitur ignorare vel nescire in hebreo sunt due dictiones. s. nõ scire. Et in eo. 48. Sció fili mi scio. Exo. 2. Stante procul sorore eius & considerante aduentũ rei. pro quo hebrei legunt. Et stetit soror eius procul: vt sciret quid fieret de eo. Et est idem sensus cũ littera nostra. Et in eo. 5. nescio dñm. Et in eo. 7. Et scient egyptii quia ego sum dominus. Et in eo. 33. nouite ex nomine. Et in eo. vt sciam te. Et in eo. In quo enim scire poterimus ego & populus tuus. Deut. 4. Vt scires q̃m dñs ipse est deus. Et in eo. Scito ergo hodie & cogitato in corde tuo. Et in eo. Scio cõtẽtionẽ tuã. 1. Reg. 3. Porro samuel necdũ sciebat dñm. Et in eo. 17. noui superbiã tuã. Et in eo. 21. nã & pueris meis condixi in illũ & illũ locũ. Pro quo he. le. Et pueros scire feci illũ & illũ locũ. Et in eo. 22. Donec sciam quid faciat mihi deus. 2. Reg. 5. Et cognouit dauid q̃m confirmasset eũ dñs regem. Iob. 9. Qui transfert montes & nescierunt. Et in eo. 19. Scio q̃ redemptor meus viuit. & in eo. Scitote esse iudiciũ. & in eo. 38. Et ostendisti aurore locũ suũ. Pro quo he. le. Scire fecisti aurorã locũ suũ. Et in eo. 42. Scio quia omnia potes. Ps. 9. vt sciãt gẽtes q̃m hoies sunt. Ps. 34. Veniat ei laqueus quẽ ignorat. Ps. 50. Et occulta sapiẽtie tue manifestati mihi. Ps. 40. In hoc cognoui q̃m voluisti me. Ps. 73 Et nõ cognouerũt sicut in exitu super sũmũ. pro quo btũs hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trãstulit. Manifesta. s. erant in introitu desuper. p̃s. 137. Et alta a lõge cognoscit. Et ĩ eo. 138 Tu cognouisti sessionẽ meã & resurrectionẽ meam. p̃s. 143. Quid est homo quia ĩnotuisti ei. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Quid est homo quia agnoscis eum. prouer. 12. nouit iustus iumẽtorum suorum animas. Canti. 6. nesciui: anima mea cõturbauit me. Esa. 7. vt sciat reprobare malum & eligere bonũ. Et in eode m. 19. Et cognoscent egyptii dñm. Et in eo. 50. vt sciam substentare eum qui lassus est verbo. Et in eodem. 53. Et scientem infirmitatem. Et in eodem. 58. Et scire vias meas volũt. Hiere. 2. Scito & vide. & in eo. 9. In hoc glorietur qui gloriatur: scire & nosse me. Et in eo. 31. Post q̃ ostendisti mihi percussi femur meum. pro quo hebrei legunt. Et postquam notus factus sum. scilicet mihi: percussi femur meum. Ezech. 2. et scient quia propheta fuerit in medio eorum. Osee. 2. & scies quia ego dñs. & in eodem. 13. ego cognoui te in deserto. Zach. 14. & erit dies vna que nota est domino. & aliquando scribitur sine iod. vt in aliquibus locis predictis. Et quando est verbum passiuum prime coniugationis: tunc in preterito indicatiui scribitur cũ nun & vau in principio loco iod: & dicitur נוֹדַע nodaaa. vt Exo. 6. & nomen meum adonai non indicaui eis. pro quo hebrei legunt. & nomine meo adonai non sum factus notus eis: siue non sum cognitus eis. Deut. 21. & ignorabitur cedis reus. idest non est cognitus. Iudi. 16. & non est cognitum in quo esset fortitudo eius. 1. Reg. 22. & audiuit saul q̃ apparuisset dauid. idest q̃ esset notus vel manifestus. Ps. 75. Notus in iudea deus. Esa. 19. Et cognoscetur dominus ab egypto. Et quando est verbum tertie coniugationis tũc scribitur cum he & vau in principio. vt Exo. 33. Et non indicas mihi quem missurus sis mecum. pro quo hebrei legunt. Et nõ facis me scire quem missurus sis mecum. idest non manifestasti mihi vel non indicasti mihi: sicut est in littera nostra. Leuit. 4. Et postea intellexerit peccatum suum. pro quo hebrei legunt. Et notum factum fuerit peccatum suũ. Et in eo. Et cognouerit peccatum suum. pro quo hebrei legunt. Et cognitum fuerit siue notum fuerit peccatum. Et est idem sensus cum littera nostra. p̃s. 24. Et testamentum ipsius vt manifestetur illis. pro quo hebrei legũt. vt scire faceret illos. p̃s. 89. Sic notum fac. p̃s. 97. notum fecit dominus salutare suum. p̃s. 104. Annunciate inter gẽtes opera eius. idest nota facite inter gentes opera eius. Ezech. 16. notas facie ruſalem abominationes suas. Et quando est verbum quarte coniugationis scribitur cum he & tau in principio. vt Geñ. 45. Et nullus interesset alienus agnitioni mutue. idest quando agnitus siue notus factus est a fratribus. Nu. 12. In visione apparebo ei. pro quo hebrei legunt. In visione notus factus ero ei. Significat etiam supradicta dictio יָדַע Iadaa. cognoscere carnaliter. vt Geñ. 4. Adam vero cognouit vxorem suam. Et in eodem. Et cognouit cain vxorem suam. Et in eodem. 38. Attamen vltra non cognouit eam. Nu. 31. Et mulieres que nouerũt viros in coitu. Et in eodem. Et omnes feminas virgines reseruate. Pro quo hebrei legunt. Et omnes paruulas feminas que non nouerunt virum in coitu: reseruate. 3. Regum. 1. Et rex non cognouit eam. Ponitur etiam pro sentire. vt Geñ. 19. Et ille non sensit. & in eodem. & nec quidem tunc sensit. Prouer. 23. Traxerunt me & ego non sensi. ponitur etiam pro liberare. vt Exo. 2. Et respexit dominus filios israel & liberauit eos. potest etiam reduci ad primum significatum. Nam scire dei est misereri vel liberare. Ponitur etiam pro conterere vel comminuere. vt Iudi. 8. Et contriuit cum eis atq; comminuit viros sochoth. Et secundum hanc significationem exponunt aliqui hebrei illud quod habetur. Prouerb. 10. Qui autem deprauat vias suas manifestus erit. Pro quo ipsi legunt. Qui autem deprauat vias suas conteretur vel comminuetur. Et in eodẽ. 14. Et indoctos quoq; erudiet. pro quo ipsi legunt. Et inter stultos siue indoctos conteretur. Potest etiam legi sic. Et inter indoctos notus siue manifestus erit. Et tunc erit idem sensus cum littera nostra. Ezech. 19. Didicit viduas facere. Pro quo ipsi legunt. Et confregit vel contriuit vi

Mosse.
Mãifestaf
Inotescere.
Agnoscef.
נוֹדַע
Esse notũ.
cognosci.
Notũ facere.
יָדַע
cognoscef carnaliter
Sentire.
Liberare.
Conterere Cõminuef

© Biblioteca Nacional de España

duas eius. potest etiam legi sicut est in littera nostra. Inde

דַּעָה Deaa. idest scientia vel cognitio. Et est communis generis. vt Ps. 72. Et si est scientia in excelso. Esaie. 11. Quia repleta est terra scientia domini. Hiere. 3. Et pascent vos scientia & doctrina. Et aliqñ scribitur sine he. vt Iob. 36. Repetam scientiam meam a principio. & communiter scribitur cū tau in fine & dr דַּעַת Daath. vt Genē. 2. Lignūq; scientie boni & mali. Exo. 31. Et impleui eū spiritu dei: sapientia & intelligentia & scientia. Iob. 33. Scientiam labia mea purā loquentur. & in eo. 38. Quis est iste inuoluēs sententias sermonibus imperitis. pro quo hebrei legūt Quis est iste qui obscurat. i. celat consilium sermōibus absq; scientia. & in eo. 42. Quis est iste qui celat consiliū absq; scientia. Ps. 18. Et nox nocti indicat scientiam. Ps. 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me. Prouer. 1. Adolescenti scientia & intellectus. Et in eo. 2. Et scientia anime tue placuerit. Et in eo. 8. Doctrinam magis q̄ aurum eligite. Vbi ponitur pro doctrina. Dañ. 12. Et multiplex erit scientia. & in plu. דְּעוֹת Deooth secundum terminationem femininorum siue דֵּעִים Deim scd̄m terminationem masculinorum. vt. 1. Reg. 2. Quia deus scientiarū dñs est. Iob. 36. Et p̄fecta scientia probabitur tibi. pro quo hebrei legunt. Et p̄fecte scientie tecū. s. sunt. Et in eo. Magnas & perfectas scientias. Inde מַדָּע Madaa. idest scientia vel disciplia. vt Dañ. 1. Et doctos disciplina. & in eo. pueris autem his dedit deus scientiam. Ponitur etiam pro cogitatione. vt Eccl's. 10. In cogitatione tua regi nō detrahas. & inde מַנְדְּעָא Mandea: q̄ in lingua chaldaica significat scientiam. Dañ. 2. Et scientiam intelligentibus disciplinam. & inde מוֹדַע Modaa idest notus siue cōsanguineus. propinquus. vt Ruth. 2. erat autem viro abimelech consanguineus. Et in eo. 3. Propinquus noster est. Ponitur etiam p̄ amico. vt p̄uer. 7. Et prudentiam voca amicam tuam. & inde מְיֻדָּע Meiudaa. idest notus. vt. 4. Reg. 10. Et notos & sacerdotes. Iob. 19. Et qui me nouerant obliti sunt mei. Ps. 54. Dux meus & notus meus. Et secundum aliquos inde deriuatur מַלָּע Madūaa. Que est dictio interrogatiua. idest. quare. cur. vt Num. 16. Cur eleuamini super populum domini. De quo vide infra in littera mem. Inde יִדְּעֹנִי Ideoni. i. diuinus siue hariol9. aut magus. vt Leuit. 19. Neq; ab hariolis aliquid scisciteminī. Deut. 18. Neq; phytones consulat neq; diuinos. Esa. 8. Queritea phytonibus & diuinis: qui stridunt incantationibus suis.

Scientia.

דַּעַת

Scientia.

Doctrina.

דֵּעוֹת

Scientie.

מַדָּע

Disciplina scientia.

Cogitatio.

מַנְדְּעָא

scientia.

מוֹדַע

Cōsanguineus. propinqu9. Amica.

מְיֻדָּע

Notus.

מַלָּע

Cur.

יִדְּעֹנִי

Hariolus. Diuinus.

יָהַב Iahab. dare. afferre. tradere. Esdre. 5. Tradidit eos i manus nabuchodonosor regis assyriorum. Dañ. 2. Dat sapientiam sapientibus. Et in eo. Imperium & gloriā dedit tibi. Et in eodem. Et munera multa & magna dedit ei. Et in predictis locis scribitur in lingua chaldaica cum iod in principio. In hebreo vero scribitur sine iod Genē. 30. Da mihi liberos. Ruth. 3. Expande inquit pallium tuum. pro quo hebrei legunt. Da siue affer pallium tuum. Ps. 28. Afferte domino filii dei: afferte domino filios arietum: afferte domino gloriam & honorem. Prouer. 30. Dicentes affer affer Osee. 4. Dilexerunt afferre ignominiam protectores ei9. & inde הַבָּה Haba. Quod est aduerbiū exhortandi vel inuitandi ad aliquid operandum. idest eia. age. agite. Beatus hieronymus transtulit. venite. Genē. 11. Venite faciamus lateres. Et in eo. Venite igitur descendamus & confundam9 ibi linguā eorū. Exo. 1. venite sapienter opprimamus eum Scribitur etiam singulariter. pro quo btūs hieronym9 trā stulit. Dimitte. vt Genē. 38. Ingredienscq; ad eā ait: dimitte me. Item יְהַב Iehab. i. cura. vt Ps. 54. Iacta super dominū curam tuam. Et aliqui hebrei legunt onus vel pondus tuum. Beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Profice super dominum charitatem tuā. Et secundum hanc significationem deriuatur a dictione אַהֲבָה Ahaba: que significat charitatem vel dilectionem.

Tradere. Dare.

Afferre

Venite.

Dimittere

Cura. Onus.

charitas.

יָהַךְ Iehach: in lingua chaldaica significat referre. siue ire. aut ambulare. Esd. 5. vt res ad dariū referatur. & in eo. 6. Et referantur in templū in hierusalē. & in eo. 7. Cuicunq; placuerit in regno meo de populo israel & de sacerdotibus eius & leuitis ire in ierusalem tecum: vadat.

Referre.

Ire.

יָהֲלֹם Iahalom. hyaspis lapis preciosus. vt Exo. 28. In secundo carbunculus saphyrus & hyaspis. hebrei tñ dicūt q̄ signat adamātē. De quo vide supra i dictiōe הַלֹּם halō

Hyaspis.

יָהִיר Iahir. Arrogans. temerarius. superbus. Prouer. 21. superbus & arrogans vocatur indoctus. Abach. 2. Sic erit vir superbus: & non decorabitur.

superbus.

יוֹם Iom. Dies. tempus. & accipitur aliquando pro die artificiali. i. pro tempore quo sol lucet super nostrū horizōtem. vt Genē. 1. & appellauit lucem diem: & tenebras noctē. & in eo. 8. & nox & dies non requiescent. i. non cessabunt. Et in eodem. 31. Die noctuq; estu vrgebar & gelu. Nu. 11. Surgens ergo populus tota die illa & nocte ac die altero cōgregauit coturnicū multitudinē. & similiter in pluribus aliis locis. Accipitur ēt aliquando pro die naturali viginti quattuor horarū. vt Genē. 1. & factum est vespere & mane dies vnus. & similiter in sequentibus in eo. capi. Exo. 2. Memento vt diem sabbati sanctifices. Leuit. 23. Dies primus celeberrimus. 4. Reg. 7. Hec enim dies boni nūcii est. Ps. 60 vt reddā vota mea de die in diem. & aliqñ duplicatur littera mem & dicitur יוֹמָם Iomam. vt Exo. 13. Per diem in colūna nubis: & per noctē in colūna ignis. Et in eo. Nunq̄ defuit colūna nubis per diē. Iob. 5. Per diem incurrunt tenebras. Ps. 1. & in lege eius meditabitur die ac nocte. Ps. 12. dolorem in corde meo per diē. Ps. 21. Clamabo per diē & nō exaudies. p̄s. 41. in die mandauit dominus mīam suam. & in plu. יָמִים Iamim siue יְמֵי Ieme. vt Genē. 29. Et videbantur illi pauci dies. & in eo. 41. post duos ānos vidit pharao somniū. pro quo he. le. post duos annos dierū. i. post duos annos cōpletos: sicut exponūt hebrei. & i eo. 47. quot sūt dies annorū vite tue. Et in eo. dies peregrinatiōis vite mee Leuit. 15. Et immūdus erit septē diebus. Et in eo. Mulier q̄ patitur multis diebus. Nu. 11. Sed vsq; ad mensem dierum. Deut. 6. Vt prolōgentur dies tui. Iob. 38. Nunquid post or tū tuū precepisti diluculo. pro quo heb. legunt. Nunquid a diebus tuis precepisti diluculo. idest a die qua ortus es. scribitur etiam in plurali יוֹמַיִם Iomaim. trisyllabum. & accipitur pro duobus diebus tantum siue pro biduo. vt Exo. 21. Si autem vno die vel duobus superuixerit. Num. 9. Si vero biduo aut vno mense. Et in eodem. 11. Non vno die vel duobus. Scribitur etiam יְמוֹת Iemoth. secundum terminationem pluralem femininorum. vt Deut. 32. Memento dierum antiquorum. Ps. 89. Pro diebus quibus nos humiliasti. Et aliquando scribitur cum nun in fine loco mēm. vt Dañ. 12. Et stabis in sorte tua in fine dierum. ponitur etiā. יָמִים Iamim pro anno: secundum hebreos. scilicet quando ponitur absolute sine determinatione numeri. Leuit. 25. Habebit licentiam redimendi donec vnus impleatur annus. Et subditur in hebreo. Diebus erit redemptio eius. i. deest vno anno erit redemptio eius. Genē. 24. Maneat puella saltem decem dies apud nos. pro quo hebrei legunt. Maneat puella apud nos dies aut decem. Et dicunt hebrei q̄ per dies intelligitur annus: & per decem intelliguntur decem menses. vt sit sensus. Maneat puella apud nos annum aut decem menses. Potest etiam intelligi sicut est in littera

Referre.

יְהַךְ

Ire.

יָהֲלֹם

Hyaspis.

יָהִיר

superbus.

יוֹם

Dies.

יוֹמָם

Dies.

יָמִים

Dies.

יוֹמַיִם

Dies duo biduus

יְמוֹת

Dies

יָמִים

Annus

© Biblioteca Nacional de España

nostra. & est magis congruum. Exo. 13. Custodies huiusce-modi cultū statuto tēpore a diebus in dies. i. ab anno in annum. Nu. 9. Aut vno mense vel longiori tempore. vbi pro longiori tempore ponitur יָמִים Iamim. & dicunt hebrei quod accipitur pro vno anno. 1. Reg. 1. Et ascēdebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus. pro quo in hebreo habetur. Et ascendebat vir ille de ciuitate sua a diebus in dies. Quā hebrei exponunt de anno in annū: et est idem sensus cum littera nostra. Et in eo. 27. Fuit aūt numerus dierū quibus habitauit dauid in regione philistinorū quattuor mensiū. Pro quo he. le. Fuit aūt numerus dierū quibus habitauit dauid in regione philistinorum dies & quattuor menses. & p dies intelligitur annus secundū hebreos. Potest etiam intelligi q habitauit ibi aliquot diebus vltra quattuor menses. Tamen infra: capitulo. 29. Dixit rex achis de dauid: & est apud me multis diebus vel annis. Et potest exponi sic. Quod in ipsis diebus quibus habitauit apud eū probauit eū esse fidelissimū ac si habitasset apud eū multis annis. ponitur etiam pro tempore: tam in singulari q̄ in plu. Geñ. 30. Egressus aūt ruben tempore messis triticee. Exo. 32. In die vltionis visitabo & hoc peccatū corū. i. tpe vltionis. Leuit. 15. Quasi sit in tpe menstruo. Nu. 3. Ex quo percussi primogenitos in terra egypti. Pro quo hebrei legunt. In die. i. in tempore quo percussi primogenitos in terra egypti. Deut. 31. Et irascetur furor meus cōtra eos in die illo. i. in tempore illo. 1. Paralip. 11. Et interfecit leonē in medio cisterna in tpe niuis. Scribitur ēt cū he vel caph in principio & dicitur הַיּוֹם Haiom siue כַּיּוֹם Chaiom. i. hodie siue tēpus presens. vt Geñ. 21. Et ego nō audiui p̄ter hodie. Et in eo. 22. Vnde vsq; hodie dicitur. Et in eo. 25. Vende mihi primogenita tua. Pro quo he. le. Vende mihi hodie primogenita tua. Et in eo. Iura ergo mihi. Pro quo hebrei legunt. Iura mihi hodie. Exo. 13. Hodie egredimini. 1. Reg. 9. Hodie enim venit in ciuitatē. p̄s. 2. Ego hodie genui te. Ps. 94. Hodie si vocem eius audieritis. Et aliqñ scribitur cū caph & he in principio. & dr̄ כְּהַיּוֹם Chehaiom. i. hodie siue quadam die. vt Geñ. 39. Accidit aūt quadā die vt ītraret ioseph domū. 1. Reg. 2. Incēdatur primū iuxta morem hodie adeps. Et in eo. 9. Hodie enim inuenietis eū. Et qñ predicta dictio duplicatur & dicitur יוֹם יוֹם Iom iom tunc signāt per singulos dies. siue de die in diē. aut quottidie. vt Geñ. 39. Huiusce modi verbis per singulos dies loquebatur. Esa. 58. Me etenim de die in diem querunt. Et in ligua chaldaica dr̄ יוֹמָא Ioma. i. diei. & i pl'. יוֹמַיָּא Iomaia siue יוֹמִין Iomin. i. dies uel tempora. Dañ. 2. que ventura sunt in nouissimis temporibus. Et in eodem. 4. igitur post finem dierum.

יָמִים longiori tempore ponitur. Annus. Tempus. Hodie. Quadam die. Hodie. יוֹם יוֹם p singulos dies. יוֹמָא יוֹמַיָּא יוֹמִין Tempora. Dies.

יוֹן Ion. colūba. Et declinatur in singulari cū he in fine sicut noīa femínina: & accipitur tam pro masculo q̄ pro femina. & in plu. יוֹנִים Ionim. secundū terminationē masculinorū. vt Geñ. 8. Emisit quoq; colūbam. 4. Reg. 6. Et quarta pars cabi stercoris columbarum. Ps. 67. Penne columbe deargentate. Canti. 1. Oculi tui colūbarum. Et in eodem. 2. Colūba mea in foraminibus petre. Et in eo. 5. Oculi ei⁹ sicut colūbe super riuulos aquarū. Et in eo. 6. Vna est colūba mea. Esa. 59. Quasi colūbe meditātes gememus. Et in eo. 60. Et quasi colūbe ad fenestras suas. Hiere. 25. A facie ire colūbe. Et in eo. 50. A facie gladii colūbe. Et in duobus locis predictis potest legi pro colūba deuastantis vel de populantis. De quo vide infra in dictione יָנָה Iana. Ezech. 7. Quasi columbe conuallīū. Item יָנָן Iauan. cenum siue limus. Ps. 40. Et de luto fecis. Pro quo btūs hieronymus ī psalterio iuxta he. ve. transtulit. & de luto cení. Ps. 68. Infixus sum in limo profundi. Item יָוָן Iauan. i. grecia. Esa. 66. In italiam & greciā ad insulas longe. Zach. 9. Et suscitabo filios tuos sion sup filios tuos Grecia. Et vt refert beatus hieronymus in hebraicis questionibus sup Genesim. Iauā Significat populos grecos qui ones appellantur: vnde & mare ionium dicitur. hec Hieronymus.

יָנָן Cenum. Limus. יָוָן Columba. Columbe. יָוָן Grecia.

יָזָם Iazam. cogitare. vt Geñ. 11. Nec desistent a cogitationibus suis. Pro quo hebrei legunt. Et nunc non vitabitur siue non prohibebitur ab eis omne quod cogitauerunt facere. Et de hoc vide supra in dictione זָמַם Zamam.

יָזָם Cogitare.

יָזַן Iazan. armare. & inde מְיַזְנִים Meiuzanim. idest armati secundum hebreos. Beatus Hieronymus transtulit Amatores. Hiere. 5. Equi amatores in feminas & emissarii facti sunt. & dicunt aliqui q̄ deriuatur a זוֹן Zon quod significat nutrire quasi diceret: equi saginati.

יָזַן מְיַזְנִים Amatores זוֹן

יָזַע Iazaa. Sudor. Ezech. 44. Et non accingetur in sudore. Scribitur etiam sine iod in principio & dicitur זִיעָה Ziaa cum he in fine. & quando post se regit genitiuum mutat he in tau & dicitur זֵעָת Zeaath. Geñ. 3. In sudore vultus tui vescēris pane tuo.

יָזַע Sudor. זִיעָה זֵעָת Sudor.

יָחַד Iachad. vnire. vnicum facere. vt Ps. 85. Letetur cor meum vt timeat nomen tuum. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Vnicum fac cor meum vt timeat nomen tuum. & aliquando scribitur sine iod. vt Geñ. 49. Et in cetu eorum non sit gloria mea. Pro quo hebrei legunt. Et in cetu eorum non vniatur. idest non conueniat gloria mea. Et de hoc vide supra in dictione חָבַר Chada. & inde יָחִיד Iachid. idest vnicus. vnigenitus. vt Geñ. 22. Tolle filium tuum vnigenitū. Ps. 24. Quia vnicus & pauper sum ego. Prouer. 4. Tenellus & vnigenitus coram matre mea. Hiere. 6. Luctum vnigeniti fac tibi. Et in genere femínino יְחִידָה Iechida. vt Iudi. 11. Occurrit ei vnigēita filia sua. Ps. 21. Et de manu canis vnicam meam. p̄s. 34. A leonibus vnicam meam. Et inde יָחַד Iachad. idest simul. in vnum. pariter. Iob. 19. Simul venerunt latrones eius. Et in eodem. 38. Cum me laudarent simul astra matutina. Ps. 2. Et principes conuenerunt in vnum. Ps. 48. Simul in vnum diues & pauper. Et aliquando scribitur cū vau in fine & dicitur יַחְדָּו Iachdau. vt Geñ. 13. Vt habitarent simul. Et in eodem. Et nequibant habitare communiter. idest pariter. Et in eodem. 22. Cumq; duo pergerent simul. Deut. 22. Non arabis in boue simul & asino. Et in eodem. 25. Quando habitauerint fratres simul. Ps. 47. Conuenerunt in vnum. Ps. 54. Qui simul mecū dulces capiebas cibos. Hiere. 31. Iuuenes & senes simul. & aliquando scribitur cum iod & vau in fine. vt Hiere. 46. Et ambo pariter conciderunt. Et in eodem. Versi sunt & fugerunt simul. Et in eodem. 49. Sacerdotes eius & principes eius simul.

יָחַד Vnicū facere. יְחִידָה Vnigenita Vnica. יָחַד Simul. In vnum. יַחְדָּו Simul. Pariter. In vnum.

יָחַל Iachal. Expectare. sperare. prestolari. Geñ. 8. Expectauit nihilominus septem diebus aliis. Iob. 14. Cunctis diebus quibus nunc milito: expecto. Et in eo. 29. Expectabant me sicut pluuiam. p̄s. 32. Quemadmodum speraui-mus in te. Ps. 118. In quo mihi spem dedisti. Pro quo btūs hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Quem me sperare fecisti. Ps. 130. Speret israel in domino. Ezech. 13. Et perseuerauerunt confirmare sermonē. Pro quo hebrei legunt. Et sperauerunt confirmare sermonem. & Michee. 5. Et non prestolabitur filios hominum. Et in voce passiua prime coniugationis scribitur cum nun & vau in principio loco iod. Ezech. 19. Que cum vidisset quoniam infirmata est & periit expectatio eius. Pro quo hebrei legunt. Et vidit quod cum expectaretur:

יָחַל Expectare. Sperare. prestolari.

© Biblioteca Nacional de España

periit expectatio eius. ideſt cum eſſet in expectatione: pe-
riit expectatio eius. Poteſt etiam deriuari a dictione ſupra
dicta חָלָה Chala. que ſignat infirmari: ſicut eſt in ſua nua. &
qñ eſt verbū tertie cōiugatiōis: tunc ſcribitur cū he & vau ī
principio loco iod. vt Iob. 32. Expectaui enim ſermōes ve
ſtros. Et in eo. Qm̄ igitur expectaui & non ſunt locuti. Ps.
129. Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit aīa mea ī
dño. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve.
trāſtulit. Suſtinuit anima mea & verbū eius expectaui. & in
prima perſona futuri temporis dicitur אֶחִילָה Ochila. pro
quo btūs hieronymus tranſtulit Aggrediar. vt. 2. Reg. 18.
Non ſicut tu vis: ſed aggrediar eū coram te. Hebrei tamen
legunt. Nō ſic expectabo corā te. i. nō expectabo vt tu per-
cutias eū. ſed ego ipſe aggrediar eū corā te. in alio vero lo
co beatus hieronymus tranſtulit Doleo. Hiere. 4. Vētrē
meū doleo. De quo vide ſupra in dictione חוּל Chul. Quia
poteſt etiam deriuari ab eadē dictione. & inde תּוֹחֶלֶת Tho-
cheleth. i. expectatio ſiue ſpes. vt Iob. 40. Ecce ſpes ei⁹ fru
ſtrabitur. Prouer. 13. Spes que differtur affligit animam.

אֶחִילָה aggrediar

תּוֹחֶלֶת Spes.

יָחַם Calefieri. Concipef.

יָחַם Iacham. calefacere. calefieri. cōcipere. vt Eccl's. 2. vnꝰ
quō calefiet. & ponitur tranſlatiue ꝓ concipere. Geñ.
30. Et in cōſpectu earū conciperent. Et in eo. Factumq; eſt
vt in ipſo calore coitus oues intuerentur virgas. Et in eodē
Igitur qñ primo tpe aſcendebant oues. i. concipiebant.
Et in eo. Vt in earū cōtemplatione cōciperēt. beatus hiero
nymus in hebraicis queſtionibus ſic ait. In eo aūt loco vbi
ſcriptū eſt: vt cōciperent in virgis: in hebreo habetur. Le
iahamena. vim verbi hebraici niſi circuitu exprimere non
poſſum. Leiachamena enim ꝓprie dicitur extremus in coi
tu calor quo corpus oē cōcutitur & patranti voluptati vici
nus eſt finis. Hec hieronymus. Ps. 50. Et in peccatis conce
pit me mater mea. Eſa. 57. Qui cōſolamini in diis. ꝓ quo
he. le. Qui calefacti eſtis in diis ſiue in idolis. Poteſt etiā le
gi ſicut eſt in littera noſtra. Nam poteſt deriuari a dictione
נָחַם Nacham. que ſignificat conſolari: ſicut infra dicetur. vi
de ēt de hoc ſupra in dictione חֲמַם Chamam. Inde חֲמָה che
ma. ſiue חֵמָת Chamath. i. ira. furor. indignatio. vt Deut. 29
Et eiecit eos de terra ſua in ira & in furore. Eſter. 7. Et re
gis ira quieuit. Iob. 6. Quarū indignatio ebibit ſpūm me
um. Et in eo. 21. Et de furore oīpotētis bibet. Ps. 6. Neq; in
ira tua corripias me. Ps. 36. Et derelinque furorem. pſ. 57.
furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis. pſ. 75. Quo
niam cogitatio hominis confitebitur tibi & reliquie cogi
tationis diem feſtum agent tibi. Pro quo beatus hierony
mus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Quia ira hominis
confitebitur tibi: reliquiis ire accingeris. pſ. 89. Et in furo
re tuo turbati ſunt. Prouer. 16. Indignatio regis nūcii mor
tis. Eſa. 27. Indignatio nō eſt mihi. Et in lingua chaldaica
ſcribitur cum aleph in fine loco he. Dañ. 3. tunc nabucho
donoſor ī furore & ira. Ponitur ēt חֵמָת Chamath pro felle
vel pro veneno. vt Deut. 32. Fel draconum vinum eorum.
Ps. 139. Venenum aſpidum ſub labiis eorū. Abach. 2. Mit
tens fel ſuū. De quo vide etiā ſupra in dictione חֵמָת Cha
math. Ponitur ēt חֲמָה Chema pro butyro vt Iob. 2. 9 quan
do lauabam pedes meos butyro. De quo vide ſupra in dic
tione חֶמְאָ Chema cum aleph in fine.

Calefacef

כָּחַם חֲמָה

Ira. indignato Furor.

Furor. חֵמָת

Fel. Venenum

חֲמָה Butyrum.

יַחְמוּר Bubalus.

יַחְמוּר Iachmur. bubalus. Deut. 14. Ceruum & capream &
bubalum. Hebrei tamen dicunt q̄ ſignificat quoddā
genus ceruorum.

יָחַס Cognatio.

יָחַס Iachas. Genealogia. proſapia. cognatio. aut dinume-
rare. vel deſcribere. ſ. per cognationes & genealogias
vt. 1. Paralipo. 4. Hec habitatio eorum & ſedium diſtri-
butio. Pro quo hebrei legunt. Hec eſt habitatio eorum &
cognationes vel genealogie eorum. Et in eo. 5. Et non eſt
ille reputatus in primogenitum. ideſt non eſt deſcriptus in
primogenitum ſecundum genealogiam ſuam. Et in eodē.
9. Vniuerſus ergo iſrael dinumeratus eſt. Et in eodem. Et
deſcripti in villis propriis. 2. Paralip. 12. Et diligenter ex-
poſita. ideſt deſcripta vel dinumerata. Eſdre. 2. Hi que-
ſierunt ſcripturam genealogie ſue. Et in eodem. 8. Hi ſunt
ergo principes familiarum & genealogia eorum. Nec. 7.
Vt recenſerem eos. ideſt deſcriberem ſecundum ſuas ge-
nealogias. Et in eodem. Et inueni librum cenſus eorum. i.
deſcriptionis genealogie eorum.

Deſcribef per genea-logias.

Dinume-rare. ſ. per cognatio-nes. Genealo-gia.

יָחַף Diſcalcia-tus.

יָחַף Iacheph. Diſcalciatus. vt Eſa. 20. Vadens nudus & diſ
calciatus. Et in eodem. Nudam & diſcalciatam. Hiere.
2. Prohibe pedem tuum a nuditate. ideſt ne ſit diſcal-
ciatus.

יָחַר Morari.

יָחַר Iachar. morari. moram facere. 2. Reg. 20. Et moratus
eſt extra placitum quod eiconſtituerat rex. De quo vi
de ſupra in dictione אָחַר Achar

יָטַב Bene eſſe. Bene vti. Bñ facere.

יָטַב Iatab. bonū eſſe. benefacere. placere. exhilarare. perſe
uerare. cōponere. ornare. & iungitur cū quacūq; actio
ne que bene vel perfecte ſit acta. Geñ. 12. Vt bene ſit mihi
pro te. Et in eodem. Abraam vero bene vſi ſunt propter il
lam. Exo. 1. Bene ergo fecit deus obſtetricibus. Leuit. 5. vt
vel male quid faceret vel bene. Deut. 5. Bene omnia ſunt
locuti. Et in eodem. 8. Et ad extremum miſertus eſt tui. i.
bene fecit tibi. Et in eodem. 12. Vt ſit bene tibi & filiis tuis
poſte. Iob. 24. Et vidue bene non fecit. Ps. 32. Beneplaci-
te ei in vociferatione. pſ. 35. Noluit intelligere vt bene age
ret. Ps. 48. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Ps. 124.
Bene fac domine bonis. Prouer. 30. Tria ſūt que bene gra
diuntur & quartum incedit feliciter. Pro quo hebrei legūt.
Et quattuor bene incedentes. Eſa. 1. Diſcite benefacere. &
in eodem. 23. Bene cane: frequenta canticum. Et in eodem
41. Bene quoq; an male ſi poteſtis facite. Hiere. 1. Bene vi-
diſti. Et in eodem. 2. Quid niteris bonam oſtendere viam
tuam. Et in eodem. 4. Bene autem facere neſcierunt. Et in
eodem. 7. Bonas facite vias veſtras. Et in eodē. Quoniā
ſi bene direxeritis vias veſtras. Et in eodem. vt bene ſit vo-
bis. Et in eodem. 10. Quia nec male poſſunt facere nec be
ne. Et in eodem. 13. Et vos poteſtis bene facere. Et in eodē.
32. Non deſinam eis bene facere. Ezech. 36. Boniſq; dona
bo maioribus quam habuiſtis ab initio. Mich. 2. Nonne
verba mea bona ſunt. Item ſignificat placere. vt Geñ. 34.
Placuit oblatio eorum. Et in eodem. 41. Placuit pharaoni
conſilium. Leuit. 10. Aut placere domino ī cerimoniis mē
te lugubri. Et in eodem. Quod cum audiſſet moyſes rece-
pit ſatiſfactionē. Pro quo hebrei legunt. Et audiuit moy
ſes & placuit in oculis eius. Ioſ. 22. Placuitq; ſermo cūctis
audientibus. 1. Reg. 29. Sed ſatrapis non places. 2. Reg. 3.
Et placuerunt eis cūcta que fecit rex. Nec. 2. Et ſi placet ſer
uus tuus ante faciem tuam. Eſter. 2. Placuit ſermo regi. Et
in eodem. Que placuit ei & inuenit gratiam in conſpectu
illius. Ps. 68. Et placebit domīo ſuper vitulum nouellum.
Item ſignificat exhilarare ſiue letari. vt Iudi. 19. Pariterq;
letemur. Et in eodem. Et ducletum diem. pro quo hebrei
legunt. Et exhilara cor tuum. Et in eodem. Illis epulanti-
bus & poſt laborem itineris reficientibus corpora. pro quo
hebrei legunt. Illis exhilarantibus corda ſua. 2. Regū. 13.
Cum temulentus fuerit amnon vino. Pro quo hebrei le-
gunt. Cum hilaris fuerit amnon vino. Eſter. 1. Itaq; die ſe-
ptimo cum rex eſſet hilarior: & poſt nimiam potationem
incaluiſſet mero. Item ponitur pro perſeuerare. 1. Reg. 20
Si autem perſeuerauerit patris mei malitia. Mich. 7.

Bene vtri gere.

Bonū eē.

Placere.

Letari. Exhilarar

© Biblioteca Nacional de España

Malum manuum suarum dicunt bonū. Pro quo he. le. Super malū manuū suarū ad perseuerandū. Potest etiam legi sicut est in littera nostra. Item ponitur pro componere vel ornare. vt Exo. 30. Quando componet lucernas incendet illud. 4. Reg. 9. Et ornauit caput suum. vide etiam supra in dictione טוֹב Tob. & inde הֵיטֵב Heteb. i. bene. perfecte: aut beneplacitum. omnino. valide. Deut. 9. omnino quoq; in pluuerem redigens. Et in eodem. 13. Quere solicite & diligenter. idest bene & perfecte. 4. Reg. 11. Et imagines contriuerunt valide. Ione. 4. Bene irascéris tu. Et in eo. Bene irascor ego vsq; ad mortem. idest omnino siue multū irascor vsq; ad mortem. Et inde מֵיטַב Metab. i. optimū. Exo. 22. Quidquid optimū habuerit in agro suo vel in vinea.

Cōponere. Ornare. הֵיטֵב Omnino. Valide. Bene. מֵיטַב Optimum

יַיִן Iain: siue יֵין Ien. vinum. vt Gen. 9. Bibensq; vinum inebriatus est. Et in eodem. 59. Lauabit in vino stolā suā. Leuit. 10. Vinum & omne quod inebriare potest non bibetis. Nu. 15. Et vinum ad libamentum. Et in eodem. Et vinū ad liba fundenda. Deut. 32. Fel draconum vinū eorum. Et in eo. Et bibebāt vinū libaminū. Ps. 59. Potasti nos vino cōpunctionis. Ps. 74. Et vini meri plenus mixto. Canti. 1. Quia meliora sunt vbera tua vino. Et ī eo. 8. Dabo tibi poculū ex vino cōdito. Hiere. 13. Omnis laguncula implebitur vino. Et in eodem. 25. Sume calicē vini furoris. Threñ. 2. Vbi est triticum & vinum. Osee. 14. Memoriale eius sicut vinum libani.

יין Vinum

יָכַח Iachach. Increpare. arguere. corripere. reprehendere. preparare. Gen. 21. Et increpauit abimelech ꝓpter puteum aque. Et in eodem. 31. Respexit dominus & arguit te heri. Leuit. 19. Sed publice argue eum. 1. Paralip. 16. Et increpauit pro eis reges. Iob. 5. Beatus homo qui corripitur a deo. Et in eo. 6. Cum e vobis nullus sit qui possit arguere Et in eodem. Ad increpandum tantum eloquia concinnatis. Et in eodem. 9. Non est qui vtrunq; valeat arguere. & in eo. 13. Verūtamen vias meas in conspectu eius arguam. Et in eodem. 15. Arguis verbis eum qui non est equalis tibi. Et in eo. 22. Nunquid timēs arguet te. & in eo. 33. Increpat quoq; per dolorem in lectulo. Ps. 6. Domine ne in furore tuo arguas me. Ps. 49. Non in sacrificiis tuis arguam te. ps. 140. Et increpabit me. Prouer. 3. Quē diligit dñs corripit. Et in eo. 9. Noli arguere derisorem ne oderit te: argue sapientem & diliget te. Et in eo. 15. Non amat pestilens eū qui se corripit. Et in eo. 19. Si aūt corripueris sapientē intelliget sapientiam. Et in eo. 28. Qui corripit hominē gratiam postea inueniet. Hiere. 2. Et auersio tua increpabit te Mich. 6. Et cum israel diiudicabitur. i. arguet eū. Signāt ēt preparare. vt Gen. 24. Ipsa est quam preparasti seruo tuo isaac. & in eo. Ipsa est mulier quam preparauit dñs filio dñi mei. Scribitur etiam cum nun in principio. s. qñ est verbū passiuū prime coniugationis. vt Gen. 20. Memento te deprehensā. Pro quo he. le. Et corripiaris siue esto increpata vel reprehensa. vnde ī littera nostra fortasse debet legi. memento te esse reprehensam. Esa. 1. venite & arguite me dicit dñs. Pro quo hebrei legunt. Venite & arguamur dicit dñs. i. ad inuicem arguamus vel disputemus. & secundū hebreos inde deriuatur נֹכַח Nochach. idest contra. e regione Iob. 23. Proponat equitatem contra me. & inde תּוֹכֵחָה Tochecha siue תּוֹכָחַת Tochachath. i. Increpatio. correptio. aut correctio. vt Ps. 38. In increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem. ps. 149. Increpationes in populis. Prouer. 1. Et increpationes meas neglexistis. Et in eodem. & via vite increpatio disciplineTet in eodem. 10. Qui autem increpationes relinquit: errat. & in eodem. 27. Melior est manifesta correptio: q̄ amor absconditus. Osee. 5.

יָכַח Increpare Arguere. corripere. Diiudicar preparare. Arguere. נֹכַח contra. תּוֹכֵחָה increpatio correptio.

In die correptionis in tribubus israel.

יָכֹל Iachol. posse. valere. ꝑualere. Gen. 19. Nec possum in monte saluari. & in eo. Quia non potero facere quicq̄. & in eodem. 32. Qui cum videret ꝙ eum superare non posset. & in eodem. Quantomagis contra homines preualebis. & in eodem. 44. Imple saccos eorum frumento quātum possunt capere. & in eodem. 45. Non se poterat vltra cohibere ioseph. Exo. 2. Cumq; iam celare nō posset. Et in eodem. 8. vt educerent cyniphes & non potuerunt. Et in eodem. 18. Et precepta eius poteris sustentare. Et in eodem. 40. Nec poterat moyses ingredi tectum federis. Nu. 9. qui non poterant facere phase. Iob. 4. Sed conceptum sermonem tenere quis poterit. Et in eodem. 42. Scio quia omnia potes. ps. 12. ne quando dicat inimicus meus preualui aduersus eum. Ps. 39. Et non potui vt viderem. Ps. 128. Et enim non potuerunt mihi. Esa. 47. Quam non poteris expiare. Hiere. 3. Et fecisti mala & potuisti. Ezech. 7. Argentum eorum & aurum eorum non valebit liberare eos. Inde מִיכַל Michal. pro quo beatus hieronymus transtulit, Gustatum. 2. Reg. 17. Transierunt festinanter gustata paululum aqua. ac si diceret מַאֲכָל Maachal. cum aleph loco iod quod significat cibum vel degustationem. vt supra dictū est in dictione. אָכַל Achal. Hebrei tamen dicunt ꝙ significat riuum siue vadū aque. vnde in predicto loco ipsi legūt. Transierunt riuū siue vadum aque. In translatione chaldaica habetur. Transierunt iordanem.

יָכֹל Posse. Preualer. מִיכַל Gustatum. Valere. Riu⁹ vadū

יָכַת Iacath. concidere. comminuere. Nu. 14. percutiens eos atq; concidens. Deut. 9. Et in frustra comminuēs. & de hoc vide infra in dictione כָּתַת Chathath.

יָכַת concidere. cōminuere

יָלַל Ialal. vlulare. exclamare. s. pre dolore vel angustia. Esa. 13. Vlulate quia prope est dies domini. Et in eodem 14. Vlula porta: clama ciuitas. & in eodem. 15. Moab vlulabit. Et in eodem. Et in plateis eius omnis vlulatus descendet in fletum. & in eodem. 52. Dominatores eius iniq; agunt. Pro quo hebrei legunt. Dominatores eius vlulare faciunt. scilicet illos quos iniq; opprimunt. Et in eodē. 65. & pre contritione spiritus vlulabitis. Hiere. 47. & vlulabūt omnes habitatores terre. Osee. 7. Sed vlulabant in cubilibus suis. Soph. 1. Vlulate habitatores pile. Zach. 11. Vlula abies. & in eodem. Vlulate quercus basan. Reperitur etiam quandoq; sine iod & per defectum vnius lamed. vt. 1. Reg. 4. Pregnans erat vicinaq; partui. Pro quo aliqui hebrei legunt. Pregnans erat ad eiulādum. idest imminentibus doloribus partus. vbi ponitur לָלַת Lalath pro לְיָלַת Leielalath. Alii vero dicunt ꝙ deriuatur a dictione sequēti que significat parere. & ꝙ ibi deficit littera daleth: ac si diceret לָלַדְתּ Laledeth. i. vicina partui. Sicut est in littera nīa. In de יְלָלָה Ielala. idest vlulatus siue clamor. vt. Esa. 15. Vsq; ad gallim vlulatus eius. Et in eodem. Et vsq; ad puteum helim vlulatus eius. Hiere. 25. Et vlulatus optimatum gregis. Soph. 1. Vox clamoris a porta piscium: & vlulatus a secunda. Zach. 11. Vox vlulatus pastorum. Scribitur etiam sine he & dicitur יְלֵל Ielel. & ponitur pro vastitate solitudinis. vbi auditur ventus quasi vlulatus & clamor. Deut. 32. In loco horroris & vaste solitudinis.

יְלָלָה Vlulatus. יְלֵל Vastā solitudo.

יָלַד Ialad. parere. pturire. nasci. gignere. generare. vt Gen. 3. In dolore paries filios. Et in eo. 4. Que concepit & peperit cain. Et in eodem. 16. Ecce concepisti & paries filium. & in eodem. 26. Iamq; tempus pariendi aduenerat. Et in eodem. 30. Post quem peperit filiam. Et in eodem. 35. Cum parturiret Rachel. Exo. primo. Quando obstetricabitis hebreas. idest quando feceritis parere hebreas. Et in eodem. 21. Et peperit filios & filias. Leuit.

יָלַד Parere. Parturire

© Biblioteca Nacional de España

Leuit.12. Mulier si suscepto semĩe peperit masculum. & in eodem. Si feminã peperit. 1. Reg. 2. Donec sterilis peperit septẽ. Iob. 15. Et cõcepit dolorem & peperit iniquitatem. Esa. 23. Non parturiui & non peperi. & in eodem. 26. Et peperimus spiritũ salutis. & in eo. 54. Lauda sterilis que non paris. & in eodem. 59. Conceperunt laborem & peperunt iniquitatem. & in eo. 66. Anteq̃ parturiret peperit. & in eodem. Aut parietur gens simul. & in eodem. Quia parturiuit & peperit sion filios suos. Hiere. 15. Infirmata est que peperit septẽ. Soph. 2. Priusq̃ pariat visio. Item significat nasci. s. quando est verbum passiuum. Geñ. 40. Dies tertius natalicius pharaonis erat. i. dies in quo natus est. & in eo. 46. Filii aũt ioseph qui nati sũt in terra egypti. & in eo. 48. Duo ergo filii tui qui nati sunt tibi. & in eodem. 50 Filii manasse nati sunt in genibus ioseph. Exo. 1. Quidqd masculini sexus natum fuerit. Ios. 5. Populus aũt qui natus est in deserto. Iudi. 13. Quid debemus facere de puero qui nasciturus est. 2. Reg. 5. Natiq̃ sunt dauid & alii filii & filie & in eodẽ. Et hec nomina eorum qui nati sunt in ierusalem & in eodẽ. 21. Et erat de origĩe harapha. Pro quo he. le. qui natus erat de harapha. & in eodẽ. Hi quatuor nati sunt de harapha. 1. Paralip. 3. Porro in ierusalem nati sunt ei filii. Iob. 3. Pereat dies in qua natus sum. & in eo. 5. Homo nascitur ad laborem. & in eo. 11. Se liberum natum putat. & in eodem. 15. Nunquid primus homo tu natus es. Ps. 21. Populo qui nascetur. Ps. 89. Priusq̃ montes fierent. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatẽ transtulit. Anteq̃ mõtes nascerẽtur. Eccl's. 3. Tempus nascẽ di & tẽpus moriẽdi. Esa. 9. Paruulus nat⁹ est nobis. Ezech. 16. Et quãdo nata es in die ortus tui. Item significat gignere siue generare. s. quando est verbum tertie coniugatiõis. Signere. vt Geñ. 5. Et genuit filiũ ad imaginẽ & similitudinẽ suã. & in eodẽ. Postq̃ genuit seth. & in eo. Et genuit enos. & in eodem. Genuitq̃ filios & filias. & in eo. 10. Porro chus genuit nẽbrod. & in eodem. 48. Reliquos autem quos genueris post eos tui erunt. Leuit. 18. Que domi vel foris genita est. & Deut. 32. Deum qui te genuit dereliquisti. Iob. 28. Quis genuit stillas roris. & in eo. Et gelu de celo quis genuit. Ps. 2. Ego hodie genui te. Prouer. 23. Audi patrem tuum qui gemunt te. & in eodem. Qui sapiẽtem genuit. Esa. 45. Ve Generare. qui dicit patri quid generas. & in eo. 66. Nunquid ego qui alios parere facio ipse non pariã. i. nõ generabo. & in eo. Si ego qui generationem ceteris tribuo. i. qui alios generare facio. Hiere. 16. Sup filios & filias q generantur in loco isto. Ezech. 18. Quod si genuerit filium. Osee. 5. Filios alienos genuerunt. & in eo. 9. Quod si genuerint: interficiam amãtissima vteri eorum. Ponitur etiã pro numerare uel recensere per generationes vel cognationes. Nu. 1. Recensentes eos per cognationes & domos & familias. Inde יוֹלֶדֶת Io- Recensere g̃nationes יוֹלֵדָה leda siue יוֹלֶדֶת Iole'deth. i. pariens siue parturiens. vt Leuit. 12. Hec est lex parturientis. Ps. 47. Ibi dolores vt partu Parturiẽs rientis. Hiere. 31. Pregnans & pariens simul. Osee. 13. Do- Pariens. lores parturientis venient ei. & inde יָלוֹד Ielud. i. natus vl יָלוּד genitus. vt Iob. 14. Homo natus de muliere. & in eodẽ. 25. Natus. Aut apparere mundus natus de muliere. Ponitur etiam p Infans לֶדֶה paruulo vel infante. vt. 3. Reg. 3. Date illi infantem viuum. & inde לֵדָה Leda. i. partus. vt. 4. Reg. 19. Et vires non ha- Partus. bet parturiens. pro quo hebrei legunt. Et vis siue virtus nõ est ad partum. Et est idem sensus cum littera nostra. Osee. 9. A partu & ab vtero & a conceptu. & inde מְיַלֶּדֶת Meiale' מְיַלֶּדֶת deth. i. obstetrix. vt Geñ. 38. In qua obstetrix ligauit cocci Obstetrix. num. Exo. 1. Dixit aũt rex egyptiobstetricibus hebreorum. תּוֹלָדָה & inde תּוֹלָדָה Tholada. i. generatio. & solum reperitur in Generatio numero plurali. s. תּוֹלְדוֹת Thol'doth. i. generatiões. vt Geñ. 2. Iste sunt generationes celi & terre. & in eodem. Hic est li- תּוֹלְדוֹת ber generationis Adã. & in eodẽ. 6. He sunt generationes Noe. & in eo. 25. He sunt generationes Ismael. & in eo. 36. Et he sunt generationes eius. Et quia in predicto loco non numerantur generationes ipsius Iacob: sed ea que ei acciderunt: ideo dicunt hebrei q aliquando ponitur predicta dictio pro rebus que accidunt. Quasi ea tẽpus pariat iuxta illud Prouer. 27. Ne glorieris in crastinum ignorans quid superuentura pariet dies. Scribitur etiã cum mem in principio loco tau. & dicitur מוֹלְדוֹת Moldoth. vt Ezech. 16. Ra- מוֹלְדוֹת dix tua & generatio tua de terra chanaã. & inde מוֹלֵדָה Mo- Gñationes lada siue מוֹלַדַת Moladath. i. natiuitas. vt Geñ. 24. Et de מוֹלֵדָה terra natiuitatis mee. & in eodẽ. 32. Reuertere in terrã nati- Natiuitas uitatis tue. Ponitur etiã pro cognatione. vt in eo. 12. Egredere de terra tua & de cognatione tua. & inde וָלָד Valad. i. Cognatio. וָלָד generatio. ut Geñ. 11. Erat aũt sarai sterilis nec habebat fi- Filius. lios. Pro quo hebrei legunt. Non erat ei generatio. & inde Generatio יֶלֶד Ielid. i. natus vel genitus. & iungitur cum dictiõe בַּיִת Baith: que significat domũ. i. natus vel genitus domi. Pro quo beatus Hieronymus transtulit vernaculũ. vt Geñ. 14. Numerauit expeditos vernaculos suos. & in eodẽ. 17. Tam Vernacul⁹ vernaculus q̃ emptitius circuncidetur. & in eodẽ. Tulitq̃ Abraam israel filium suum & vernaculos domus sue. & in eodẽ. Tam vernaculi q̃ emptitii & alienigene. & inde יֶלֶד יָלֶד Ieled. i. puer. infans. paruus. Geñ. 21. Abiecit puerũ subter Puer vnã arborẽ. & in eo. Non videbo moriẽtẽ puerum. & in eo. 37. Puer non cõparet. Exo. 2. Cernẽsq̃ in ea paruulũ. & in Paruulus eo. Que nutrire possit infantulũ. & in eodẽ. Et nutriuit pue- Infantul⁹ rum. 2. Reg. 6. Igitur Michol filie saul non est natus filius. Filius. 3. Reg. 3. Diuidite infantem viuum. Esa. 9. Paruulus natus Infans est nobis. & in plurali יְלָדִים Ieladim siue יְלָדִי Ialde. Geñ. יְלָדִים 33. Diuisitq̃ filios Lie & rachel. & in eodẽ. Et posuit vtrãq̃ Filij ancillã & liberos earum in principio: Lia vero & filios eius Liberi in secũdo loco. & in eodẽ. Paruuli sunt quos donauit mihi Paruuli deus. Exo. 21. Et abortiuum quidẽ fecerit. Pro quo hebrei legunt. Et egressi fuerint paruuli eius. i. fetus eius. & est sensus sicut in littera nostra. Esa. 2. Et pueris alienis adhesẽrũt Pueri. & in eodẽ. 8. Ego & pueri mei quos dedit mihi deus. Ponitur etiam pro fetibus. vt Iob. 39. Incuruantur ad fetum. Itẽ Fetus. ponitur pro pullis. vt in eo. 38. Quando pulli eius clamant Pulli. ad deũ. & in genere femínino יַלְדָּה Ialda. vt Geñ. 34. Ac- יַלְדָּה cipe inquit mihi puellã hanc. & inde יַלְדוּת Ialduth. i. ado- Puella יַלְדוּת lescentia siue pueritia. vt Eccl's. 11. Letare iuuenis in adole- Adolescen scentia tua. & in eodẽ. 12. Adolescentia enim & voluptas va- tia. na sunt.

לָךְ Ialach. ire. abire. vadere. ambulare. recedere. pergere. לָךְ —gradi. egredi. venire. deducere. decurrere. vt Geñ. 12. Egressꝰ est itaq̃ abraam sicut preceperat ei domin⁹. i. abiit Abire & in eodẽ. Et iuit cũ eo loth. & in eo. 30. Egressus autem ru- Ire. bẽ tpe messis tritice. & in eo. 36. Et abiit in alteram regio- Egredi. nem. Exo. 2. Egressꝰ est post hec vir de domo leui. & in eodem. 4. Abiit moyses & reuersus est ad iethro socerũ suũ. & in eodem. Vadam & reuertar ad fratres meos. & in eodẽ. Vadere Qui perrexit obuiam ei. & in eodem. 15. Ambulauerũtq̃ Pergere. tribus diebus per solitudinẽ. & in eo. 34. Obsecro vt gra- Ambulare diaris nobiscum. Nu. 10. Veni nobiscum vt benefaciamus Gradi. tibi. & in eodem. Non vadam tecum. & in eodẽ. 16. Pergẽs Venire. cito ad populum. Deut. 31. Abiit itaq̃ moyses. 1. Reg. 2. Et abiit Elcana in ramatha. Esa. 57. Et abiit vagus in via cordis sui. Hiere. 7. Et abierunt in voluptatibus. Threñ. 1. Et abierunt absq̃ fortitudine. Osee. 11. Post dominum ambulabunt. Mich. 1. Vadam spoliatus & nudus. & aliquãdo scri

© Biblioteca Nacional de España

Egredi. Uadere bitur sine Iod. vt Gen̄. 12. Egredere de terra tua. Exo. 4 Vade in pace. & in eodem. Vade & reuertere in egyptum.

Uenire. & in eodem. Vade in occursum moysi. Nu. 23. Veni mecū in alterum locum. Iudi. 19. Veni obsecro & declinemus ad

Peruenir vrbem iebuseorum. & in eodē. Et cum illuc peruenero ma-
nebimus in ea. 2. Paralip. 25. Veni videamus nos mutuo.

Ambulare Eccl's. 2. Vadam & affluā deliciis. Esa. 2. Et ambulabim⁹ in
semitis eius. Est etiā verbū exhortandi. vt Gen̄. 37. Melius

Uenite. est vt venundetur ismaelitis. pro quo hebrei legunt. Veni-
te & venūdemus eū ismaelitis. Esa. 1. Venite & arguite me
dicit dn̄s. & in eodem. 2. Venite & ambulem⁹ in lumine dei
nostri. Hiere. 18. Venite & cogitemus cōtra hieremiā. & in
eodem. Venite & percutiamus eū in lingua. & qn̄ est verbū
tertie coniugationis: tūc ponitur pro adducere vel deduce

Ducere re aut portare. Exo. 1. Accipe puerum istū. i. porta vel duc
puerum istum. & in eodem. 14. Et abstulit illud dominus
flante vento vehementi. pro quo hebrei. le. Et duxit domi-

Deducere. nus mare. Esa. 42. Et deducā cecos in viam. Thren̄. 3. Me
Adducere minauit & adduxit. Ponitur etiā pro decurrere vel fluere.
Fluere. vt Ezech. 21. Et per cuncta genua fluent aque. Ioel. 3. Et col
les fluent lacte: & per oēs riuos iuda ibunt aque. i. fluent.

יַלֶּפֶת Ialaph. scabies siue impetigo. & additur tau in fine. &
dicitur יַלֶּפֶת Ialepeth. vt Leuit. 21. Si iugē scabiē si im-

Scabies petiginem in corpore.

יֶלֶק Ielec. bruchus. gen⁹ locuste. vt Hiere. 51. Qm̄ replebo
te hominibus q̄si brucho. & in eodem. Adducite equū

Bruchus. quasi bruchū aculeatum. Naum. 3. Bruchus expansus est &
aduolauit.

יָם Iam. mare. vt Gen̄. 1. Et dominamini piscibus maris. &

Mare in eodem. 14. Que nūc est mare salis. Exo. 14. Ingres-
si sunt filii israel per mediū maris. Deut. 11. Vsq; ad mare oc
cidentale. Iob. 7. Nunquid mare sum ego. & in eodem. 28
Et mare loquitur non est mecum. Ps. 113. Mare vidit & fu-
git. Esa. 11. Sicut aque maris operientes. Hiere. 5. Qui po-
sui arenam terminū mari. & in eo. 51. Et desertum faciā ma
re eius. Accipitur etiā pro quacunq; cōgregatione aqua-
rum: & etiam pro vase grandi in quo aque congregaban-
tur. vt. 3. Reg. 7. Fecit quoq; mare fusile. & in eo. Mare autē
posuit ad dexterā partem templi. 4. Reg. 16. Et mare depo
suit de bobus ereis. & in eo. 25. Et mare eneū. & in plurali

יַמִּים Maria. יַמִּים Iamim. i. maria. vt Gen̄. 1. Congregationesq; aquarū
vocauit maria. Ps. 23. Quia ipe super maria fundauit eum.
Et quia mare nostrum mediterraneum est in parte occidē-
tali respectu terre promissionis vl' respectu ierusalem: ideo

יָם Occidens ponitur יָם Iam pro occidente vel parte occidētali. vt Gen̄.
13. Ad aquilonem & meridiem ad orientē & occidentem.
& in eo. 28. Et dilataberis ad orientem & occidētem. Exo.
26. Ad occidentalē vero plagam tabernaculi facies sex ta-
bulas. Nu. 3. Hi post tabernaculum metabuntur ad occidē
tem. Deut. 33. Mare & meridiem possidebit. i. occidentē &
meridiem. Ps. 106. A solis ortu & occasu ab aquilone & ma
ri. Beatus hieronymus super predicto psalmo sic ait. Vide-
tur quidem quattuor dixisse climata: orientem & occidentē
meridiē & boreā. hoc est quattuor climata mundi. Sed non
ita psalm⁹ cōtinet. Hic em̄ habet A solis ortu & occasu: ecce
duo climata: ab aquilone: hoc est a septētrione: ecce tria cli
mata: & mari: mare vtiq; in occidente est. Ergo videte qm̄
occidētem bis nominauit: & meridiem nec semel. Et infra
vbicunq; mare auditis secundū climata semp intelligitur
occidens. a situ em̄ ierusalem mare hoc magnū quod dici-
tur in occidente est. hec Hieronymus. Inde יְמִים Iemim.

יְמִים Aque ca-lide. pro quo beatus Hieronymus transtulit aquas calidas. Gen̄.
36. Iste est ana qui inuenit aquas calidas in solitudine. He-

breí tamen dicunt q̄ in predicto loco ponitur pro mulis Muli.
ex equa & asino generatis. Vnde beat⁹ Hieronymus in he
braicis questionibus super predicto loco sic ait. Multa & va
ria apud hebreos de hoc capitulo disputātur: apud grecos
quippe & nostros super hoc silentiū est. Alii putant iamim
maria appellata. Iisdem em̄ litteris scribitur maria quibus
& nunc hic sermo descriptus est. Et volunt illum dum pa-
scit asinos patris sui in deserto aquarum congregationes re
periss̄e. Que iuxta idioma lingue hebraice maria nuncu-
pentur. quod. s. stagnum repererit: cuius rei inuētio in ere
mo difficilis est. Nōnulli putant aquas calidas iuxta punice
lingue viciniam que hebree cōterminis est hoc vocabulo si
gnari. Sunt qui arbitrentur onagros ad hoc admissos esse
ad asinas: & ipsum per istiusmodi reperisse concubitum vt
velocissimi ex his asini nascerentur qui vocantur iemim.
Plerique putant q̄ equarum greges ab asinis in deserto ipse
fecerit primus ascendi: vt mulorum inde noua contra natu
ram animalia nascerentur. hec Hieronymus.

יָמִין Iamin. dextera. aut dexter. Auster siue austral': aut meri- יָמִין
dies. & scribitur cum iod in secunda syllaba. Gen̄. 13. Si Dextera.
tu dexteram elegeris. & in eodem. 24. Vt vadam ad dexte-
ram siue ad sinistram. & in eodē. 48. Et posuit ephraim ad
dexteram suam. & in eo. Qui extendēs manū dexteram po
suit super caput ephraim. & in eodem. Videś aūt ioseph q̄
posuisset dexteram manū super caput ephraim. Exo. 15.
Dextera tua dn̄e magnificata est. & in eo. 29. Armūq; dex- Dexter.
tram. Nu. 20. Neq; ad dexterā neq; ad sinistram declinabi-
mus. Iudi. 13. In dextro femore. 1. Reg. 11. Vt eruam omniū
vestrū oculos dextros. Iob. 40. Qd̄ saluare te possit dexte
ra tua. Ps. 15. Qm̄ a dextris est mihi. Pro q̄ hebrei. le. Qm̄
in dextera mea est. & in eo. Delectatiōes in dextera tua. Ps.
25. Et dextera eorū repleta est muneribus. Ps. 44. Astitit
regina a dextris tuis. Pro quo he. le. Astitit regina ad dexte
ram tuam. Ps. 143. Et dextera eorum dextera iniquitatis.
Prouer. 27. Et oleū dextere sue euacuat. Esa. 41. Suscepi te
dextera iusti mei. Hiere. 22. Si fuerit iechonias filius Ioachin
regis iuda anulus in manu dextera mea. Ezech. 1. Et facies
leonis a dextris ipsorum quattuor. Abach. 2. Circundabit te
calix dextere dn̄i. Zach. 2. Oculus eius dexter tenebrescēs
obscurabitur. & est in hebreo cōmunis generis. Scribitur ēt
יְמָנִי Iemani cum iod in fine. i. dexter in genere masculio. יְמָנִי
vt. 3. Reg. 7. Cūq; statueret colūnā dexteram. Et in hebreo Dexter.
scribitur ibi in genere masculino: quia colūna in hebreo est
generis masculini. & in genere femininо dicitur יְמָנִית Ie- יְמָנִית
manith cum tau in fine. vt Exo. 29. Sup extremū dextere Dextera.
auricule Aaron. Leuit. 14. Super extremū dextere auricu-
le qui mundādus est. Et inde verbū dexterare. si latine pos-
set dici. i. declinare ad dexterā siue tenere dexteram aut vti Ad dexte-
dextera. Gen̄. 13. Si ad sinistrā ieris ego dexteram tenebo. rā declīare
1. Paralip. 12. Et vtraq; manu fundis saxa iaciētes. Pro quo Dexteram
hebrei legūt. Vtentes dextera & sinistra in lapidibus. & est tenere
sensus sicut in littera nostra. Ezech. 21. Exacuere valde ad Dextera
dexteram siue ad sinistram. Scribitur etiam cum aleph lo- vti.
co iod. vt Esa. 30. Et nō declietis neq; ad dexteram neq; ad Ad dexte-
ad sinistrā. Et inde beniamin interpretatur filius dextere. rā declīare
Gen̄. 35. Pater uero appellauit eū beniamin. i. filius dexte-
re. & inde יְמִינִי Iemini. i. vir de tribu beniamin. Ester. 2. De Beniamin
stirpe iemini. & debet scribi cum littera. i. & non cum lra. g. filius dex-
sicut cōmuniter scribitur in nostris codicibus. Ponitur etiā tere.
יְמִין Iamin. pro austro: eo quod quando homo respicit ad יְמִינִי
orientem habet ad dexterā austrum siue meridiem. vt. Ps. Uir de stir
88. Aquilonem & mare tu creasti. pro quo he. le. Aquilonē pe beniami.
& meridiē siue austrum tu creasti. Et beatus Hieronymus יְמִין
Mare. Meridies

© Biblioteca Nacional de España

Dextrū. i. auster.

in psalterio iuxta hebraicā veritatē transtulit. Aquilonē & dextrum tu creasti. Scribitur etiam cum tau in principio & dicitur תֵּימָן Themā. i. auster siue meridies. Exo. 26. Quarum viginti erunt in latere meridiano quod vergit ad Austrum. Iob. 9. Et interiora austri. & in eodem. 39. Expādet alas suas ad austrum. Abach. 3. Deus ab austro veniet. Ponitur etiam יְמִין Iamin. pro die⁹. sicut יָמִים Iamim cū mem in fine. vt Dañ. 12. Et stabis in sorte tua in fine dierum.

Meridies. Auster.

יָמִין

Dies.

יָמַר Iamar. superbire. Esa. 61. Et in gloria eorum superbietis. Tamen aliqui hebrei dicunt q̄ deriuatur a dictiōe אָמִיר Amir. De qua supra dictum est in littera aleph: & qđ significat exaltare. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Et in gloria eorum exaltabimini. in translatione chaldaica habetur. & in gloria eorum deliciabimini. i. deliciis affluetis.

Supbire

Exaltare Delicijs affluere.

יָנָה Iana. contristare. affligere. decipere. depopulari. spoliare. Exo. 22. Aduenam non contristabis. Leuit. 25. Cū vendes quippiam ciui tuo vel emes ab eo ne cōtristes fratrem tuum. i. ne decipias eum. & in eodem. Nolite affligere ꝯcōtribules vestros. Hiere. 22. & pupillū & viduā nolite cōtristare. Ezech. 18. Et hoiem non contristauerit. & in eodem. Egenum & pauperem contristantem rapientem rapinas. & in eodem. 22. Pupillum & viduam contristauerunt apud te. Ponitur ēt pro depopulari vel deuastare. vt Ezech. 45. Et non depopulabuntur vltra principes populū meū. & in eodem. 46. Et nō accipiet princeps de hereditate populi per violentiam & de possessione eorū. pro quo hebrei legunt. Et nō accipiet princeps de hereditate p̄ puli vt de populetur vel spoliet eos de possessione sua. & est idem sensus cum littera nostra. Esa. 49. Et cibabo hostes tuos carnibus suis. Pro quo hebrei legunt. Et cibabo spoliantes te vel decipientes te carnibus suis. Et inde potest deriuari dictio יוֹנָה Iona. i. affligens vel deuastans aut depopulans. Hiere. 25. A facie ire columbe. Pro quo hebrei legunt. A facie ire affligentis vel depopulantis. Potest etiam significare colūbam sicut est in littera nostra. vt dictum est supra in dictiōe יוֹן Ion. Et similiter in eodem. 50. A facie gladii columbe. Soph. 3. Ve prouocatrix & redempta ciuitas columba. vbi pro columba hebrei legunt decipientem vel affligentem aut depopulantem. Sed magis communiter significat colūbam sicut est in littera nostra.

Cōtristare

Decipere. Affligere.

Depopulari.

Hostes

יוֹנָה

Columba. Affligens vel depopulans.

יָנַח Iamach. ponere. reponere. dimittere. relinquere. requiescere facere. Geñ. 2. Et posuit eum in paradisum voluptatis. & in eodem. 39. In argumentum ergo fidei sue retētum pallium ostendit marito reuertenti domum. Pro quo hebrei legūt. Et reposuit pallium eius iuxta se donec reuerteretur maritus eius siue dñs eius in domū suam. Exo. 16. Quidquid aūt reliquum fuerit reponite vsq̄ in mane. & in eodem. Et repone coram dño. & in eodem. Posuitq̄ illud Aaron in tabernaculo reseruandum. Nu. 17. Quas cum posuisset Moyses coram domino. Deut. 14. Et repones intra ianuas tuas. Ezech. 44. Et reponet ea in gazophylacio. & in eodem. Vt reponat benedictionem domui tue. Zach. 5. Et ponetur ibi super basim suam. Significat etiam dimittere vel derelinquere. vt Exo. 32. Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos. Nu. 32. In solitudine populum derelinquat. 1. Paralip. 16. Non dimisit quēq̄ calūniari eos. Item significat requiescere. vt Prouer. 29. Erudi filiū tuū & refrigerabit te. i. requiescere te faciet. Esa. 14. Et requiescere eos faciet. & in eodem. Cum requiem dederit tibi dominus de labore tuo. Threñ. 5. Lassis nondabatur requies. Ezech. 37. Et requiescere vos faciam. & de hoc vide etiam infra in dictione נֹחַ Noach. & inde נַחַת Nachath. i. requies vt Iob. 17. Saltem ibi erit requies mihi. & in eodem. 36. Requies autem mense tue erit plena pinguedine. Eccls. 4. Melius est pugillus cum requie. & in eodem. 9. Verba sapientiū audiuntur in silentio. i. in requie. & inde מְנָת Munach. ideſt locus dimissus uel separatus. Ezech. 41. Et erat interior domus in lateribus domus. Pro quo hebrei legunt. Et loc⁹ dimissus vl̄ separat⁹ in lateri⁹ dom⁹. & in eo. Et ostiū lateris ad orationē. Pro quo hebrei legunt. Et ostium lateris ad locum dimissum. & in eodem. Et latitudinem loci ad orationem quinq̄ cubitorum.

Dimittere Derelinquere.

Requiescere

Silentiū

מְנָת

Interior domus. Locus dimissus. Oratio.

יָנַק Ianac. suggere. lactare. nutrire. s. lacte. Geñ. 21. Quę sara lactaret ei filium. Exo. 2. Que nutrire posset infantulum. i. lactare. & in eodem. Et nutriuit puerum. Deut. 32. Vt suggeret mel de petra. & in eodem. Inundationem maris quasi lac suggent. 1. Reg. 1. Et lactauit filium suū. 3. Reg. 3. Vt darem lac filio meo. Iob. 20. Caput aspidum sugget. Esa. 60. Et sugges lac gentium. & in eo. Et mamilla regum lactaberis. & inde מֵנֶקֶת Menéceth. i. nutrix. vt Geñ. 24. Dimiserunt ergo eam & nutricem illius. & in eodem. 35. Mortua est debbora nutrix rebecce. Inde יוֹנֵק Ionec. i. suggēs siue lactans aut infans ab vbere. vt Nu. 11. Sicut portare solet nutrix infantulum. Deut. 32. Lactantem cum homine sene Ps. 8. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudē. Cau. 8. Suggentem vbera matris mee. Esa. 11. Et delectabitur infans ab vbere Significat etiam יוֹנֵק Ionec ramum: siue virgultum. eo quod suggit humorem a radice arboris: sicut infans ab vbere. Iob. 15. Ramum eius arefaciet flāma. Esa. 53 Et ascendet sicut virgultum coram eo. Osee. 14. Ibunt rami eius.

Lactare Nutrire.

Suggere.

מֵנֶקֶת

Nutrix.

יוֹנֵק

Infantulꝰ Lactans

Suggens. Infans ab vbere.

יוֹנֵק

Ramus Virgultū.

יָסַד Iasad. fundare. fundamentum iacere. Statuere. Constituere. Exo. 9. A die qua fundata est. Ios. 6. In primogenito suo fundamenta illius iaciat. 3. Reg. 16. In abiram primitiuo suo fundauit eam. 2. Paralip. 3. Et hec sunt fūdamēta que iecit salomon vt edificaret domū dei. 2. Paralip. 31. Mense tertio ceperunt aceruorū iacere fundamenta. Esdre. 3. Porro templum dei nondum fundatum erat. & in eo. Fūdato igitur a cementariis templo domini. & in eodem. Eo quod fundatum esset templum domini. & in eodem. Qui viderant templum prius cum fundatum esset. Ps. 23. Quia ipse super maria fundauit eū. Ps. 101. Initio tu domine terram fundasti. Ps. 103. Fūdauit terram super stabilitatē suā. & in eodem. In locum quem fundasti eis. Esa. 28. Ecce ego mittam in fundamētis sion lapidem. pro quo hebrei legūt. Ecce ego fundatus in sion lapis. & in eo. 44. Et tēplo fundaberis. & in eodem. 54. Et fundabo te saphyris. Abach. 1. Vt corriperes fundasti eū. Zach. 4. Manus zorobabel fundauerunt domum istam. & in eodem. 8. In die qua fundata est domus domini. Ponitur etiam pro statuere vel cōstituere. vt. 1. Paralip. 9. Quos constituerunt dauid & samuel. Ester. 1. Sed sicut rex statuerat. Item ponitur pro perficere. vt. Ps. 8. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Ex ore infantium & lactentium fundasti fortitudinem. Item significat conuenire. vt. Ps. 2. Et principes conuenerunt in vnum. Ps. 30. Dū conuenirent simul aduersum me. & inde יְסוֹד Iesod siue יסוד Iesud. i. fundamētum. vt Iob. 4. Qui terrenum habēt fundamentum. & in eodem. 22. Fluuius subuertit fundamentum eorum. Ps. 86. Fundamenta eius in montibus sanctis. quod in hebreo legitur singulariter. s. fundamentū ei⁹ in mōtibus sāctitatis. & btūs Hieronym⁹ in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit fundamentum eius in montibus sanctuarii. Ps. 136. Exinanite vsq̄ ad fundamentum. Prouer. 10. Iustus autem quasi fundamentum sempiternū. Ponitur etiam pro basi vel fundo alicuius rei. vt Leuit. 4.

Fundare Fundamēta iacere.

Cōstituere Statuere.

Perficere

Cōuenire.

יְסוֹד

Fūdamētū

© Biblioteca Nacional de España

Basis

Omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris. & in eodem. Iuxta basim altaris holocaustorum. Ponitur etiam pro principio qđ est quasi fundamētum. Esdre. 7. Quia in primo die mensis primi cepit ascendere de babylonia. Pro quo he.le. Fuit fundamentum siue principiū ascensionis de babylonia. Scribitur etiam aliqñ cum mem in principio & dicitur מוּסָד Musad. i. fundamentū: siue fundatum. vt. 3. Reg. 7. Serrati erant a fundamento vsq; ad sūmitatem. Esa. 28. In fundamento fundatum. vbi duplicatur predicta dictio. & in eodem. 30. Et erit transitus virge fundat⁹. & in plurali מוסָדֵי Mósde siue מוֹסָדוֹת Mósdoth ideſt fundamenta. vt Deut. 32. Et montiū fundamenta cōburet. Ps. 17. Et fundamenta montiū conturbata sunt. Pro uer. 8. Quando appendebat fundamenta terre. Hiere. 51. Et lapidem in fundamentis. Ezech. 41. Per circuitum fundata latera.

Principiū

Fūdamētū

Fūdamēta

Ungere

יָסַךְ Iasach. vngere. linire. Exo. 30. Caro hominis non vngetur ex eo. Vide ēt de hoc infra in dictione סוּךְ Such.

Addere

יָסַף Iasaph. addere. adiicere. augere. cessare. Geñ. 8. Que non est reuersa vltra. pro quo he.le. Et non addidit reuerti vltra ad eum. & in eode. 30. Et vocauit nomen illi⁹ ioseph dicens. Addat mihi dominus filium alterum. Vnde ioseph additamentum vel augmētum interpretatur. & in eo. 38. Attamen vltra non cognouit eā. Pro quo hebrei legūt. Et nō addidit vltra cognoscere eam. Exo. 1. Et si ingruerit contra nos bellum addatur inimicis nostris. Leuit. 27. Ad det quintam partem earum. Nu. 36. Sequetur possessio sua & trāslata ad aliam tribum de nostra hereditate minuetur. Pro quo he.le. Et minuetur possessio earum de possessione patrum nostrorum & addetur ad possessionem tribus cui fuerint. s. nupte. & in eodem. Confundatur sortium distributio: & aliorum possessio ad alios transeat. Pro quo he.le. Et addatur possessio earum ad possessionem tribus cui fuerint: & de possessione tribus patrum nostrorum minuetur possessio earum. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum. Deut. 4. Non addetis ad verbum quod ego precipio vobis. & in eo. 5. Nihil addēs amplius. Sed in predicto loco aliqui hebrei legunt. Et non cessabit. s. vox. Sed magis communiter significat addere sicut est in littera nostra. & in eo. Si eñ audierimus vltra vocem domini. pro quo hebrei legunt. Si addiderim⁹ audire vocem domini. 2. Reg. 24. Et addidit furor domini irasci contra israel. 3. Reg. 10. Maior est sapientia & opera tua q̄ rumor quem audiui. Pro q̄ he.le. Addidisti super rumorem vel super famā. & est sensus sicut in littera nostra. Iob. 29. Addidit quoq; iob. & in eo. 39 Vltra non addam. & in eo. 40. Nec vltra addas loqui. Prouer. 11. Alii diuidunt propria & ditiores fiunt. i. adduntur eis diuitie. Eccl's. 3. Non possumus eis quicq; addere. Esa. 7. Et adiecit dominus loqui ad Achaz. & in eo. 8. Et adiecit dominus loqui ad me. & in eodem. 26. Indulsisti gēti domīe: indulsisti genti. pro quo he.legunt. Addidisti genti dñe: addidisti genti. & in eodem. 29. Ecce ego addam ut admirationem faciam populo huic. & in eo. 38. Ecce ego adiiciam super dies tuos quindecim annos. & in eo. 47. Quia vltra non vocaberis mollis & tenera. Pro quo he.le. Quia nō addes vt vocent te mollem & teneram. & in eo. Quia non vocaberis vltra dña regnorum. Osee. 1. Quia non addam vltra misereri domui israel. & in eo. Non addam vt diligam eos. Significat etiā cessare. vt Nu. 11. Prophetauerūt nec vltra cessauerunt. Et aliquando scribitur cum aleph loco iod. vt Exo. 5. Nequaq̄ dabitis vltra paleas populo. Pro quo hebrei legūt. Nequaq̄ addatis dare paleas populo. 1. Reg. 18 Et saul magis cepit timere dauid. Pro quo he.le. Et adiecit saul timere a facie dauid. & inde מוֹסָפוֹת Nosapoth. i. additamenta. Esa. 15. Ponā enim super dibon additamenta.

Cessare

Adiūcere

Indulgeō.

Cessare

יָסַר Iasar. erudire. castigare. corripere. ligare. vincire. Letuit. 26. Addam correptiōes vestras septuplum. Pro q̄ hebrei legūt. Addam corripere siue castigare vos septuplū & in eodē. Quod si nec sic volueritis recipere disciplinam. ideſt si eruditi vel castigati non fueritis. & in eodem. Et corripiam vos septem plagis. Deut. 4. De celo te fecit audire uocem suam vt doceret te. i. erudiret te. & in eodē. 8. Quia sicut erudit filium suum homo: sic dominus deus tuus erudit te. Iob. 39. Nunquid qui contendit cū deo tam facile cōquiesceat. pro quo he.le. Nunquid qui contendit cū deo erudiet siue corripiet aut corripietur. Ps. 2. Erudimini qui iudicatis terram. Ps. 93. Beatus homo quem tu erudieris dñe. Ps. 117. Castigans castigauit me dominus. Prouer. 9. Qui erudit derisorem. & in eo. Erudi filium tuum. & in eo. 29. Seruus verbis erudiri nō potest. Esa. 8. In forti manu erudiuit me. & in eodem. 28. Et erudiet illum in iudicio. Hiere. 6. Erudire ierusalem. & in eo. 30. Et castigabo te in iudicio. & in eo. 31. Castigasti me domine & eruditus sum. Hiere. 23 Et discēt oēs mulieres. i. erudiētur vel castigabūtur. Osee. 7. Et ego erudiui. & in eo. Cedam eos secundum auditionē cetus eorum. i. erudiam siue castigabo vel corripiam eos. & in eo. 10. Iuxta desiderium meū corripiā eos. & inde מוּסָר Musar. i. eruditio. correptio siue increpatio. disciplina. doctrina. Iob. 5. Increpationē domini ne reprobres. & in eo. 20. Doctrinam qua me arguis audiam. & in eo. 33. Et erudiens eos instruit disciplina. Prouer. 1. Ad sciendam sapiētiam & disciplinā. & in eo. Ad suscipiendam eruditionem. & in eo. 3. Disciplinā domini fili mi ne abiicias. Esa. 53. Disciplina pacis nostre super eum. Hiere. 10. Doctrina vanitatis eorum lignum est. Significat etiam vinculum vel colligationem. vt Iob. 36. Et vincula eius absoluit. Ps. 2. Disrūpamus vincula eorum. Ps. 115. Dirupisti vincula mea. Hiere. 5. Et vincula eius ruperūt. & in eo. 30. Et vincula tua disrūpam. Ponitur etiam pro baltheo. ut Iob. 12. Baltheum regum dissoluit.

Ligare

Vincire.

Leuit.

Docere

Erudire

Castigare.

Increpatio.

Doctrina

Disciplīa.

Eruditio

Vinculum

Baltheus.

Despōsare

יָעַד Iaad. cōuenire. statuere. constituere. despondere. despōsare. testificari. pactum vel fedus facere. sustinere. Exo. 21. Cui non reddita fuerit. pro quo hebrei legunt. Quā nō desponsauit siue cui non despondit. & in eo. Si autem filio suo despōderit eam. & in eo. 25. Inde precipiam & loquar ad te. Pro quo hebrei legunt. Et cōueniam tecū illic & loquar tecum: siue & constitutus ero tibi illic & loquar tecum & in eo. In quo loco apparebo tibi. i. conueniam ad loquendum tecum. Amos. 3. Nunquid ambulabūt duo pariter: nisi conuenerit eis. Pro quo hebrei legunt. Nisi cōuenerint. Item ponitur pro congregari: qđ est in vnum conuenire. vt. Ps. 47. Qñ ecce reges terre congregati sunt. Item ponitur pro constituere. Ios. 20. He ciuitates cōstitute sunt cūctis filiis israel. 2. Reg. 20. Et moratus est extra placitū qđ ei cōstituerat rex. Hiere. 24. Positi ante templum dñi. i. cōstituti. Ezech. 21. Quocunq; facies tue est appetit⁹. pro quo hebrei legunt. Quocunq; facies tua constituta est. & est sensus sicut in littera nostra. Item significat federari siue fedus vel pactum percutere. vt Nec. 6. Et percutiamus fedus pariter. & in eo. Tractem⁹ nobiscum in domo dei. i. federemur siue conueniamus in vnum in domo dei. Ponitur etiam p testificari. vt Iob. 9. Nemo audet pro me testimonium dicere. Item pōitur pro sustinere. vt Hiere. 49. Et quis sustinebit me. Inde מוֹעֵד Moeed. i. tempus statutum vel constitutum: siue placitum aut terminus. testimonium. fedus. pactum. solemnitas. festum. Geñ. 1. Et sint in signa & tempora

Despōdere

Cōuenire

Cōgregare

Cōstituere.

Percutere fedus.

Federari

Testificari

Sustinere

Tempus

© Biblioteca Nacional de España

Statutum tempus

Exo. 13. Custodies huiuscemodi cultum statuto tempore. Nu. 9. Et faciant filii israel phase in tempore suo. & in eodē 16. Qui tempore concilii per nomina vocabātur. Deut. 31. Post septē annos anno remissionis. Pro quo hebrei legūt. Statuto tempore anni remissionis. 2. Reg. 20. Et moratus est extra placitū quod ei constituerat rex. Et licet in bibliis nostris modernis habeatur. Et morat⁹ est extra palaciū. Tñ in bibliis nostris antiquis habetur. Et moratus est extra placitum. i. extra tempus vel terminū quod ei cōstituerat rex. & in eodem. 24. A mane vsq; ad temp⁹ constitutum. Iob. 30. Vbi constituta est domus omni viuenti. Ps. 74. Cum accepero tempus: ego iustitias iudicabo. Hiere. 8. Miluus in celo cognouit tempus suum. Item ponitur pro testimonio vel testamento. vt Exo. 40. Eriges tabernaculum testimonii. Leuit. 1. Et locutus est eidñs de tabernaculo testimonii. Esa. 14. Et sedebo in monte testamēti. Ponitur etiam pro federe. Exo. 40. Nec poterat moyses ingredi tectum federis. & in eodem. Ingressusq; moyses & Aaron dimissa multitudine in tabernaculum federis. Ponitur etiam p tēplo vel tabernaculo vbi multitudo hominū conueniebat. vt Threñ. 2. Demolit⁹ est tabernaculum suū. Ps. 73. Et gloriati sunt qui oderunt te in medio solēnitatis tue. Pro quo hebrei legunt. In medio templi tui. Beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicā veritatem transtulit. In medio pacti tui. & in eodem. Quiescere faciamus oīes dies festos dei in terra. Pro quo hebrei legunt. Incenderunt oīa tabernacula dei in terra. Sed btūs Hieronym⁹ in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Incenderunt omnes solēnitates dei in terra. Significat etiā solēnitatem siue festum: in quo multitudo hominum conueniebat ad templum siue ad tabernaculum. vt Leuit. 25. He sunt ferie dñi. i. solēnitates dñi. Nu. 10. Dies festos & Kalendas. 2. Paralip. 30. Et comederunt septem diebus solēnitatis. Esa. 1. Et solēnitates vestras odiuit anima mea. Threñ. 1. Eo quod non sint qui veniant ad solētatem. & in eodem. 2. Obliuioni tradidit dominus in syon solēnitatem & sabbatum. Ezech. 45. In vniuersis solēnitatibus israel. & in eodem. 46. Et in nūdinis & in solēnitatibus. vbi ponitur מועדים Moaadim. secundum terminationem pluralem masculinorum. & sic in aliquibus locis predictis. Reperitur etiā מועדות Moaadoth. secundum terminationem pluralem femininorum. 2. Paralip. 8. In Kalēdis & in festis diebus. Pōitur ēt מועד Moeed pro agmine: in q̄ multi homines conueniunt. vt Esa. 14. Et non est qui effugiat agmen eius. Inde עֵדָה Eeda siue עֵדַת Aadath. i. cetus. siue congregatio. Multitudo. s. hominū. Ecclesia. Exodi. 12 Loquimini ad vniuersum cetum filiorum israel. Leuit. 8. Et congregabis omnem cetum israel. & in eodem. 19. Loquere ad omnem cetum filiorum israel. Nu. 1. Cū omī multitudine. & in eodem. 10. Quibus conuocare possis multidinem. & in eodem. 16. Sufficiat vobis q̄ omnis multitudo sanctorum est. Iob. 15. Congregatio enim hypocrite steris. Ps. 67. Congregatio taurorum in vaccis populorū. Ps. 73. Memor esto congregationis tue. Ps. 110. In consilio iustorum & congregatione. Accipitur etiam pro cōgregatione vel multitudine mēbrorum. pro quo beat⁹ Hieronym⁹ transtulit Artus. Iob. 16. Et in nihilū redacti sunt omnes artus mei. Accipitur etiam pro congregatione vel multitudine apum. Iudi. 14. Et ecce examē apum in ore leonis erat. vbi ponitur pro examine.

Epus' cōstitutum.

Testionīū.

Testamēti

Fedus.

Tabernaculum

Pactum

Solēnitas Dies fest⁹

מועדים

מועדות

Dies festi.

עדה

Agmen

Cetus.

Multitudo.

Congregatio.

Artus

Examen.

יעה

עַיָּה

Subuertere.

Iaa. afferre. amouere. subuertere. Esa. 38. Et subuertet grando spem mendacii. & inde יעים Iaim. i. instrumēta quibus accipiebant prunas seu carbones de altari holocausti. vel quibus voluebantur carnes que cremabantur super altare. Et solum inuenitur in numero plurali. Pro quo beatus Hieronymus transtulit forcipes. Exo. 27. Et forcipes atq; fuscinulas. & in eo. 38. Et in vsus eius preparauit ex ere vasa diuersa lebetes & forcipes. Pōitur etiam pro tridentibus. Nu. 4. Fuscinulas ac tridentes vncinos & hastilia. Itē ponitur p scutris. 3. Reg. 7. Fecit ergo hyram lebetes & scutra. Ponitur ēt pro creagris. 2. Paralip. 4. Fecit hyram lebetes & creagras. & in eo. Et lebetes & creagras. & phialas. & aliqui hebrei dicunt q̄ significat coclearia.

Forcipes.

Tridentes

Scutra

Creagre.

יַעַז

יָעַז Iaaz. impudens. & scribitur cum nun & vau in principio & dicitur נועז Noaaz. Esa. 35. Populū imprudētem non videbis. pro quo in bibliis nostris antiquis habetur. Populum impudentem non videbis. i. procacē & absq; verecūdia. & aliquādo scribitur sine nun. & dicitur עז Aaz. Deut. 28. Gentem procacissimam. Dañ. 8. Consurget rex impudens facie. & de hoc vide infra in dictione עַזָּא Aazaz. & aliqui hebrei dicunt q̄ predicta dictio נועז Noaaz significat barbarum: per mutationem nun in lamed sicut לעז Loeez quod significat barbarum. vt. Ps. 113. Domus iacob de populo barbaro.

Impudēs.

Procacissima.

Impudēs. נועז

Barbarus

יָעַט Iaat. inuoluere. induere. operire. Esa. 59. Opertus est quasi pallio zeli. & in eodem. 61. Et indumento iustitie circundedit me. i. induit siue inuoluit me. & de hoc vide infra in dictione עָטָה Aata. Item יָעַט Iaat in lingua chaldaica significat consiliū inire siue consulere. Dañ. 6. Consilium inierunt omnes principes. & inde עֵיטָא Etha. i. consilium siue decretum. pro quo beatus Hieronymus transtulit legem. Dañ. 2. Requisiuit de lege atq; sententia. & inde יָעַט Iaat. i. cōsiliarius. Esdre. 7. A facie enim regis & septē consiliariorum eius missus es.

Operire

Inuoluere

יָעַט

Consilium

Intre עֵיטָא

Lex.

יָעַט

Cōsiliari⁹.

יעל

יָעַל Iaal. prodesse. 1. Reg. 12. Que non prosunt vobis. Iob. 21. Et quid nobis prodest si orauerimus eum. & in eo. 35. Quid tibi proderit si ego peccauero. Esa. 30. Qui eis p desse non potuit. Hiere. 2. Populus vero meus mutauit gloriam suam in idolum. pro quo hebrei legunt. Popul⁹ vero meus mutauit gloriam suam in id quod non prodest. & est idem sensus. Nam idolum nihil prodest: immo multum nocet. & in eodem. 16. Que eis non profuit. & in eo. 23. Qui nihil profuerūt populo huic. Abach. 2. Quid prodest sculptile quia sculpsit illud sculptor suus. Ponitur etiā pro preualere. vt Iob. 30. Insidiati sunt mihi & preualuerunt. Item יָעֵל Iaal. i. caprea. gen⁹ cerui: secundū hebreos. Beatus Hieronymus trāstulit ibicem. 1. Reg. 24 Etiā super abruptissimas petras q̄ solis ibicibus peruie sunt. Iob. 39. Nunquid nosti temp⁹ part⁹ ibicum in petris. & scribitur in gñe femino cū he vl tau in fine. & dr יַעֲלָה Iaala. Pro quo btūs Hieronymus trāstulit Hinnulum. Prouer. 5. Cerua charissima & gratissimus hinnulus.

Prodesse.

Preualeſ יָעַל

Ibices.

יַעֲלָה

Hinnulus

יַעַן Iaan. quia. eo quod. propterea. vt Geñ. 22. Quia fecisti hanc rem. Leuit. 26. Eo quod abiecerint iudicia mea. vbi in hebreo ponitur predicta dictio bis: propter vehemētiam cōminationis quasi diceret. Eo quod & eo qd abiecerint: siue propterea & propterea. Esa. 61. Eo quod vnxerit me dominus. Ezech. 5. Quia superastis gentes que in circuitu vestro sunt. & in eodem. 12. Vt non videat oculo terram. Item יַעֲנָה Iaana. i. struthio: auis immunda. Leuit. 11. Struthionem & noctuam. & prepōitur ei in hebreo dictio בַּת Bath. que significat filiam. i. filia struthionis. vt in predicto loco. & Iob. 30. Et socius struthionū. pro quo hebrei legunt. Et socius filiarum struthionis. Esa. 13. Et habitabunt ibi struthiones. pro quo hebrei legunt. Et habitabunt ibi filie struthiōis. Declinatur etiam pluraliter יְעֵנִים Ieenim vt Threñ. 4. Quasi struthiones in deserto.

Eia quia Quod.

יַעֲנָה

Struthio.

יְעֵנִים

Struthiones.

© Biblioteca Nacional de España

יָעַף Iaaph. Deficere. laſſari. laſſatū eſſe: vel defatigatum eſſe. Eſa. 40. Non deficiet nec laborabit. Et in eodē. Deficient pueri & laborabunt. Et in eo. Ibunt & non deficient. Hiere. 51. Et labores populorū ad nihilū & gentium in ignem erunt. Pro quo hebrei legunt. Et laborabūt populi in nihilū: & gentes in ignem deficient ſiue fatigabuntur. Abach. 2. Et gentes in vacuum deficient. Et inde יָעֵף Iaeph. ſ. laſſus ſiue fatigatus aut defeſſus. 2. Reg. 16. Vinū autē vt bibat ſi quis defecerit in via. Pro quo hebrei legūt. Et vinū vt bibat defeſſus ſiue fatigatus in deſerto. Eſa. 40 Qui dat laſſo virtutē. Et aliqui hebrei dicunt q᷑ a predicta dictiōe יָעֵף Iaaph deriuatur illud Dañ. 9. Ecce vir gabriel quem videram in viſione a principio cito volans tetigit me. Vbi pro eo quod in lr̄a nr̄a eſt cito volans: in hebreo habetur מוּעָף Muaaph. Pro quo ipſi legūt fatigatus fatigatione. ſed melius deriuatur a dictiōe עוף oph: que ſignat volare. et tūc erit littera volās volatu. i. cito volans ſicut eſt in littera nr̄a. & inde תּוֹעֲפָה Toaapha. i. fortitudo. coaceruatio altitudo. & ſolum inuenitur in numero plurali. ſ. תּוֹעֲפוֹת Toaaphoth. Nu. 23. Cui? fortitudo ſimiliſeſt rhinocerotis. Iob. 22. Et argentū coaceruabitur tibi. Pro quo hebrei legūt. Et argenti coaceruationes vel fortitudines tibi. ſ. erūt Ps. 94. Et altitudines montiū ipſius ſunt.

Deficere. Defeſſus Laſſus. Volare. Fortitudo. Altitudies

יָעַץ Iaas. Conſiliari. conſiliū inire. cōſilium dare. cogitare excogitare. decernere. ſtatuere. Nu. 24. Verūtn̄ pgēs ad ppl'm meū dabo tibi cōſiliū. 3. Reg. 12. Iniit cōſiliū rex roboā cū ſenioribꝰ. Et in eo. Quod datis cōſiliū. 1. Parali. 13. Iniit autē conſilium dauid cum tribunis. 2. Paralip. 30. Inito ergo conſilio regis & principū. Nec. 6. Et ineamus conſilium pariter. Iob. 26. Cui dediſti conſiliū. Ps. 16. Benedicam dominū qui tribuit mihi intellectū. Pro quo beatus hieronymus in pſal'. iuxta he. ve. tranſtulit. Benedicam dominū qui dedit mihi conſiliū. Eſa. 7. Eo quod conſiliū inierit contra te ſyria. Et in eodē. 8. Inite cōſilium & diſſipabitur. Et in eodē. 40. Cum quo iniit conſiliū. Et in eo. 45. Conſiliamini ſimul. Naū. 1. Mente pertractans preuaricationē. Pro quo hebrei legūt. Conſiliās preuaricationē: ſiue conſiliarius belial. i. peruerſus vel abſq᷑ iugo. Ponitur etiā pro cogitare. vt Ps. 31. firmabo ſuper te oculum meū. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicā veritatem tranſtulit. Cogitabo de te oculo meo. Ps. 82. Et cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos. Eſa. 14. Hoc conſilium quod cogitaui ſuper omnē terrā. Et in eo. 23. Quis cogitauit ſuper tyrum. Et in eo. Dñs exercituū cogitauit hoc

יוֹעֵץ Et inde Ioees. i. conſiliarius. 2. Reg. 15. Achitophel cōſiliarius regis. 2. Paralip. 25. Nunquid conſiliarius regis es. Iob. 12. Adducit conſiliarios in ſtultū finem. Eſa. 3. Et ſapientem conſiliariū de architectis. Et in eodē. 9. Admirabilis conſiliarius deus fortis. Et inde עֲצָה Eeſa ſiue עֲצַת Aaſath. i. Cōſilium ſiue cogitatio. vt Iob. 12. Ipſe habet cōſilium & intelligentiā. Et in eodē. 21. Conſilium impiorū longe ſit a me. Ps. 1. Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum. Et in eodē. 19. Et omne conſilium tuū confirmet. Et in plurali עֵצוֹת Eeſoth. Deut. 32. Gens abſq᷑ cōſilio eſt. Quod in hebreo legitur pluraliter. ſ. abſq᷑ cōſiliis. Eſa. 25. Cogitationes antiquas fideles. Scribitur etiā cum mem in principio. & dicitur מֵעֲצוֹת Moaaſoth. i. conſilia ſiue cogitationes: aut adinuentiones. Ps. 5. Decidant a cogitationibus ſuis. Ps. 80. Ibūt in adinuētionibꝰ ſuis. Prouer. 1. ſuiſq᷑ conſiliis ſaturabūtur. Ponitur etiam pro voluptatibus. vt Hiere. 7. Sed abierunt in voluptatibus ſuis.

Conſiliū dare. Conſilium inire. Cogitare. Conſiliarius. Conſilia. Cogitatōes Adinuētiones. Voluptates

יַעַר Iaar. ſilua. ſaltus. nemus. fauus. ſ. mellis. Deut. 19. In ſiluam ad ligna cedenda. 1. Reg. 14. Omne vulgus venit ad ſaltum in quo erat mel. Ps. 79. Exterminauit eam aper de ſilua. Ps. 131. Inuenimus eam in campis ſilue. Cant. 2. Sicut malus inter ligna ſilue. Eſa. 29. Et chermel in ſaltum reputabitur. Ezech. 15. Quomō lignum vitis inter ligna ſiluarum: quod in hebreo legitur ſingulariter. ſ. inter ligna ſilue. & in plurali יְעָרִים Ieraarim. ſecundum terminationē maſculinorum: ſiue יְעָרוֹת Ieaaroth. ſecundū terminationē femininorum. vt. Ps. 28. Et reuelauit condenſa. Pro q᷑ beatus Hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Et reuelans ſaltus. Ezech. 34. Et ſecuri dormiēt in ſaltibus. Significat etiā fauum. ſ. mellis. 1. Reg. 14. Extenditq᷑ ſummitatē virge quā habebat in manu & intinxit in fauum mellis. Cāti. 5. Comedi fauum meum cum melle meo.

יְעָרִים יְעָרוֹת Saltus. Fauus.

יָפָה Iapha. decorare. pulchrum vel decorum eſſe. Cant. 7 Quā pulchri ſunt greſſus tui. & in eodem. Quam pulchra eſt & decora. Ezech. 16. Et decora facta eſt vehementer nimis. & in eo. 31. Erat pulcherrimus in magnitudine ſua. & aliquādo duplicatur littera iod & littera pe: propter excellentiam pulchritudinis. Ps. 44. Speciosus forma prefiliis hominum. pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatē tranſtulit. Decore pulchrior eſt filiis hominum. Hiere. 10. Argento & auro decorauit illud. Inde יֹפִי Iophi. i. pulchritudo. ſpecies. decor. vt Ps. 49. Ex ſion ſpecies decoris eius. Prouer. 31. Et vana eſt pulchritudo. Zach. 9. Quid eſt pulchrum eius. i. quid eſt pulchritudo eius. & inde יָפֶה Iaphe ſiue יָפֶה Iapha aut יֹפִי Iephath. ideſt pulcher: ſiue pulchra. aut decorus vel decora. Geñ. 12. Noui q᷑ pulchra ſis mulier. & in eo. 39. Erat aūt ioſeph pulchra facie & decorus aſpectu. Cant. 1. Pulcher es dilecte mi & decor?. & in eodē. Ecce tu pulchra es amica mea. Ezech. 31. Pulcher ramis & frōdibus nemoroſus. & in eo. Cūm ſpecioſum feci eum. Duplicatur etiam littera iod & littera pe. & dicitur יְפֵהפִיָּה Iephephiia. Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit elegantem atq᷑ formoſam. Hiere. 46. Vitula elegans atq᷑ formoſa egyptus.

Decorare. Decor. Pulchritudo Pulchra Pulcher Decorus. Speciosus Elegans. Formoſa

יָפַח Iaphach. loqui. apparere. Ps. 26. Quoniam inſurrexerūt in me teſtes iniqui: & mentita eſt iniquitas ſibi. pro quo hebrei legunt. Quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui & loquens mendacium. Beatus Hieronym? in pſalterio iuxta hebraicam veritatē tranſtulit Et apertum mēdacium. Prouer. 14. Profert aūt mendacium teſtis doloſus. & in eodem. 19. Qui loquitur mendacium non effugiet. Hiere. 4. Vox filie ſyon inter morientes. Pro quo hebrei legunt. Vox filie ſyon conqueritur. i. conquerendo loquitur. Abach. 2. Et apparebit in fine & non mentietur. Ponitur etiam pro fiducialiter agere. Ps. 12. Fiducialiter agā in eo. Item ponitur pro dominari. Ps. 9. Omniū inimicorū ſuorum dominabitur. Hebrei tamen dicūt q᷑ in predicto loco ſignificat illaqueare: ſiue irretire. De quo vide infra in dictione פּוּחַ Púach.

Loqui. Conqueri. Apparere. Fiducialr. agere. Dominari

יָפַע Iaphaa. apparere. illuſtrare. clarificare. Deut. 33. Apparuit de monte pharan. Iob. 1. Et non illuſtretur lumīe. Ponitur etiam pro adiuuare. vt in eodem. 10. Et conſilium impiorum adiuues. Item ponitur per antiphraſim pro obſcurare vel contenebreſcere. vt in eodem. Sed ſempiternꝰ horror inhabitat. Pro quo hebrei legūt. Et obſcuratur vel contenebreſcit ſicut tenebre. Poteſt etiam legi ſic. Et appareret ſicut tenebre vel ſicut obſcuritas. Inde יְפַעַת Iphaath. i. illuſtratio aut decor. Ezech. 28. Et polluent decorem tuum.

יָפֵת Iapheth. portentum: ſiue oſtentum. ſignū. prodigium & ſcribitur cum mem & vau in principio loco iod. & dicitur מוֹפֵת Mopheth. Exo. 7. Cum dixerit vobis pharao oſtendite nobis ſignum. Pſ. 7. Tanq᷑ prodigium fact? ſum

Apparere. Illuſtrare. Adiuuare. Obſcurare Decor. Prodigiū

© Biblioteca Nacional de España

multis.Esa.8.Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dominus in signum & in portentum.& in eodē.20.Signū & portentum erit super egyptum. Ezech.12. Quia in portentū dedi te.& in eodē.Ego portentū vestrū.& in plurali מוֹפְתִים Mopthim.Exo.4. Vide oia ostēta que posui in manu tua. & in eodem.Et multiplicem signa & ostenta mea. Deut.6. Fecitq; signa & prodigia.& in eo.29. Signa illa portētaq; ingentia.

Portentū

מוֹפְתִים

Ostenta.

Prodigia Portenta.

יָצָא Iasa.egredi.exire.procedere.educere.pducere. Gen̄. 2.Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis.& in eodem.15.Qui egredietur de vtero tuo.& in eo.27.Et egressus iacob foras.Exo.11. Media nocte egrediar in egyptum. & in eodē.Post hec egredi emur: & exiuit a pharaone.Nu.1. Omniū virorū fortiū ex israel.Pro quo he.le. Oium egredientiū in exercitu.i.omniū qui sunt talis etatis qui possint ad bella procedere.& in eo.Omis qui poterant ad bella procedere recensiti sunt.i.qui poterāt ad bella egredi. & in eo. 11.Donec exeat per nares vestras. Deut.14. Qui nascūtur in terra.i.qui egrediūtur de terra.& in eo.20. Si exieris ad bellum contra hostes tuos.& in eo.24.Nō procedet ad bellū.Iudi.21.Ad ducēdos choros ex more procedere. Ruth. 2.Vt cum puellis suis exeas ad metendū.1.Reg.8. Et egredietur ante nos.& in eo.22.Maneat oro pater meus & mater mea vobiscum.Pro quo he.le.Egrediatur siue exeat pater meus & mater mea vobiscū.i. egrediatur de loco suo & maneat vobiscū.2.Reg.11.Eo tempore quo solent reges ad bella procedere.Ps.18.Tanq; sponsus procedens de thalamo suo.Esa.11.Egredietur virga de radice iesse. Hiere.2. Nam & ab ista egredieris.& in eo.48. Quia florens egredietur.Ezech.46.Per eandem viam exeat.Osee.6. Et iudicia tua quasi lux egredientur.Amos.5.Vrbs de qua egrediebantur mille.Abach.3.Egredietur diabolus ante pedes eius.& in eo .Egressus es in salutem populi tui.& aliqñ scribitur sine aleph.vt Deut.28.Que egrediuntur de medio feminū eius.Iob.1.Nudꝰ egressus sum de vtero matris mee. Scribitur etiā aliqñ sine iod.vt Gen̄.8.Egredere de arca.& in eo.27.Et egredere foras. Nu.12. Egredimini a populo meo.Esa.30.Egredere dices ei.Et qñ est verbum tertie cōiugationis tunc significat educere.vt Gen̄.8. Et educ tecū. & in eo.15. Et eduxit eū foras. & in eodē .19. Educā eas ad vos.& i eo.38. Que cū duceretur ad penā .i.cū educeretur. Exo.3.Vt educas populum meum filios israel de terra egypti.& in eo.Ego dñs qui educā vos de ergastulo egyptiorū & in eo.18.Et q eduxisset dñs israel de egypto.Deut.4.Et eduxit de fornace ferrea: Et in eo.8. Qui eduxit riuos de petra durissima.Iob.10. Quare de vulua eduxisti me. Ps. 17.Et eduxit me in latitudinem.Ps.105. Vt educas panem de terra.Ps.141.Educ de custodia aiam meā.Esa.40. Qui educit in numero militiā corū.& in eodem.42.In veritate educet iudiciū. Item significat producere.vt Gen̄.1.Producat terram animā viuentē.& in eo.38.Producite eam vt cōburatur.Iob.12.Et abscōdita pduxit in lucē. Ps.134. Qui producit ventos de thesauris suis.Ponitur etiā pro impēdere vel distribuere.vt.4.Reg.12.Qui impēdebant eam in fabris lignorū.& in eo.15.Indixitq; manahen argentū sup israel.i.distribuit vt vnusquisq; solueret certam quantitatē. Inde מוֹצָא Mosa.i.exitus siue egressus aut progressus vel processus.Nu.33.Quas descripsit moyses iuxta castrorum loca que dñi iussione mutabant.pro quo he.le.Et descripsit moyses exitus siue progressus corū.et.3. Reg.4.Et educe bantur equi salomoni de egypto. Pro quo hebrei legūt. Et egressus siue exitus equorum salomonis de egypto.s. erat. Ps.64.Exitus matutini & vespere delectabis.i.delectare fa

Egredi.

Exire.

Procedere

Educere.

Producere

Impēdere Distribuere

מוֹצָא

Exitus.

cies.Ps.106.Et exitus aquarum in siti.Esa.58.Et sicut fons aquarum.i. sicut exitus aquarū.Mich.5. Et egressus eius ab initio.Ponitur etiā מוֹצָא Mosa. pro oriēte.i. pro loco exitꝰ solis.vt. Ps.74. Quia neq; ab oriēte nec ab occidēte. Scribitur ēt cū tau inprincipio loco mem.& in nūero plurali dicitur תּוֹצָאוֹת Thosaoth.vt Nu.34.Et perueniēt ad meridiē vsq; ad cadesbarne.pro quo he.le.Et erunt exitus eiꝰ a meridie vsq; ad cadesbarne.& in eodē.Et ad vltimū salsissimo claudentur mari.pro quo hebrei legunt. Et erunt exitꝰ eiꝰ mare salis.Ps.67.Et dñi dñi exitus mortis.& inde יְצִיאֵי Seesae : siue יְצִיאִים Seesaim.i. germē.eo quod producitur vel egreditur a terra.Esa.44. Orbis & omne germen eius.Significat etiam progeniem aut stirpem vel filios.vt 2.Paralip.32. Filii qui egressi fuerāt de vtero eiꝰ. Iob.5.Et progenies tua quasi herba terre.Et in eodem.35.Et progenies mea erradicetur.Esa.8.Et stirps vteri tui vt lapilli eiꝰ. Et in eodem.22.Et vasorū diuersa genera. Pro quo hebrei legunt.Filios & filias.in translatiōe chaldaica habetur filios & filiorum filios. Et inde צוֹאָה Soah siue צֹאָת Seath.i. fimus siue stercus. aut sordes. eo quod educitur foras. Deut. 23.Et egesta humo operies .i. stercus humo operies . pro uer.30.Et tamen non est lota a sordibus.Esa.4.Si abluerit dñs sordes filiarum sion . Et in eodem.28 . Omnes enim mense replete sunt vomitu sordiūq;.Ezech.4. Et stercore quod egreditur de homie operies illud.Et ide צוֹאִים Soim. sordidi.vt Zach.3.Erat indutus vestibus sordidis.Et in eo. Auferte vestimēta sordida ab eo.& inde צַאֲנָן Saanan.i.exitus.vt Mich.1.Non est egressa que habitat in exitu. Hebrei tamen dicunt q est nomen proprium loci. Sed non reperitur nisi tantum in hoc loco.

Fons.

Egressus.

Oriens

תּוֹצָאוֹת

Exitus.

יְצִיאֵי

Germen.

Filii Pronies.

Stirps.

צוֹאָה

Egesta.

Sordes.

Stercus.

צוֹאִים

Sordidi.

צַאֲנָן

Exitus.

יָצַב Iasab. stare. statuere .Constituere.Erigere.verificare. Exo.2. Stante procul sorore eius. Pro quo hebrei.le. Et stetit soror eius procul.& in eodē.14. State & videte magnalia domini.& in eodē.15.Stetit vnda fluens.& in eo. 19 Et steterunt ad radices montis.Nu.22.Stetitq; angelus domini in via.& in eodē.Cernens asina angelum stantem in via.Deut.32.Constituit terminos populorum.Ps.2.Astiterunt reges terre. Ps.73.Tu fecisti oēs termios terre. Pro q hebrei legunt.Tu statuisti siue constituisti omnes termios terre.Esa.3.Stat ad iudiciū dñs.Threñ.2. Firmauit dexteram suam quasi hostis.pro quo hebrei legunt.Stat dextera eius quasi hostis.& in eodē.Et posuit me quasi signū ad sagittam.i.statuit me. Zach.11.Et id quod stat non enutriet. Ponitur etiā pro erigere.vt Gen̄.35. Erexitq; iacob titulū super sepulchrū eius.1.Reg.15.Et erexisset sibi fornicē triū phalem.Item ponitur pro corrigere.1.Reg.12.Vsq; ad stimulum corrigendum.Inde מַצָּב Masab siue מוֹצָב Musab.i. statio. 1.Reg.14. Veni & transeamus ad stationem philistinorum.& in eodem.Per quos nitebatur ionathas transire ad stationem philistinorum.& in eodem.Sed & omnis populus stationis eorum.Esa.22.Et expellā te de statione tua. & in eodē.29.Et faciam cōtra te aggerem.pro quo hebrei legunt.Et obsidebo contra te statione.s.militantiū.vbi ponitur מוֹצָב Musab cum pūcto surech in prima syllaba. Scribitur etiā cum he in fine & dicitur מַצֵּבָה Masseba.vt Zach.9 Et circundabo domū meam ex his qui militant mihi. Pro quo hebrei legunt.Et circundabo domū meam siue castrametabor circa domum meam statione.s.militantiū mihi.& inde מוֹצָב Husab.Pro q̄ btūs Hieronymus trāstulit militē. Naū.2.Et miles captiuus adductus est.Hebrei tamē dicunt q in predicto loco ponitur pro regina vel domina. Nā sequitur in eodem.Et ancille eius minabantur. Ponitur etiā מַצֵּבָה Masseba pro titulo vel statua.Gen̄.28.Et erexit in titu

Erigere.

Corrigere.

מַצָּב

Statio.

Agger.

מוֹצָב

מַצֵּבָה

Statio.

הוֹצָב

מַצֵּבָה

M

© Biblioteca Nacional de España

Titulus lum.& in eodem.Et lapis iste quem erexi in titulū.& in eo. 35.Erexitq; iacob titulum super sepulchrum eius.hic est ti tulus monumenti Rachel.Exo.23.Et cōfringes statuas eo rum.Deut.7.Et confringite statuas.& in eo.16.Necq; facies tibi atq; constitues statuam.4.Reg.13. Tulit enim statuas baal: quas fecerat pater eius.& in eo.10.Et protulerunt sta tuam de fano Baal.Ezech.26.Et statue tue nobiles in terrā corruent.Scribitur etiam cum nun in principio. & dicitur

Statua. נְצִיב Nesib.i.statua siue statio.vt Genē.19. Que versa est in statuam salis.De quo vide infra in dictione נָצַב Nasab. Itē

Uerificare יָצַב Iasab in ligua chaldaica significat verificare.i. veritatē inquirere aut veritatē discere.Dañ.7.Post hec volui diligē ter discere de bestia q̄rta.Proq; he.le.post hec volui verifi

Certe. יְצִיבָא יְצִיבָא care.i.veritatē discere de bestia quarta.& inde יָצִיב Iasib. siue יְצִיבָא Iasiba.i.veritas siue verum aut vere vel certe.

Uerum. Uere. Dañ.2. Certe noui q̄ tempus redimitis.Pro quo hebrei le gunt.In veritate noui.& in eodem. Et verum est somniū. & in eo.3.Qui respondentes regi dixerunt vere rex.

Ponere. יָצַן Iasag.ponere.reponere.remanere.retinere.detinere. statuere.Genē.30.Posuitq; eas in canalibus.& in eodē.

Retinere. 33.Oro te vt de populo qui mecum est saltem socii rema neāt vie tue.Pro quo hebrei legūt. Oro vt retinere faciam tecum de populo qui mecum est.Et est sensus sicut in littera nostra.Exo.10.Oues tū vestre & armenta remaneant.i.

Remanere retineantur vel reponātur.Iudi.6.Ponā hoc vellus lane in

Statuere. area.Iob.17.Posuit me quasi in prouerbium vulgi.Hiere. 51.Reddidit me quasi vas ianc.i.posuit vl statuit me.Osee.

Constituer 2.Et statuam eā secundū diē natiuitatis sue.Amos.5.Et cō stituite in porta iudiciū.& aliqui hebrei dicunt q̄ predicta dictio deriuatur a dictiōe נָצַן Nasag.cū n un in principio.

Sternere. יָצַע Iasaa.sternere.extēdere.Ester.4.Sacco & cinere mul tis pro stratu vtentibus.Iob.17. Et in tenebris strauī lectulum meum.Ps.138 Si descendero in infernū:ades.pro quo hebrei legunt. Si strauero in infernum.s. lectulum vel

Stratum. יְצוּעַ stratum meum.Esa.14.Subter te sternetur tinea.& in eodē 58.Et saccum & cinerē sternere.& inde יְצוּעַ Iesūaa.i. stratum.Genē.49.Et maculasti stratum meum.Ps.62.Sic me mor fui tui super stratum meum.Ps.131.Si ascendero in lectum strati mei.Scribitur etiā cum mem in principio.& di

Stratum מַצַּע citur מַצַּע Masaa.Esa.28.Goangustatum est enim stratum.

Tabulatū. יְצִיעַ Inde יְצִיעַ Iasiaa.Pro quo beatus Hieronymus trāstulit ta bulatum.i.stratum tabularum in circuitu templi.3.Reg.6. Et edificauit super parietem templi tabulata per gyrum.& in eodem. Tabulatum quod subter erat quinq; cubitos ha bebat latitudinis.& in eodem.Et edificauit tabulatū super omnem domum.

Fundere. יָצַק Iasac.fundere.effundere.infundere. conflare. fluere. stringere.Genē.28.Fundens oleum desuper.Exo.25. Et quattuor circulos aureos.Pro quo hebrei legunt.Et fun des ei quattuor circulos aureos.i.opere fusorio facies.& in eodem.37.Fudit & quattuor circulos aureos.Leuit.2.Fun detq; super eam oleum.3.Reg.7.Erant fusiles & stabant su per duodecim boues.& in eodem. In campestri regiōe iordanis fudit ea rex.& in eodem.18.Et fundite super holocau stum.4.Reg.5.Qui fundebat aquam super manus helie.& in eodem.4.Et mitte inde in omnia vasa.i.infunde inde in

Infundeſ. omnia vasa.& in eodem.Et illa infundebat.& in eodem. In fuderunt ergo sociis vt comederent.& in eodem. In funde turbe vt comedant. & Iob. 22. Et fluuius subuertit fun

Effundere. damentum eorum. Pro quo hebrei legunt. Et fluuius effusus est in fundamentum eorum.& in eodem.28.Et lapis solutus calore in es vertitur.Pro quo hebrei legunt. Et lapis funditur siue infunditur in es.Et est sensus sicut in lra no stra.& in eodem.29. Et petra fundebat mihi riuos olei. & in eodem.38.Quādo fundabatur puluis in terra. Pro quo hebrei legunt.Quando fundebatur puluis in terra.Ps.44

Diffūdere. Diffusa est gratia in labiis tuis. Esa.44. Effundam enim aquā sup sitientē .& in eo. Effundam spiritum meum sup semē tuum.Zach.4.Et septem infusoria lucernis que erāt super caput eius.Item pōitur pro cōflare vel fluere.vt Exo. 37.Conflans quattuor anulos aureos.& in eodē.38. Qui

Conflare. Fluere. bus conflate sunt bases sanctuarii.3.Reg.22. Fluebat autē sanguis plage in sinu currus.Itē ponitur pro stringere vel

Indurari. Stringere Proiicere Deponere. indurari.Iob.14.Cor eius indurabitur quasi lapis.& in eo. Et stringetur quasi malleatoris incus.Pōitur etiam pro deponere vel proiicere.vt Iosi.7.Proieceruntq; ante dominū 2.Reg.15.Et deposuerunt arcam dei.& inde מוּצָק Musac.i.

Fusile. fusile vel fusus.2.Paralip.4.Mare aūt fusile.Iob.37.Quasi ere fusi sunt.Potest etiam legi quasi ere indurati vel cōstricti.i.solidi sunt siue stabiles sunt.Nam pōitur etiam pro stabili.vt in eodem.11.Et eris stabilis & non timebis.Ponitur

Stabilis. Terra. etiam pro terra que est stabilis.vt in eodem,38.Quādo fundabatur puluis in terra.& inde מְצוּקֵי Mesuce.Pro quo beatus Hieronymꝰ transtulit cardines.vt.1.Reg.2.Domini cī sunt cardines terre.& inde צֻקִּים Sacun.Pro quo beatus Hieronymus transtulit tribulatio.Esa.26.In tribulatione mur muris doctrina tua eis.Potest etiā deriuari a dictione צוק Soc.De quo vide infra in littera sādic.

Formare. יָצַר Iasar.formare.fingere.plasmare. creare . coangusta re.arctare.Genē.2.Formauit igitur dominus deus ho minem.& in eodem. Formatis igitur dominus deus de humo cunctis animantibus terre.pro quo hebrei legūt.Et formauit dominus deus de humo oīa animalia terre.Exo.32.

Fingere. Plasmare Et formauit opere fusorio.Ps.32.Qui finxit sigillatim cor da eorū. Ps.73.Estatem &ver tu plasmasti.Ps.93.Aut qui finxit oculum non cōsiderat.& in eodem.Qui fingis labo rem in precepto.Ps.94.Et siccam manus eiꝰ formauerūt. Ps.103.Draco iste quem formasti.Ps.138. Tu formasti me. & in eodem.Dies formabuntur & nemo in eis. Esa.27. Et qui formauit eum non parcet ei.& in eodem.37. Ex diebꝰ antiquis plasmaui illud.& in eodem.47..Formaui eum & feci eum.& in eodem.43.Ante me non est formatus deus. & in eodem.Populum istum formaui mihi.& in eodē.44 Et formans te ab vtero.& in eodem.Quis formauit deum. & in eodem.Et in malleis formauit illud.& in eodem.Formaui te:seruus meus es tu.& in eodem.45. Vt habitaretur formauit eū.Hiere.1.Priusq; te formarē in vtero noui te.& in eodē.18.Ecce ego fingo contra vos malum.Zach.12.Et

יוֹצֵר fingens spūm hominis.& inde יוֹצֵר Ioser.i.formator siue

Figulus. Fictor. Plastes. plasmator aut plastes.vel figulus seu fictor.Ps.2.Et tāq; vas figuli confringes eos.Esa.29.Et figmentū dicat fictori suo non intelligis.& in eodem.41.Et velut plastes conculcans humum.& in eodem.44.Plastes idoli nihil sunt. & in eo. 45.Nunquid dicit lutum figulo suo quid facis.& in eodē. Hec dicit dominus sanctus israel & plastes eius. Hiere.18. Descende in domum figuli.& in eodem.Sicut lutum in manu figuli.& in eodem.19. Accipe lagunculam figuli testeā. Amos.7.Et ecce fictor locuste.Abach.2.Quia sculpsit illē fictor suus.& in eodem.Quia sperauit in figmēto fictor eiꝰ Ponitur etiam pro statuario.Zach.11. Proiice illud ad statuarium.& in eodem.Et proieci illos in domo domini ad statuarium.Potest etiam in predicto loco legi figulum.Scribitur etiam sine iod.& dicitur צוֹר Sur.Esa.44.Et forma

צוּר Formator. יְצוּרִי Membra tor quem ego non nouerim.Hebrei tamen in predicto loco legunt fortem. De quo vide infra in dictione צוּר Sur. Inde יְצוּרִי Iesure.i.membra.Iob.17. Et membra mea in

© Biblioteca Nacional de España

יֵצֶר Figmētū

nihilum redacta sunt. Inde יֵצֶר Ieser. i. figmentū. Plasma matio. formatio. Ps. 102. Quia ipse cognouit figmentum nostrum. Esa. 29. Et figmentum dicat fictori suo. Ponitur

Sensus et cogitatio

etiā pro sensu vel cogitatione. vt Geñ. 6. Et cūcta cogitatio cordis intenta esset ad malum. & in eodem. 8. Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt. 1. Paralip. 28. Et vniuersas mentium cogitationes intelligit. Esa. 26.

Vet⁹ error

Vetus error abiit. Pro quo hebrei le. Cogitatio. s. bona firmata est siue confirmata est. & secundū hebreos predicta dictio יֵצֶר Ieser. significat appetitum vel desiderium hominis ad bonum vel ad malum. vnde in predicto loco poterit esse sensus sicut in littera nostra. Item יָצַר Iasar. i. arctare siue coangustare. Iudi. 2. Et vehementer afflicti sunt. pro quo hebrei legunt. Et arctati siue angustati sunt valde. & Iob. 18. Arctabuntur gressus virtutis eius. & in eodem. 29. Cū saciatus fuerit arctabitur. Prouer. 4. Non arctabuntur gressus tui. Esa. 49. Nunc angusta erunt pre habitatoribus. Itē

Appetitus יֵצֶר

Arctare.

Angustari

significat perterritū esse siue angustiari vel cōtristari. Geñ. 32. Timuit iacob valde & perterritus diuisit populū. 1. Reg. 30. Et cōtristatus est dauid valde. Pro quo hebrei legūt. Et coarctatus siue angustiatus est dauid valde. 2. Reg. 13. Et de periret in eam valde. pro quo hebrei legunt. Et angustiatus est amnon valde. & inde מֵצַר Mesar. i. angustia vl' tribulatio. Ps. 117. De tribulatione inuocaui dominum. & in plurali מְצָרִים Mesarim. Threñ. 1. Apprehēderūt eam inter angustias. vide etiam de hoc infra in dictione צָרָה Sara.

Perterritum esse Cōtristari.

Tribulatio. מְצָרִים Angustie

יָצַת Succēdere

Iasath. succendere. comburere. incendere. exurere. 2. Reg. 14. Et succendite eum igni. & in eodem. Succenderunt ergo serui Absalon segetem igni. & in eodē. Quare succenderunt serui tui segetem meam. 4. Reg. 22. Magna enim ira dei succensa est contra nos. & in eodem. Et incendetur indignatio mea in hoc loco. Esa. 9. Et succendetur in densitate saltus. & in eodem. 27. Succendam eam pariter. & in eodem. 33. Spine congregate igni comburētur. Hiere. 2. Ciuitates eius exuste sunt. & in eodem. 10. Qñ in censa sunt eo quod non sit vir pertrāsiens. & in eodem. Et exusta sit quasi desertum. & in eodem. 51. Incēsa sunt tabernacula eius. Threñ. 4. Et succendit ignem in sion. Ezech. 20. Ecce ego succendam in te ignem.

Incēdere

Cōburere. Exurere

יְקֵב Torcular

Iéceb. torcular. Deut. 16. Quando collegeris de area & de torculari. 4. Reg. 6. Vnde te possū saluare: de area vel de torculari. Esa. 5. Et torcular extruxit in ea. Osee. 9. Area & torcular non pascet eos.

יָקַד Incēdere Ardere

Iacad. ardere. exardere. incendere. Leuit. 6. Ignis in eodem altari erit. Pro quo hebrei legunt. Et ignis altaris incendetur siue ardebit in eo vel in ipso. & in eo. Ignis autem in altari semper ardebit. Deut. 32. Et ardebit vsq; ad inferni nouissima. Esa. 10. Succēsa ardebit quasi combustio ignis. & in eodem. 65. Ignis ardens tota die. & inde יְקוֹד Iecod. i. incendiū siue combustio. Esa. 30. In qua portetur ignis de incendio. & inde מוֹקֵד Moced. i. incendiū siue cremiū. Leuit. 6. Crematbitur in altari tota nocte. Pro quo hebrei legunt. Super incendium vel cremium eius super altari tota nocte. Ps. 101. Et ossa mea sicut cremium aruerunt.

יְקוֹד Incendiū.

מוֹקֵד Incēdium Cremium.

יְקֹהַ יְקֹהַת Expectatio

Iiceha. expectatio. Et scribitur cum tau in fine ratione genitiui sequētis. & dicitur יְקֹהַת Iicehath. vt Geñ. 49 Et ipse erit expectatio gentium. Et aliqui hebrei dicunt q̄ significat auscultationem vel obedientiam. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Et ipsi erit auscultatio vel obedientia populorum. idest ipsi obedient populi. Et sic est in translatione chaldaica. Alii vero dicunt q̄ significat congregationem. Scribitur etiam sine iod. Pro quo beatus Hieronym⁹ transtulit partum. Prouer. 30. Et qui despicit partum matris. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Et qui despicit obedientiam matris.

Auscultatio.

Partus

יָקַע Suspendere. Crucifigere. Affigere.

Iacaa. affigere. suspendere. s. in patibulo. crucifigere. Nu. 25. Et suspende eos contra solem in patibulis. 1. Reg. 21. Vt crucifigamus eos domino. & in eodē. Qui crucifixerunt eos in monte coram domino. & in eodē. Et colligentes ossa eorum qui affixi fuerant. Vide etiam de hoc in fra in dictione תְּקַע Thacaa. Et secundum aliquos hebreos a supradicta dictiōe deriuatur dictio יְקַע Thecaa. Pro quo beatus Hieronymus transtulit. emarcuit. Geñ. 32. Et statim emarcuit, Hebrei tamen dicunt q̄ in predicto loco significat separare vel dislocare. Vnde in predicto loco ipsi legūt. Et separata est siue dislocata est coxa femoris iacob. i. recessit de loco coherentie eius. Et eadem dictio ponitur pro recedere. Hiere. 6. vbi dicitur. Ne forte recedat anima mea a te. Sed de hoc vide infra in dictione יַעַע Caaa cum duplici aym. Quia inde deriuatur secundum aliquos hebreos.

תְּקַע

Emarcescere. Separare

Recedere.

יָקַף Circuire.

Iacaph. circundare. circuire. in rotundum tōdere. in orbem transire. Ios. 6. Circuite vrbem cuncti bellatores semel per diem. Pro quo hebrei legunt. Et circuibitis vrbem cuncti bellatores: circuite vrbem semel per diem. Ps 16. Inimici mei animam meam circundederunt. Ps. 21. Cōcilium malignantium obsedit me. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Concilium pessimorum valauit me. i. circundedit me. Esa. 15. Quia circundedit clamor terminum moab. Threñ. 3. Et circundedit me felle & labore. Leuit. 19. Ne in rotūdum attondebitis comam. Iob. 1. Cūq; in orbem transissent dies conuiuii. Vide etiam de hoc infra in dictione נָקַף Nacaph.

Circūdare

Vallare.

In rotundum attondere.

In orbem transire.

יָקַץ Euigilare. Expergiscere.

Iacas. euigilare. expergiscere. suscitari. Geñ. 9. Euigilans autem Noe de somno. & in eodem. 28. Cūq; euigilasset iocob de somno. & in eodem. 41. Expergefact⁹ pharao rursum dormiuit. & in eodem. Euigilans pharao post quietem. Ioel. 1. Expergiscimini ebrii & flete. Abach. 2. Et suscitabuntur lacerantes te. & in eodem. Ve qui dicit ligno expergiscere.

Suscitare.

יָקַר Honorata esse.

Iacar. honoratum vel honorabilem esse. pretiosum esse. siue in precio esse. Appreciari. 1. Reg. 18. Et celebre factum est nomen eius nimis. Pro quo hebrei legunt. Et honoratum est nomen eius nimis. & in eodem. 26. Eo quod preciosa fuerit aia mea in oculis tuis hodie. 4. Reg. 5. Noli despicere animam meam & animam seruorum tuorum qui mecum sunt. Pro quo hebrei legunt. Honorabilis vel preciosa sit anima mea & anima seruorum tuorum qui mecum sunt in oculis tuis. Et est sensus sicut in littera nostra. Ps. 35. Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuā deus. Pro quo beatus Hieronym⁹ in psalterio iuxta hebraicam veritatem trāstulit. Quā preciosa est misericordia tua deus. Ps. 36. Vt honorificati fuerit & exaltati. Ps. 71. Et honorabile nomen eorum coram illo. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et preciosus erit sanguis eorum coram oculis eius. Ps. 138. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus. Esa. 13. Pretiosior erit vir auro. & in eodem. 43. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis. Ponitur ēt pro appreciari. vt Zach. 11. Decorum precium quo appreciatus sum ab eis. Item ponitur pro subtrahere. Prouer. 25. Subtrahe pedē tuū de domo proximi tui. Hebrei tamen in predicto loco legūt. Pretiosum. idest rarum fac pedem tuū de domo proximi tui: quia omne rarum pretiosum. Et est idem sensus cum littera nostra. Et inde nomē adiectiuum יָקָר Iacar. siue יְקָר Iecar. idest pretiosus honorabilis. 1. Reg. 3. Et sermo dñi erat pretiosus in diebus illis. Iob. 28. Omne pretiosum vi-

Honorificare.

Appreciari. subtrahere

יָקָר יְקָר Preciosꝰ.

© Biblioteca Nacional de España

dit oculus eius. Ps. 15. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Eccls. 10. Pretiosior est sapientia paruaq; gloria ad tempus stultitia. Ponitur etiam pro honore aut magnitudine vel gloria. Ester. 1. Ac magnitudinem atq; ia ctãtiã potẽtie sue. & in eo. Et cuncte vxores tam maiorũ q̃ minorum deferant maritis suis honorem. Ps. 44. Filie regum in honore tuo. Ps. 48. Et hõ cum in honore esset nõ intellexit. & in lingua chaldaica scribitur aliquando cum aleph in fine & dicitur יְקָרָא Iecara. Dañ. 2. Et gloriã dedit tibi. & aliquãdo scribitur sine iod. vt Prouer. 17. Et pretiosi spiritus vir eruditus. & aliquando scribitur cum duplici iod. scilicet in principio & in medio & dicitur יְקִיר Iacir. i. honorabilis. Hiere. 31. Si filius honorabilis mihi ephraim. Significat etiam difficilem vel grauem. Dañ. 2. Sermo eñ quem tu queris rex grauis est. ideſt difficilis est. Ponitur ẽt יָקַר Yacar. pro claro vel lucido. vt Iob. 31. Et lunam incedẽtem clare. Item ponitur pro precio. vt. Ps. 48. Et precium redemptionis anime eorum. Zach. 11. Decorum precium quo appreciatus sum. Vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatũ. & in plurali יְקָרִים Iecarim. vt Threñ. 4. Filii sió inclyti. i. honorabiles vel pretiosi. Et in genere femínino scribitur cum he vel tau in fine & dicitur יְקָרָה Iecara siue יְקָרַת Iecarath. Prouer. 3. Pretiosior est cunctis opib9. Esa. 28. Lapidem probatum angularem pretiosum. Et in hebreo scribitur in genere femínino scilicet pretiosam: quia lapis in hebreo est generis femínini. & in plurali femínino יְקָרוֹת Iecaroth. 3. Reg. 5. Vt tollerent lapides grandes: lapides pretiosos. Põitur etiam iecaroth pro frigore. vt Zach. 14. Non erit lux: sed frigus & gelu. Hebrei tamen dicunt q̃ in predicto loco significat claritatem sicut supra dictum est Vnde in predicto loco ipsi legunt. Non erit lux clara & densa. ideſt obscura: quasi dicat. Nõ erit lux multum clara neq; multum obscura sed media. sicut in eodem sequitur. Et erit dies vna que nota est domino: non dies neq; nox. Potest etiam deriuari a dictione קָרַר Carar que significat frigiditatem: sicut est in littera nostra.

יָקַשׁ Iacas. offendere. illaqueare. irretire. scandalizare. offendiculum siue scandalum ponere. aut laqueum siue retia ponere: scilicet more venatorum aut aucupum. Deut. 7. Neq; assumes ex eis quicq̃ ne offendas. & in eodem. 12. Caue ne imiteris eas. Pro quo hebrei legunt. Caue ne illaqueatus sis vel ne irretitus sis post eas. siue ne offendas post eas. Ps. 123. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Ps. 140. Custodi me de laqueo quem statuerũt mihi. ideſt quem more venatorum posuerunt mihi. Prouer. 6. Illaqueatus es verbis oris tui. Esa. 8. Et cadent & cõterentur & irretientur. Hiere. 50. Illaqueaui te & capta es. Inde מוֹקֵשׁ Moces. i. scandalum offendiculum. Laqueus. Ruina. Exo. 10. Vsq; quo patiemur hoc scandalum. & in eo. 23. Certe erit in scandalum tibi. Leuit. 19. Nec coram ceco pones offendiculum. Ponitur etiam pro ruina. Esa. 8. Et in laqueum & in ruinam habitantibus hierusalem. & in plurali מוֹקְשׁוֹת Mocsoth. secundum terminationem femíninorum. Ps. 140. Et a scandalis operantium iniquitatem. Scribitur etiam מוֹקְשִׁים Mocsim secũdum terminationem plu ralem masculinorum. Ps. 139. Scandalum posuerunt mihi. Quod in hebreo legitur pluraliter scilicet scandala posuerunt mihi. Ponitur etiam pro fudibus. vt Iob. 40. Et in fudibus perforabis nares eius. & inde יָקוּשׁ Iacus. Pro quo beatus Hieronymus transtulit Aucupem. Prouer. 5. Et quasi auis de insidiis aucupis. Hiere. 5. Insidiantes quasi aucupes laqueos. Ponitur etiam pro ruina. Osee. 9. Laque9 ruine factus est. & inde יוֹקְשִׁים Iucasim. i. capti laqueo vel reti. Eccls. 9. Et aues laqueo comprehenduntur: sic capiũtur homines in tempore malo.

יָרֵא Iare. timere. extimescere. Geñ. 3. Timui eo qd nudus essem. & in eodem. 18. Negauit sara dicens non risi: timore perterrita. Pro quo hebrei legunt. Quia timuit. & in eodem. 19. Timuerat enim manere in segor. & in eodẽ. 32. Quia valde eum timeo. Exo. 1. Timuerunt autem obstetrices deum. & in eodem. 2. Timuit moyses & dixit. & in eodem. 34. Timuerũt prope accedere. Leuit. 19. Vnusquisq; patrẽm & matrem timeat. Nu. 14. Neq; timeatis populum terre. Deut. 4. Et discant timere me omni tempore. & in eodem. 20. Non timebis eos. & in eodem. 25. Et non timueris deum. Ios. 9. Timuimus igitur valde. & in eodem. 24. Timete dominum. 1. Reg. 18. Et saul magis cepit timere dauid. Iob. 6. Et videntes plagam meam timetis. Ps. 21. Qui timetis dominum laudate eum. Ps. 33. Timete dominum omnes sancti eius. Ps. 111. Beatus vir qui timet dominum. & in eodem. Confirmatum est cor eius non commouebitur. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Firmatum est cor eius non timebit. Ps. 127. Beati omnes qui timẽt dominum. Prouer. 24. Time dominum fili mi & regem. & in eodem. 31. Mulier timens deum ipsa laudabitur. Esa. 59. Et timebunt qui ab occidente sunt nomen domini. Osee. 10. Non eñ timem9 dominum. Et quando est verbum tertie coniugationis tunc significat terrere. ideſt timere facere. vt Nee. 6. Omnes eñ hi terrebant nos. & in eo. Et tobias mittebat epistolas vt terreret me. 2. Reg. 14. Nunc igitur veni vt loquar ad dominum meum regem presente populo. pro quo hebrei legũt. Nunc igitur veni vt loquar ad dominum meũ regem verbum hoc quia terruit me populus. Potest etiam deriuari a dictione רָאָה Raa: que significat videre. & tunc erit talis littera scilicet videbit enim me populus. ideſt vidente populo: quod est idem cum lĩa nostra. Et inde verbũ passiuũ תִּוָּרֵא thiuare: qd̃ põitur Ps. 129. vbi dicitur. Quia apd̃ te propiciatio est & propter legem tuam. pro quo hebrei legunt. Quia apud te propiciatio est vt timearis. vnde beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatẽ trãstulit. Quia tecum propiciatio: cum terribilis sis. Sed si pro תִּוָּרֵא Thiuare. legatur תּוֹרָה Thora. mutata aleph vltima in he. tunc significat legem. Sicut. Lxx. transtulerunt. Inde יִרְאָה Ira siue יִרְאַת Irath. ideſt timor. vt Iob. 28. Timor domini ipsa est sapientia. Ps. 2. Seruite domino in timore. Ps. 18. Timor domini sanctus permanet in seculum seculi. Ps. 54. Timor & tremor venerunt super me. Ps. 110. Initiũ sapientie timor domini. Prouer. 1. Timor domini principium sapientie. & inde מוֹרָא Mora. ideſt timor. terror. pauor. terribilis. Geñ. 9. Et terror vester ac tremor sit sup cuncta animalia. Deut. 34. Magnaq; mirabilia que fecit moyses coram vniuerso israel. quod in hebreo legitur singulariter: scilicet magnũq; mirabile siue terribile quod fecit moyses. tamen in hebreo aliquando ponitur singulare pro plurali & econuerso. Ps. 75. Terribili & ei qui aufert spm̃ principum. Esa. 8. Et timorem eius ne timeatis. & in eodẽ. Ipse est pauor vester. Malach. 1. vbi est timor meus. Et in plurali מוֹרָאִים Moraim. ideſt terribilia siue horribilia: vel horribiles. Deut. 4. Per pugnam & robustam manum extentũq; brachium: & horribiles visiones. Pro quo he. le. Per pugnã siue in pugna & in manu robusta. & i brachio extento & in terribilibus vel horribilibus magnis. Scribitur ẽt cum he in fine loco aleph. Ps. 9. Pone domine legislatorẽ super eos. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam ve. trãstulit. Pone domine terrorẽ eis. Tũ si pro

Magnitudo. Honor.

יְקָרָא Gloria.

יָקִיר Honorabilis. Grauis.

יָקַר Clare. Precium.

יְקָרִים Honorabiles.

יְקָרָה יְקָרַת Pretiosa.

יְקָרוֹת Pretiose. Frigus.

Clara.

יָקַשׁ Offendere Illaqare.

Venari.

Illaqari. Irretire.

מוֹקֵשׁ Scanda

Offendiculum. Ruina.

מוֹקְשׁוֹת Scãdala.

מוֹקְשִׁים Scãdala.

יְקוּשׁ Sudes.

Aucups. Ruina.

יוֹקְשִׁים

יָרֵא Timere.

Capti.

תִּוָּרֵא

Timor.

Terrere.

Terror.

Terribilis Timor. Pauor.

מוֹרָאִים

Horribiles visiones.

Terribilia

© Biblioteca Nacional de España

מוֹרָה Mora legatur מוֹרֶה More: tunc significat preceptorē vel legislatorem sicut Lxx. transtulerunt. Inde נוֹרָא Nora ideſt timendus siue terribilis. Geñ. 28. Quā terribilis est in quit loc⁹ iſte. Exo. 15. Terribilis atq; laudabilis. Ps. 75. Terribilis apud reges terre. Ps. 110. Sanctum & terribile nomē eius. Esa. 18. Ad populum terribilem post quem nō est ali⁹ & in gñe femínino נוֹרָאָה Noraa. vt Esa. 21. De terra horribili. Hebreí tamen dicunt q̄ in predicto loco accipitur p longínqua. Eo quod solent homines in terra peregrina & longínqua timere: cum nesciant eorum mores & consuetudines. & in plurali נוֹרָאוֹת Noraoth. i. terribilia. Ps. 64. Mirabile in equitate. Pro quo hebreí legunt. Terribília in iustitia. Et beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Terribilis in iustitia. Ps. 105. Terribília in mari rubro. Ps. 144. Et virtutem terribilium tuorū dicent. Ponitur etiam aduerbialiter pro terribiliter. vt. Ps. 138. Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es.

Terribilis
Terribilis
Terribilia
Terribilis

יָרַד Iarad. descēdere. hūiliari. deducere. detrahere. defluere. deponere. Geñ. 11. Descendit autem dominus vt videret ciuitatem. & in eodem. 12. Descenditq; Abrā in egyptum. & In eodem. 18. Descendam & videbo. & in eodem. 43. Iam ante descendimus vt emeremus escas. & in eodē. 45. Descende ad me ne morerís. Exo. 15. Descenderūt in profundum quasi lapis. & in eodem. 19. Eo quod descendisset dominus super eum. Nu. 11. Vt descendam & loquar tibi. Iudi. 11. Dimitte me vt duobus mensibus circūeā montes. pro quo hebreí legunt. Dimitte me duobus mensibus vt vadam & descendam super montes. & dicunt aliqui hebreí q̄ in predicto loco ponitur per antiphrasim descendā pro ascendam. Alíi vero dicunt q̄ ideo dicitur descendam: eo quod domus eius erat in maspha qui est locus eminentior aliis montibus circuniacētib⁹. & in eodem. 19. Et dies mutabatur in noctem. pro quo hebreí legunt. Et dies descēderat valde. i. descenderat vel declinauerat ad vesperam. & est sensus sicut in littera nostra. 1. Reg. 23. Ephod secum habens descenderat. & in eodem. Descendit ad petram & versabatur in deserto maon. & in eodem. 26. Aut in prelium descendens perierit. & in eodē. 29. Non descendat nobiscū in prelium. Ps. 29. Saluasti me a descendentibus in lacum. & in eodem. Dum descendo in corruptionem. &. Ps. 45. Descendant in infernum viuentes. Prouer. 30. Quis ascendit in celum atq; descendit. Esa. 30. Quí descenditis in egyptum. & in eodem. 50. Descendet in fletum. & in eodem. 63 Quasi animal in campo descendens. & in eodem. 64. Vtinam dirumperes celos & descenderes. Significat etiam humiliare vel subiicere. vt Deut. 20. Donec capías ciuitatem que contra te dimicat. pro quo hebreí legunt. Donec descēdat. i. subiiciatur. s. ciuitas. & in eodem. 28. Et destruantur muri tui firmissimi atq; sublimes. i. subiiciantur vel humilientur. Item significat deducere. i. deorsum ducere. vt Hiere. 9. Et deducant oculi nostri lachrimas. Threñ. 1. Et oculꝰ meus deducens aquas. & aliquando scribitur sine iod vt in aliquibus locis predictis. & quando est verbum tertie conIugationis tunc significat. Deponere vel defluere aut detrahere seu deducere. Descendere facere: siue deorsum ponere aut deorsum fluere: seu deorsum trahere. vt Geñ. 24. Que festinans deposuit hydriā de humero. & in eodē. 43. Sed et aliud attulimus argentum. i. deduxím⁹. & in eodem. 45. Et adducite eum ad me. Exo. 33. Iam nūc depone ornamētum tuum. Nu. 1. Deponent leuite tabernaculum. & in eo. 4. Deponent velum quod pendet ante fores. & in eodem. 10. Depositumq; est tabernaculum. 1. Reg. 21. Defluebant saliue eius in barbam. Ps. 54. Deduces eos in puteum interitus. Ps. 77. Et deduxit tāq; flumina aquas. Esa. 10. Et detraxi quasi potens in sublime residentes. & in eodem. 14. Verumtamen ad infernum detraheris. Threñ. 2. Deduc quasi torrentem lachrimas. Ezech. 32. Et detrahe eam ipsam & filias gentium. Ponitur etiam pro cōtristari. vt. Ps. 54. Cō tristatus sum in exercitatione mea. Et aliqui hebreí dicunt q̄ in predicto loco significat cōqueri. Ponitur ēt pro operíre. vt. 3. Reg. 6. Et operuit tā cherubim q̄ palmas auro. Hebreí tamen dicunt q̄ in predicto loco significat expandere vel extendere. Quia idē significat in lingua chaldaica. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Et extendit super cherubim & super palmas aurum. Inde מוֹרָד Morad. i. descensus. vt Ios. 10. Et essent in descensu bethoron. Hiere. 48. In descēsu horonaím. Item מוֹרָד Morad. i. dependens vel declinās vt. 3. Reg. 7. Quasi lora ex ore dependentia.

Detrahere
Cōtristari
Operire.
Extēdere
מוֹרָד
Decensus.
מוֹרָד
Dependēs
יָרָה

יָרָה Iara. iacere. proiicere. iaculari. sagittare. mittere. immittere. docere. ostendere. Exo. 15. Currus pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. & in eodem. 19. Aut cōfodietur iaculis. Pro quo hebreí legunt. Aut iaculatione iaculabitur. i. proiícientur in eum iacula. & est idem sensus cum littera nostra. Ios. 18. Vt coram domíno deo vestro mittam vobis sortem. 1. Reg. 20. Et ego tres sagittas mittam iuxta eum. & in eodem. Iecit aliam sagittam trans puerum. & in eodem. Venit itaq; puer ad locum iaculi quod miserat ionathas. & in eodem. 21. Et consecutí sunt eum viri sagittarii. i. mittētes sagittas. z. Reg. 11. Ex muro tela mittātur. 4. Reg. 13. Iace sagittam: & iecit. z. Paralip. 35. Ibiq; vulnerat⁹ a sagittariis. pro quo hebreí legunt. Et iecerunt mittentes. s. iacula in regem Iosíam. Ps. 63. Et exaltabitur de⁹: sagítte parvulorum facte sunt plage eorum. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Sagittabit ergo eos deus iaculo repentino inferētur plage eorum. Potest etiam legí sicut Lxx. transtulerūt: quía eisdē lítteris vtrūq; potest scríbí in hebreo: mutatis tamē punctis. Esa. 37. Non iaciet ibi sagittam. & aliquando scribitur cum aleph loco he. vt. 2. Reg. 11 Et direxerunt iacula sagittarii. ideſt iecerunt síue miserunt iacula. 2. Paralip. 26. Vt mitterent sagittas & saxa grandia. Scribitur etiam aliquādo sine he & sine aleph. vt Nu. 21. Iugum ipsorū dísperíit ab esebon. Pro quo hebreí legunt. Proíiciem⁹ eos: periit esebon. ideſt proíiciemus eos & pugnabímus contra esebon. Potest etiam deriuarí a dictione נִיר Nír: que in lingua chaldaica significat iugum. sicut est in littera nostra. Item יָרָה Iara. i. ostendere siue docere. vt Exo. 15. Qui ostendit ei lignum. & in eodem. 35. Dedit in corde eius. Pro quo hebreí legūt. Et ad ostendendum vel ad docendum dedit in corde eius. ideſt vt possínt alíos docere. 4. Reg. 12. Quíbus docuit eū ioiada sacerdos. Iob. 6. Docete me & ego tacebo. & in eodē 27. Docebo vos per manum dei. Ps. 118. Legem pone míhí domine viam iustificationum tuarum. Pro quo beatus Hieronymus in psalterío iuxta hebraicam veritatem transtulit. Ostende mihi domine viam preceptorum tuorum. Prouer. 4. Et docebat me atq; dicebat. Esa. 2. Et docebit nos vías suas. & in eodem. 28. Quem docebit scientiam. & in eodem. Deus suus docebit illum. Ponitur etiam pro erígere. vt Geñ. 31. En tumulus hic & lapis quem erexí. Item ponitur pro comparare. vt Iob. 30. Comparatus sum luto. ideſt ostēdit me cē lutū: sicut exponūt hebreí. & inde מוֹרֶה More. i. docēs síue oñdēs vel legislator. Iob. 36. Nullꝰ símilis eí in legislatoríb⁹. Ps. 83. Etenim bñdictionē dabit legislator. Pro q̄ btūs hieronym⁹ ín psalterío iuxta he. ve. trāstulit Bñdictiōe quoq; amícietur doctor. Prouer. 5. Neq; audiuí vocem docentium me. Esa. 30. Et erunt ꝙculí tui vídentes

Ostendere
Docere.
מוֹרֶה
Legislator
Doctor.
Docens.

© Biblioteca Nacional de España

preceptorem tuū. Ioel. 2. Qui dedit vobis doctorem iustitie. Ponitur ēt מוֹרֶה More pro illustri. vt Geñ. 11. Vsq; ad cō uallem illustrē. Hebrei tñ dicūt q; in predicto loco est nomē ꝓpriū loci. & similr. Deut. 11. Vbi dicitur. que est iuxta vallē tēdentē & intrātē ꝓcul. pro q; he. le. Que est iuxta vallem מוֹרֶה More. i. ostendens. Ponitur etiā pro excelso. Iudi. 7. Ad septentrionalē plagam collis excelsi. & inde תּוֹרָה Thora. i. lex. doctrina. vt Exo. 12. Eadem lex erit indigene & colono. & in eodē. 24. Daboq; tibi tabulas lapideas & legem atq; mandata. Deut. 27. Et scribes super lapides omia verba legis. Esa. 2. De sion exibit lex. & qñ post se regit genitiuum mutat he vltimū in tau. vt Exo. 13. Vt lex eius semp sit in ore tuo. Leuit. 6. Hec est lex hostie pro peccato. 2. Reg. 7 Ista eñ est lex Adam dñe deus. Ps. 1. Sed in lege dñi volun tas eius: & in lege eius meditabitur. & in plurali תּוֹרוֹת Thoroth. i. leges. vt Geñ. 26. Legesq; seruauerit. Leuit. 26. Hec sunt mandata atq; precepta & leges. Item יוֹרֶה Iore. i. pluuia tēporanea siue matutina. Deut. 11. Dabit pluuiam terre tue temporaneā. Hiere. 5. Metuam⁹ deū qui dat nobis pluuiam tēporaneam. Ioel. 2. Et descendere faciet ad nos imbrem matutinū & serotinum. Ponitur etiā יוֹרֶה Iore ꝓ ine briare vel irrigare. Prouer. 11. Et qui inebriat ipe quoq; inebriabitur. Vide etiā de hoc infra in dictione רָוָה Raua. & ēt dictio מוֹרֶה More de qua supra dictum est q; significat doctorem vel preceptorem: in aliquib⁹ locis predictis hebrei interpretantur imbrem vel pluuiam. s. temporaneam.

מוֹרֶה Illustris

מוֹרֶה Excelsum.

תּוֹרָה Lex.

תּוֹרוֹת Leges.

יוֹרֶה Tpanea

Imber matutinus

יוֹרֶה Inebriare

מוֹרֶה

יַרֵחַ Luna

יַרֵחַ Iaréach. Luna. Mensis. Iob. 25. Ecce luna etiam non ſplēdet. Ps. 8. Lunā & stellas que tu fundasti. Ps. 71. Et ante lunā in generatione & generationem. Ps. 103. Fecit lunam in tempore. Esa. 13. Et luna non splendebit in lumine suo. & in eodē. 66. Et luna tua non minuetur. Declinatur ēt pluraliter יְרָחִים Ierachim: quasi sint plures. eo q; in quolibet mense luna innouatur. Deut. 33. De pomis fructuum solis ac lune. Quod in hebreo legitur pluraliter. s. lunarum. & in lingua chaldaica scribitur cum nun in fine loco mem. Dan. 4. Post finem mēsium duodecim. Ponitur etiam pro mense tam in singulari q; in plurali. eo quod apud hebreos cōputabantur menses lunares. Exo. 2. Abscondit eum tribus mensibus. 3. Reg. 6. Anno quarto fundata est dom⁹ domini in mense Zio. & in eo. in mēse Bul. Iob. 29. Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos.

יְרָחִים Lune.

Mensis Menses.

יָרַט Peruertet Declinare

יָרַט Iarat. peruertere. declinare. Nu. 22. Quia peruersa est via tua: mihiq; cōtraria. Iob. 16. Et manibus impiorū me tradidit. i. me declinauit siue vertit.

יֶרֶךְ Femur.

יֶרֶךְ Ie'rech siue יָרֵךְ Iarech. femur. hastile. lat⁹. Geñ. 24. Pone manū tuā subter femur meū. & in eo. 32. Tetigit neruum femoris eius. & in eodem. Qui emarcuit in femore iacob. Ezech. 24. Et omnē partem bonā & femur & armū. & in plurali יְרֵכַיִם Ierechaim. Exo. 28. A renibus vsq; ad femora. Pōitur etiā pro pede vel hastili cādelabri vnde procedunt calami. vt Exo. 25. Hastile eius & calamos. Item ponitur pro latere vel plaga aut regione. vt Leuit. 1. Ad latus altaris quod respicit ad aquilonem. Scribitur etiā cum tau in fine: quod denotat genus femininū. vt Geñ. 49. Pertingens usq; ad sidonē. Pro quo hebrei legunt. Et latus eius siue regio vel plaga eius vsq; ad sidonem. Exo. 26. Ad occidentalem vero plagam tabernaculi facies sex tabulas. Esa. 14. Et sedebo in mōte testamenti in lateribus aquilonis. Ponitur etiam pro angulo. vt Exo. 26. Et rursum alias duas q; in angulis erigantur.

יְרֵכַיִם Femora. Hastile. Latus.

Plaga.

Angulus.

יָרַע Diſplicere

יָרַע Iaraa. displicere. dure vel aspere accipere. callide agere. malignari. affligere. vexare. inuidere. 1. Reg. 8. Displicuitq; sermo in oculis samuelis. & in eo. 18. Et displicuit in oculis ei⁹ iste sermo. 1. Paralip. 21. Displicuit aūt deo q; iussum erat. Geñ. 21. Dure accepit hoc Abraā. Pro quo hebrei legūt. Et displicuit verbum siue res nimis in oculis Abraam. & in eodē. Non tibi videatur asperū. pro quo hebrei legūt. Non displiceat in oculis tuis. & est sensus sicut in littera nostra. & in eodē. 38. Eo quod rem detestabilē fecerat. Deut. 15 Neq; ages quippiam callide in eius necessitatibus subleuādis. Pro quo hebrei legunt. Neq; displiceat in oculis tuis cū dederis ei. i. nec durum vel asperum tibi videatur. Ponitur etiam pro affligere siue vexare. 2. Reg. 20. Nunc magis afflicturus est nos siba filius Bocri. Iob. 20. Affligetur qui relictus est in tabernaculo suo. Ps. 105. Et vexatus est moyses propter eos. Item ponitur pro inuidere. Deut. 28. Inuidebit fratri suo. & in eodem. Inuidebit viro suo. i. callide vl' maligne aget contra eum. Ponitur etiā pro vlulare. vt Esa. 15. Super hoc expediti Moab vlulabunt: anima eius vlulabit sibi. Vide etiā de hoc infra in dictiōe רוּעַ Roa. Itē יְרִיעָה Ieriaa. cortina. sagum. Exo. 26. Decem cortinas de byſſo retorta. & in eodem. Longitudo cortine vnius habebit viginti octo cubitos. & in eodem. Facies & saga cilicina vndecim & in eodem. Longitudo sagi vnius habebit triginta cubitos. Et quia cortine solebant fieri quandoq; ex pellib⁹: ideo nostra translatio aliquando traduxit pellem pro cortina. vt 2. Reg. 7. Et arca dei posita sit in medio pelliū. i. in medio cortinarum ex pellibus. Ps. 103. Extendens celum sicut pellem. Canti. 1. Sicut pelles salomonis.

Dure accipere. Displicere videri

Affligere

Vexari. Inuidere

Vlulare

יְרִיעָה Cortina

Sagum

Pellis.

יָרַק Saliuā iacere. Expuere.

יָרַק Iarac. expuere. cōspuer. Leuit. 15. Si saliuā huiuicemodi homo iecerit super eum qui mundus est. Nu. 12. Si pater eius expuisset in faciem ei⁹. Deut. 25. Expuetq; in faciem eius. & aliquando scribitur sine iod. vt Iob. 30. Et faciem meam conspuere non verentur. Esa. 50. Faciem meā non abscondi ab increpantib⁹ & cōspuentibus in me. & inde רוֹק Roc. i. saliua. sputum. Iob. 7. Nec dimittis me vt glutiam saliuam meam. Item יֶרֶק Ierec aut יָרָק Iaroc. i. herba fenum. virens. olus. Geñ. 1. Vt habeant ad vescendum. Pro quo hebrei legunt. Ois viridis herba siue omne olus herbe ad vescendum. s. sit. & in eodem. 9. Quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Deut. 11. Vbi iacto semine in hortorum morē aque ducuntur irrigue. Pro quo hebrei legūt. Vbi seminabis semen tuum & irrigabis pede tuo sicut hortū oleris. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum. 4. Reg. 19. Et virens herba tectorum. Iob. 39. Et virentia queq; pquirit. & inde יְרַקְרַק Ieracrac. i. viride siue pallidum. aut viror vel pallor. vt Leuit. 13. Si alba vel ruffa macula fuerit infecta. Pro quo hebrei legunt. Si pallida vel ruffa macula fuerit. & in eodem. 14. Quasi valliculas pallore siue rubore deformes. Ps. 67. Et posteriora dorsi eius in pallore auri. Beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et posteriora eius in virore auri. & inde יְרַקְרַק Ieracon. i. pallor. & ponitur pro rubigine vel aurugine. vt Deut. 28. Ardore & estu & aere corrupto ac rubigine Hiere. 30. Et conuerse sunt vniuerse facies in auruginem. Amos. 4. Percussi vos vento vrente & aurugine. & similiter aggei. 2. vbi eadem verba habentur.

Saliua

יֶרֶק Viridis Olus.

יְרַקְרַק Virens

Pallidum

Pallor

Viror.

יְרַקְרַק Rubigo Aurugo.

יָרַשׁ Hereditat Heredē ee.

יָרַשׁ Iaras. possidere. hereditare. acquirere. heredem esse. exterminare. disperdere. expellere. delere. cōsumere. vastare. depauperare. Geñ. 15. Et ecce vernaculus meus heres me⁹ erit. idest hereditabit me. & in eodem. Nō erit hic heres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo ipsum habebis heredem. Pro quo hebrei legunt. Ipse hereditabit te. & in eodē. 21. Non eñ erit heres filius ancille. Nu. 13. Ascendamus & possideamus terram. & in eo. 14. Et semen ei⁹ possidebit eā. Deut. 4. Et ingrediēs possideas terrā. & in eo. 12.

© Biblioteca Nacional de España

Gentes ad quas ingredieris possidendas. Et in eo. Et posse deris eas atq; habitaueris in terra earū. & in eo. 18. Gentes iste quarū tu possidebis terrā. Et in eo. 19. Et possederis eam habitaueris q; in vrbibus eius. & in eo. Quam dñs deus tuus daturus est tibi in possessionē. Et in eo. 26. Quam dñs deus tuus tibi daturus est possidendam & obtinueris eam. i. possederis. Et in eo. 33. Mare & meridiem possidebit. Ios. 1. Ad possidendam terram quam dñs deus noster daturus est nobis. Et in eo. 13. Que necdum sorte diuisa est. pro quo he. le. Que necdū possessa ē. Iudi. 11. Et tu vis possidere terrā eius. Et ī eo. Nōne ea que possedit chamos deus tuus tibi iure debentur: que aūt dñs deus noster victor obtinuit in nostrā cedēt possessionē. pro quo he. le. nōne quod possidere te fecit chamos deus tuus illud possidebis: & oē quod possidere fecit siue oēs quos eiecit vel expulit dominus deus noster a facie nostra illud possidebimus Esdre. 9: Et heredes habeatis filios vestros. 1. Paralip. 28. Vt possideatis terram bonam. Ps. 36. Iusti autem hereditabūt terrā. Et in eo. Mansueti autem hereditabunt terram. Esa. 65. Et hereditabūt eā electi mei. Hiere. 49. Cur igitur hereditate possedit Melchom gad. Et ī eo. Et possidebit israel possessores suos. Osee. 9. vrtica hereditabit eos. Abdie. 1. Et hereditabunt hi qui ad austrum sunt mōtē Esau. Et in eo. Et possidebit domus iacob eos qui se possederāt. i. possessores suos. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatū. Et in eodem. Et possidebunt regionem ephraim. Zach. 9. Ecce dñs possidebit eā. Et aliqñ scribitur sine iod vt in aliquibus locis predictis. Deut. 2. Incipe possidere. 3. Reg. 21. Surge posside vineā Naboth. Inde יוֹרֵשׁ Iores. i. heres. possessor. vt Hiere. 49. An heres non est ei. Mich. 1 Adhuc heredē adducā tibi. & inde יְרֻשָׁה Iereſa. siue יְרוּשָׁה Ieruſa. i. hereditas. possessio. Nu. 24. Et erit idumea possessio eius. Et ī eo. Hereditas seir cedet inimicis suis. Deut. 2. Quia in possessionē esau dedi mōtē seir. & in eo. Quia filiis loth tradidi eam in possessionem. Ps. 60. Dedisti hereditatem timentibus nomen tuum. & aliquando scribitur cum mem in principio & dicitur מוֹרֵשׁ Moras. idest possessio. vt Esa. 14. Ponam eam in possessionem ericii. Et inde מוֹרָשָׁה Morasa. siue מוֹרֶשֶׁת moreſeth. i. hereditas. possessio Deut. 33. Hereditatem multitudinis Iacob. Mich. 1. Propterea dabit emissarios super hereditatem geth. significat etiam predicta dictio יָרַשׁ Iaras. exterminare. siue disperdere vel delere. aut expellere. vel consumere. siue vastare. Et tunc communiter est verbum tertie coniugatiōis. Exo. 15. Interficiet eos manus mea. i. dispdet vel exterminabit eos manus mea. & in eo. 34. Cum enim tulero gentes a facie tua. i. cū exterminauero vel expulero gētes a facie tua. Nu. 14. Feriam igitur eos pestilentia atq; consumā. Et in eo. 33. Disperdite cunctos habitatores terre illius. Et in eodē. Sin autem nolueritis interficere habitatores terre. i. exterminare vel consumere. Deut. 2. quibus expulsis atq; delētis. & in eo. Et fecit illos habitare pro eis. pro quo hebrei legunt. Et expulerunt eos & habitauerunt pro eis. Et in eo. 7. quomodo potero delere eas. Et in eo. 9. qui cōterat eos & deleat atq; disperdat velociter. Et in eodem. Sed quia ille egerunt impie introeunte te delete sunt. Et in eodē. 28. Et fruges terre tue rubigo consumet. Ios. 8. Et vastabitis ciuitatem. Iudi. 1. Nec potuit delere habitatores vallis ben iamin. Et in eo. qui deleuit ex ea tres filios enach. Iob. 13. & consumere me vis peccatis adolescentie mee. Ponitur ēt pro extrahere. vt in eo. 20. De vētre eius extrahet eas deus. Ponitur etiam pro torquere. vt in eodem. 17. Torquentes cor meum. Item significat depauperare vel pauperē facere. Genē. 45. Ne & tu pereas & omnis domus tua. Pro quo he. le. Ne depaupereris tu et omnis dom? tua. i. ne pauperetis vel inopia pereas. 1. Reg. 2. Dominus pauperē facit & ditat. Iudi. 14. An idcirco vocastis nos ad nuptias vt expoliaretis nos. pro quo hebrei legunt. vt depauperaretis nos. idest vt faceretis nos pauperes. Alii vero secundū primam significationem legūt sic scilicet vt hereditaretis nos idest vt quasi iure hereditario expoliaretis nos. Prouer. 30 Aut paupertate compulsus furer. pro quo hebrei legūt. ne depauperer & furer. Inde רַשׁ Ras. i. pauper. ps. 81. & humilem & pauperem iustificate. De quo vide infra in dictione רוּשׁ Ros. Inde תִּירוֹשׁ Thiros. idest vinum. Genē. 27. Frumēto & vino stabiliui eum. Deut. 7. Frumento tuo atq; vinde mie. Pro quo hebrei legunt. frumento tuo & vino tuo. & ī eodem. 11. vt colligatis frumentum & vinum & oleū. Osee. 2. & hec nescivit quia ego dedi ei frumentum & vinū. Ponitur etiam pro grano vue de quo vinū exprimitur. Esa. 65. Quomodo si inueniatur granum in botro.

יֵשׁ Ies est. verbū sustantiuum tertie persone. De quo vide infra in dictione יֵשָׁה Iasa.

יָשִׁישׁ Iases. siue יָשִׁישׁ Iasis. senex. antiquus. longeuus. decrepitus. 2. Paralip. 36. Non est misertus adolescentis & virginis & senis nec decrepiti quidem. vbi ponitur p decrepito. Iob. 11. Et senes & antiqui sunt in nobis. Quod in hebreo legitur in numero singulari. Et in plu. יְשִׁישִׁים vt in eo. 12. In antiquis est sapientia. Et in eo. 32. Iunior sū tempore: vos autem antiquiores. Et potest deriuari a predicta dictione יֵשׁ Ies que significat est. eo quod diu est: & longe durat.

יָשַׁב Iasab. Habitare. sedere. manere. stare. expectare. morari. collocare. ducere. Genē. 4. Et habitauit profugus in terra. Et in eodem. 13. Et nequibant habitare communiter. Et in eo. Abram habitauit in terra canaam: loth vero moratus est in oppidis que erant circa iordanē. Et in eodē 19. Timuerat enim habitare in segor. Et in eo. 25. Iacob aūt vir simplex habitabat in tabernaculis. Et in eo. 35. Et ascende bethel & habita ibi. Et in eo. 45. Et habitabis ī terra gesen. Leuit. 23. Et habitabis in vmbraculis septem diebus. Nu. 13. Amalech habitat in meridie. Et in eo. Cananeus vero moratur iuxta mare. Deut. 12. Et habitabitis in terra. Et in eo. 25. Quando habitaueritis fratres simul. 2. Reg. 5. Reuertere & habita cū rege. ps. 21. Tu autem in sancto habitas. Ps. 83. Beati qui habitant in domo tua domine. Ps. 122. qui habitas in celis. Ps. 131. Hic habitabo quoniam elegi eam. Ps. 139. Habitabunt recti cum vultu tuo. Esa. 5. Nunquid habitabitis vos soli in medio terre. Et in eo. 13. Non habitabitur vsq; in finem. Et in eo. 44. Qui dico ierusalem habitaberis. Hiere. 17. In terra salsuginis & inhabitabili. pro quo he. le. in terra salsuginis que non habitatur. Et in eo. 22. vrbes inhabitabuntur. Et in eo. 42. Non habitabimus in terra ista. Thren. 1. Habitauit inter gētes. Ezech. 26. Quomodo peristi que habitas in mari. Et ī eo. Sicut ciuitates que non habitantur. Et aliquando scribitur sine iod vt in aliquibus locis predictis. Significat etiam sedere. vt Genē. 21. Seditq; e regione procul. Et in eo. 31. Abscondit idola subter straménta cameli & sedit desuper. Et in eodem. 43. Sederunt coram eo. Et in eo. 49. Sedit in forti arcus eius. Exo. 2. Et sedit iuxta puteum. Exo. 16. quā do sedebamus super ollas carnium. Leuit. 15. Et vbicunq; sederit. Nu. 32. Et vos hic sedebitis. Deut. 1. Sedistis ergo in cadesbarne multo tempore. 1. Reg. 4. Heli sedebat super sellam. Et in eo. 20. Et ego ex more sedere soleo iuxta regem. Et in eodem. & sedebis iuxta lapidem cui nomen est

Possidere. Hereditas Hereditas Possessio. Hereditas Possessio. Hereditas Dispdere. Cōsumere. Exterminare. Expellere. Delere. Vastare Extrahere Torquere

Depauperare. Expoliare. יָרַשׁ Pauper. תִּירוֹשׁ Vinum Granum. יֵשׁ יָשִׁישׁ Decrepit? Antiquus יְשִׁישִׁים Antiqui. יָשַׁב Habitare. Morari. Inhabitat Sedere.

© Biblioteca Nacional de España

Azel. Et in eo. Et sedit rex ad comedendū panem. ps. 1. & in cathedra pestilentie nō sedit. ps. 28. Et sedebit dñs rex ineternū. ps. 109. Sede a dextris meis. ps. 131. Sedebunt super sedem tuā. Esa. 14. Et sedebo in mōte testamēti, Itē significat manere. vel quiescere. vt Gen. 19. Et mansit ī mōte. Et in eo. Et mansit in spelunca. Leuit. 12. Sed manebit triginta tribus diebus. Et in eo. 23. Omnis qui de genere est israel manebit in tabernaculis. Nu. 20. Et mansit populus in cades. Ios. 5. Manserunt in eodem castrorū loco. 1. Reg. 1. Et maneat ibi iugiter. Ruth. 2. Et nec ad momentū quidē domū reuersa est. Pro quo he. le. Modicum quidem manet vel quiescit in domo. vel sic. Hec habitatio eius in domo modica est. Esa. 30. Supbia tantū est quiesce. Hiere. 42. Si quiescētes manseritis in terra hac. Itē significat expectare vel prestolari aut morari. Exo. 24. Expectate hic donec reuertamur ad vos. Iudi. 6. Ego prestolabor aduentū tuum. 2. Reg. 19. Cum moraretur ī castris. Ester. 2. mardocheus morabatur ad ianuā regis. Et inde verbū tertie cōiugationis הוֹשִׁיב Hosib: quod significat Habitare facere. sedere facere: aut collocare. Gen. 47. In optimo loco fac eos habitare. Et in eo. Ioseph vero patri & fratribus dedit possessionem in egypto. pro quo he. le. Et habitare fecit ioseph patrē suū & fratres suos & dedit eis possessionem in terra egypti. 3. Reg. 21. Et sedere facite nabot inter primos populi. Et in eo. Et submittite duos viros filios Belial pro quo he. le. Et sedere facite duos viros filios Belial. Et ī eo. Et sedere fecerūt Nabot inter primos populi. Ps. 67. Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. Ps. 112. vt collocet eū cū principibus. Et in eo. Qui habitare facit sterilem in domo. Hiere. 32. Et reducam eos ad locum istum & habitare eos faciam confidenter. Ezech. 25. Et collocabunt caulas suas in te. Item ponitur pro ducere. s. vxorem. Esdre. 10. Qui duxerunt vxores alienigenas. i. habitare eas fecerunt secum. Et in eodem. Omnes viri qui duxerunt vxores alienigenas. Nec. 13. Sed & in diebus illis vidi iudeos ducentes vxores. Ponitur etiam pro reducere. 2. Reg. 15 Si reduxerit me dominus. Pro quo hebrei legunt. si reducens reduxerit me dominus. Inde. יוֹשֵׁב Ioseb. idest habitator siue habitans. vel sedens. Gen. 25. Iacob autem vir simplex habitans in tabernaculis. Exo. 15. Dolores obtinuerunt habitatores philistiim. Et in eo. obriguerunt omnes habitatores canaan. Ps. 16. Sicut catulus leonis habitans in abditis. ps. 106. sedentes in tenebris & in vmbra mortis. Esa. 6. Vidi dominū sedentem super soliū. Et in eo. 10. Noli timere populus meus habitator sion. & inde שֵׁבֶת sebeth. i. habitatio vel sessio: aut sedes: vel cathedra. vt. 2. Reg. 23. dauid sedens in cathedra sapientissimus. Et supra in eo. Comburentur vsq; ad nihilum. pro quo hebrei legunt. Comburentur in habitatione vel in sessione. idest in loco vbi sunt. Potest etiam deriuari a dictione שַׁבָּת sabath que significat cessare vel desinere. quasi dicat. vsquequo cessent vel desinant esse. & erit sensus sicut in littera nostra. ps. 138. Tu cognouisti sessionem meam. Hiere. 9. Habitatio tua in medio idoli. Threñ. 3. Sessionem eorū & resurretionē eorū vide. Amos. 6. Et appropiquatis solio iniquitatis. Inde מוֹשָׁב Mosab. i. habitatio. sessio. cathedra. sedes. Leuit. 25. Qui vēdiderit domum intra vrbis muros. pro quo he. le. Qui vēdiderit domum habitationis intra vrbem muratam. 4. Reg. 2. Ecce habitatio vrbis huius optima est. ps. 131. Elegit eā in habitationē sibi. Ponitur ēt p sede vel cathedra aut sessiōe. 1. Reg. 20. Requiretur enī sessio tua. & in eo. Cumq; sedisset rex sup cathedrā suā. ps. 1. Et in cathedra pestilētie nō sedit. ponitur ēt p cognatioe. 1. Reg. 9. oīs vero cognatio dom⁹ sibe seruiebat mephiboseth. pro quo he. le. oīs habitatio dom⁹ sibe. i. oēs qui habitabāt in domo eius. Et in plu. מוֹשָׁבוֹת Mosboth. Exo. 12. In cūctis habitaculis vestris edetis azyma. Et inde מוֹשָׁבֶת Nosebeth. i. habitabilis in genere femininо. vt Exo. 16. Donec venirent in terrā habitabilem. & inde תּוֹשָׁב Thosab. i. inquilinus siue colonus. vt Leuit. 22. Inquilinus sacerdotis & mercenarius nō vescetur ex eis. Et in eo. 25. sed quasi mercenarius & colon⁹ erit tecū. Ponitur ēt pro peregrino vel aduena. vt Gen. 23. Aduena sum & peregrinus apud vos. Exo. 12. Aduena & mercenarius non comedet ex eo. Et in eo. 25. Et susceperis eū quasi aduenam & peregrinum.

יֶשׁ Iasa. Est. erat. esset. fuisset. siue illud quod est. est enim verbū substantiuum tertie psone. & scribitur sine he & dicitur יֵשׁ Ies. Exo. 17. Est ne deus in nobis an non: Nu. 9. Quotquot diebus fuisset nubes sup tabernaculū. p quo he. le. Et erat. i. eueniebat qđ erat diebus numeri sup tabernaculū. Et in eo. Et si fuisset nubes a vespere vsq; manc. 4. Reg. 10. Nūquid est cor tuū rectū. Et in eo. Et ait Ionadab est. Iob. 16. vtinā esset aīa vestra pro aīa mea. ps. 7. si est iniquitas in manibus meis. Prouer. 11. Alii diuidunt propria & ditiores fiunt. pro quo he. le. Est qui dispersit vel qui diuidit & additur amplius. & est sensus sicut in littera nostra. Et in eo. 14. Est via que videtur hoī recta. & qñ cōponitur cū pronominibus tūc est secūde vel tertie persone. vt Gen. 24. si direxisti viā meā. pro quo hebrei legunt. si es tu diligens viam meam. Et in eo. si facitis misericordiam & veritatem cum domino meo. pro quo he. le. si estis vos facientes misericordiam & veritatem cū dño meo. Deut. 29. sed cunctis presentibus & absentibus. pro quo he. le. sed cum eo qui est hic nobiscum stāte hodie corā dño deo nostro & cū eo qui non est nobiscum hodie. sed beatus hieronymus trāstulit sensum. significat ēt יֵשׁ Ies illud quod est siue aliquid. vt Prouer. 8. Vt ditem diligētes me. pro quo he. le. vt hereditare faciam vel possidere faciam diligentes me est. i. illud quod est siue aliquid. & inde תּוּשִׁיָה Thusiia. i. illud quod est. Et dicunt hebrei ס significat sapientiam vel legē aut fortitudinē. Eo quod ꝓprie dicūtur esse & existere. Beatus vero hieronymus varie transtulit. Nā aliqñ traduxit sapientiā vel prudētiā. vt Iob. 12. Apud ipsum est fortitudo & sapientia. Et in eo. 26. Et prudentiā tuā ostēdisti plurimam. In alio vero loco traduxit salutem. Prouer. 2. Custodiet rectorum salutem. Mich. 6. Et salus erit omnibus timētibus nomen eius. item transtulit equitatem vel iustitiam. vt Prouer. 8. Meum est consilium & equitas. Esa. 28. Et magnificaret iustitiam. Item transtulit legem. vt Iob. 11. Et qđ multiplex sit lex eius. Prouer. 3. Custodi legem meam atq; consilium. Item ponitur pro necessariis. idest cognatis vel amicis. vt Iob. 6. Necessarii quoq; mei recesserunt a me. Sed in hebreo in predicto loco ponitur verbum singularis numeri scilicet recessit a me. vnde hebrei legunt. Et sapientia vel prudentia recessit a me. significat etiam illđ qđ sapienter vel prudenter excogitatur. Iob. 5. Ne possint implere manus eius quod ceperant. pro quo in hebreo habetur. Et non facient manus eius תּוּשִׁיָּתָם Thusiia. idest illud qđ excogitauerant. Alii vero legunt. Et non facient manus ei⁹ efficaciam. Item ponitur pro tempore. Prouer. 18. In omni tempore erit exprobrabilis. Item pōitur pro valide. Iob 30. Et quasi super ventum ponēs elisisti me valide.

יָשַׁח Iasach. humiliare. incuruare. Esa. 2. Et incuruauit se homo. Et in eodem. Et humiliabitur altitudo virorū. Esa. 51. Qui dixerunt anime tue incuruare vt transeamus. Et inde nomen יְשַׁח iasach. idest incuruatio. humiliatio.

Manere.
Quiescere
Expectare prestolari. Morari.
הוֹשִׁיב
Habitare facere.
Sedere facere.
Collocare
Ducere.
Reducere. יוֹשֵׁב
Habitans. Habitator.
Sedens.
שֵׁבֶת
Sedens.
Habitatio.
Cessare.
Sessio.
solium.
מוֹשָׁב
Habitatio.
Sessio. Cathedra. Cognatio.
מוֹשָׁבוֹת Habitacula.
מוֹשָׁבֶת habitabilis
תּוֹשָׁב Inquilin⁹ Colonus.
peregrin⁹. Aduena.
יֶשׁ
יֵשׁ Est. Erat.
Fuisset.
Esset.
Illud qđ est תּוּשִׁיָה
Sapientia ꝓ Prudētia.
salus.
Equitas. Iustitia. Lex.
Necessarii.
qđ ceperūt
Efficacia. Tempus. Valide.
יָשַׁח Incuruare. Humiliare
יְשַׁח

© Biblioteca Nacional de España

Pũstiatio. שַׁחַת Fouea.

Michee. 6. Et humiliatio tua in medio tui. & inde שַׁחַת Sachath. ideſt fouea. Ps. 95. Donec fodiatur peccatori fouea. Et de hoc vide infra in dictione שׁוֹחַ Sóach. & in dictione שַׁחַת Sachath.

יָשַׁט Tẽdere. Extendere

יָשַׁט Iaſat. Extendere. tendere. porrigere. Eſter. 4. Niſi forte rex auream virgam ad eum tetenderit. Et in eodem. 5. Et extendit contra eam virgam auream.

יָשַׁם In ſolitudinẽ redigere. Deſſolare.

יָשַׁם Iaſam. deſolare. In ſolitudinẽ redigere. diſſipare. de moliri. vt Geñ. 47. Ne pereunte cultore redigatur terra in ſolitudinem. Nu. 21. Laſſi peruenerunt in iophe. Pro quo hebrei legunt. Et deſſolauimus eos vſq; nophe Poteſt etiam legi ſic. Et femine ſiue mulieres vſq; nophe. ideſt laſſi quaſi mulieres venerunt vſq; nophe. Et eſt idem cum littera noſtra. Nam dictio hebraica נָשִׁים Naſim que ibi ponitur poteſt eſſe verbum prime perſone pluralis numeri a ſupradicta dictione deriuatum. & poteſt etiam eſſe nomen quod communiter ſignificat mulieres. Hiere. 49. Et niſi diſipauerint cum eis habitacula eorum. Ezech. 6. Et excelſa demolientur & diſſipabuntur. & in eo. 12. vt deſoletur terra a multitudine ſua. & in eo. 19. Et deſolata eſt terra & plenitudo eius. & de hoc vide infra in dictione שַׁמָּם ſamam. Inde

Diſſipare. Demoliri.

יְשִׁימֹן Solitudo. Deſertum.

יְשִׁימֹן Ieſimon. i. ſolitudo. deſertum. Deut. 32. In loco horroris & vaſte ſolitudinis. ps. 67. Cum pertranſieris in deſerto. Ps. 106. Errauerunt in ſolitudine in deſerta via.

יָשַׁן Dormire.

יָשַׁן Iaſan. dormire. dormitare. ſoporatum eſſe. quieſcere. requieſcere. Inueterare. vetus eſſe. Geñ. 41. Rurſũ dormiuit & vidit alterũ ſomniũ. Iudi. 16. Dormire eũ fecit ſuper genua ſua. Iob. 13. Et ſomno meo requieſcerem. ps. 3. Ego dormiui & ſoporatus ſum. ps. 43. Quare obdormis Ps. 77. Et excitatus eſt tanq̃ dormiens dñs. Ps. 120. Ecce non dormitabit neq; dormiet qui cuſtodit iſrael. Prouer. 4. Non enim dormient niſi cum malefecerint. Eccl's. 5. Saturitas diuitis non ſinit eum dormire. Canti. 5. Ego dormio & cor meũ vigilat. Hiere. 51. Et dormiẽt ſomniũ ſempiternũ. Ezech. 34. Securi dormient in ſaltibus. Ponitur ẽt ꝑ quieſcere vel requieſcere. vt. Ps. 4. In pace in idipſum dormiam & requieſcam. Inde

Soporatũ eſſe.

Requieſcere

שֵׁנָה Somnus.

שֵׁנָה Sena. ſiue שֵׁנַת Senath. ideſt ſomnus. dormitio. ſopor. vt Geñ. 28. Cumq; euigilaſſet iacob de ſomno. Ps. 75. Dormierunt ſomnum ſuum. Ps. 131. Si dedero ſomnũ oculis meis. Prouer. 20. Noli diligere ſomnum. Eccl's. 5. Dulcis eſt ſomnus operãtis. Hiere. 51. Et dormient ſomnum ſempiternum. Dañ. 2. Et ſomnus eius fugit ab eo. Et aliqñ ſcribitur cũ aleph in fine loco he. vt ps. 126. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum. Item

יָשָׁן Vetus.

יָשָׁן Iaſan. i. vetus ſiue vetuſtum. Leuit. 25. Et comedetis veteres fruges. Et in eodem. Donec noua naſcantur edetis vetera. Et in eo. 26. Et vetera nouis ſupuenientibus proiicietis. Scribitur ẽt cũ nũ in principio & dicitur נוֹשָׁן Noſan. vt in eo. Comedetis vetuſtiſſima veterum. Et in genere femi nino נוֹשָׁנֶת Noſeneth cum tau in fine. vt Leuit. 13. Lepra vetuſtiſſima iudicabitur. & inde verbum paſſiuum נושַׁן ſan. ideſt inueteratum eſſe ſiue antiquũ eẽ. Deut. 4. Et morati fueritis in terra. pro quo hebrei legunt. Et inueterati fueritis ſiue antiqui facti fueritis in terra.

Vetuſtiſſimum.

נוֹשָׁנֶת vetuſtiſſima.

נָשַׁן Inueteratum eſſe.

יָשַׁע Liberare. Eruere. Saluare.

יָשַׁע Iaſaa. ſaluare. ſaluum facere. liberare. eruere. Exo. 14 Liberauitq; dominus in die illo iſrael. Nu. 10. Vt eruamini de manibus inimicorum veſtrorum. Deut. 33. Populo qui ſaluabitur in domino. 1. Reg. 10. Qui ſolus ſaluauit vos de vniuerſis malis. Et in eodem. 14. Quia non eſt domino difficile ſaluare vel in multis vel in paucis. Et in eo. 25. Et ſaluauit manũ tuã tibi. 4. Re. 6. ſalua me dñe mi rex qui ait nõ te ſaluet dñs: vnde te poſſũ ſaluare. ps. 17. Qñ ſaluũ fecit dñs xp̃m ſuũ. ps. 21. Salua me ex ore leonis. Ps. 27. Saluũ fac populũ tuũ. Ps. 32. Non ſaluatur rex per multã virtutem. Ps. 67. Deus noſter deus ſaluos faciendi. Ps. 79. Et oſtẽde faciẽ tuã & ſalui erimus. Ps. 105. Saluos fac nos dñe deus noſter. Ps. 117. o dñe ſaluum me fac. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Obſecro dñe: ſalua obſecro. & ponitur ibi in hebreo הוֹשִׁיעָה נָּא Hoſiaana. Pro quo oſana canit Eccl'ia. & ſũt in hebreo due dictiones. ſ. הוֹשִׁיעָה Hoſiaa. Quod ẽ verbũ imperatiui modi. i. ſalua vel ſaluũ fac. & נָא Na. Quod eſt dictio deprecatiua. i. obſecro. Ps. 137. Et ſaluũ me fecit dextera tua. Eſa. 45 Iſrael ſaluatus eſt in dño ſalute eterna. Et in eo. 49. Et filios tuos ego ſaluabo. Hiere. 23. In diebus illis ſaluabitur Iuda. Et ĩ eo. 31. ſalua dñe populũ tuũ. Oſee. 1. Et ſaluabo eos in dño deo ſuo: & non ſaluabo eos in arcu & gladio. & inde

Oſana. Salua ob ſecro.

הוֹשִׁיעָה נָּא

יְשַׁע Salus.

יְשַׁע Ieſaa. i. Salus. ſaluatio. ſalutare. 2. Reg. 23. Cuncta enĩ ſalus mea & omnis voluntas. ps. 17. Et cornu ſalutis mee. ps. 26. Dñs illuminatio mea & ſalus mea. ps. 50. Redde mihi letitiam ſalutaris tui. ps. 84. Et ſalutare tuum da nobis. Eſa. 61. Quia induit me veſtimẽtis ſalutis. Abach. 3. Egreſſus es in ſalutem populi tui: in ſalutẽ cũ xp̃o tuo. Scribitur ẽt cũ vau in medio & he in fine & dicitur יְשׁוּעָה Ieſuaa. vt ps. 3. Dñi eſt ſalus. ps. 32. Fallax equus ad ſalutẽ. ps. 117. Et factus es mihi in ſalutẽ. Abach. 3. Quadrige tue ſaluatio. Scribitur ẽt cũ tau in fine loco he. vt Geñ. 49. Salutare tuum expecto dñe. Ps. 34. Dic anime mee ſalus tua ego ſũ. Eſa. 52. Et videbũt oẽs fines terre ſalutare dei nr̃i. & in plurali. יְשׁוּעוֹת Ieſuooth. vt. ps. 27. Et ꝓtector ſaluationũ xp̃i ſui eſt. Et aliqñ ſcribitur cũ tau in principio loco iod & dicitur תְּשׁוּעָה Theſuaa. vt. 2. Reg. 23. Fecitq; dñs ſalutẽ magnã. ps. 36. Salus aũt iuſtorũ a dño. ps. 59. Et vana ſalꝰ hominis. ps. 143. Qui das ſalutem regibus. prouer. 11. Salus aũt vbi multa cõſilia. & in eo. 21. dñs aũt ſalutẽ tribuit. Et aliqñ ſcribitur cum mem in principio. vt Ezech. 16. & aqua non es lota in ſalutem. & inde מוֹשִׁיעַ Moſiaa. ideſt ſaluator: vel ſaluãs. vt Iudi. 3. Qui ſuſcitauit eis ſaluatorem. Eſa. 19. Et mittet eis ſaluatorẽ & ꝓpugnatorẽ. Et in eo. 43. & ſaluator nõ eſt abſq; me. Et in eo. 63. & factus eſt eis ſaluator. Et in plurali. מוֹשִׁיעִים Moſiim. Nee. 9. dediſti eis ſaluatores. Et inde deriuatur ſacratiſſimum nomen ieſus. Quod hebraice dicitur יְהוֹשֻׁעַ Iehoſũaa. Zach. 3. Et oſtendit mihi dominus ieſum ſacerdotem magnum. Et in eodem. Quia ecce lapis quem dedi coram ieſu. & interpretatur ſaluator. Matthei. 1. Et vocabis nomen eius ieſu: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum.

Saluũ facere.

Salutare.

Salutare.

Saluatio. Salutare.

Saluatiões

תְּשׁוּעָה ſalus.

מוֹשִׁיעַ ſaluator.

מוֹשִׁיעִים ſaluatores

יְהוֹשֻׁעַ Ieſus

ſaluator.

יַשְׁפֵּה Iaſpe. hyaſpis. lapis precioſus ſecundum hebreos. Vnde ab hebreo habuit originem. Sed Beatus hieronymus tranſtulit Beryllus. Exo. 28. In quarto chryſolithus onychinus beryllus. Ezech. 28. Chryſolithus & onix & beryllus.

Jaſpis.

Berillus.

יָשַׁר Placere.

יָשַׁר Iaſar. placere. Rectum eſſe. dirigere. in directum ire. Nume. 23. Si forte placeat deo: vt inde maledicas eis. Iudi. 14. Quia placuit oculis meis. Et in eodem. Deſcenditq; & locutus eſt mulieri que placuerat oculis eius. 1. Regum. 18. Placuit ſermo in oculis Dauid. 3. Regum. 9. Et non placuerunt ei. 1. Paralipo. 12. placuerat enim ſermo omni populo. 2. Paralipo. 32. Et auertit eas ſubter ad occidentem vrbis Dauid. Pro quo hebrei legunt. Et direxit eas. Hiere. 18. Sicut placuerat in oculis eius vt faceret. & in eodem. 27. Et dedi eam ei qui placuit in oculis meis. Item ſignificat rectum eſſe vel in directum ire. vt. 1. Regum. 6. Ibant autem in directum vacce. Ps. 32. Quia rectum eſt verbum domini. Item ſignificat

ſ. directum ire.

© Biblioteca Nacional de España

Dirigere. dirigere. Ps. 5. Dirige in conſpectu tuo viam meā. ps. 118. Propterea ad oīa mandata tua dirigebar. Prouer. 3. Et ipſe diriget greſſus tuos. Et in eo. Et palpebre tue precedāt greſſus tuos. pro quo he. le. Et palpebre tue dirigant cōtra te vl ante te aut corā te. Et in eo. 9. Et pergentes in itinere ſuo. p quo he. le. Et dirigentes itinera ſua. Eſa. 40. Rectas facite

Rectū facere. Humiliare in ſolitudine ſemitas dei noſtri. Ponitur ēt pro humiliare. vt in eo. 45. Et glorioſos terre humiliabo. Hebrei tamē in predicto loco legunt. Et diſtorta vel aſpera rectificabo. i.

יָשָׁר Rectum. Rectus Equitas. recta faciam ea. Inde יָשָׁר Iaſar. i. rectus: ſiue rectitudo. aut equitas. Iudi. 21. Vnuſquiſq; quod ſibi rectum videbatur hoc faciebat. Iob. 1. erat vir ille ſimplex & rectus. Et in eo. 23. Proponat equitatem contra me. ps. 10. Equitatem vi-

Recta. dit vultus eius. Ps. 24. Dulcis & rectus dñs. Prouer. 29. A-

יְשָׁרִים Recti. Recte. bominatur eos qui in via recta ſunt. & in plu. יְשָׁרִים Ieſarim. vt. ps. 18. Iuſtitie dñi recte. ps. 32. Rectos decet collaudatio. Ps. 48. Et dominabūtur eorum iuſti in matutino. i. dñabuntur eorū recti. Oſee. 14. Quia recte vie dñi. Inde

יֹשֶׁר Equitas. יֹשֶׁר Ioſer. i. rectitudo ſiue equitas. Deut. 9. Neq; enim propter iuſtitias tuas & equitatem cordis tui. Iob. 32. Simplici corde meo ſermones mei. pro quo he. le. Rectitudine ſiue equitate cordis mei ſermones mei. Prouer. 2. Qui relīquunt iter rectū. pro quo he. le. Qui relinquunt itinera re

Rectitudo מֵישׁוֹר Equitas. ctitudinis. Et in eo. 4. Ducā te per ſemitam equitatis. Et aliquando ſcribitur cum mem in principio & dicitur מֵישׁוֹר Miſor. ps. 44. Virga equitatis virga regni tui. Eſa. 40. &

Directum מֵישָׁרִים Equitates Recti. erūt praua in directa. Malach. 2. In pace & equitate ambulauit. & in plu. מֵישָׁרִים Meſarim. Ps. 16. Oculi tui videant equitates. Prouer. 1. Iuſtitiam & iudiciū & equitates. Ponitur ēt p rectis. Canti. 1. Recti diligunt te. Ponitur ēt מֵישָׁרִים

Blande. Meſarim in noſtra tranſlatione pro blando. Prouer. 23. In greditur blande. Quod hebrei exponunt ſuaue vel cōplacens. Et ponitur ibi in hebreo plurale pro ſingulari. poteſt ēt legi ſic. vadit ſiue ingreditur recte vel directe. Canti. 7.

Suauiter. Sicut vinū optimū dignū dilecto meo ad potandum. pro quo he. le. Sicut vinū optimū vadit ſiue ingreditur ad dilectū meum ſuauitater vel in cōplacentiā. vel ſic. vadit ſiue ingreditur dilecto meo recte vel directe. vbi ſimiliter pōitur

יְשֻׁרוּן Directus. Rectiſſim⁹ מֵישָׁרִים Meſarim. in plurali pro ſingulari. Inde יְשֻׁרוּן Ieſurun. i. rectus vl directus: aut rectiſſimus. Deut. 32. Incraſſatus eſt dilectus. Debet legi directus. Et in eodem. 33. Erit apud rectiſſimū rex. Et in eodem. Non eſt alius vt deus re-

מְיוּשָׁר Opere q̄dro Extenſum. ctiſſimi. & inde מְיוּשָׁר Meiuſar. pro quo bīus hieronymus trāſtulit opere quadro. 3. Reg. 6. Opere quadro ad regulā. Hebrei dicūt q̄ ſignāt extenſum vel cōplanatū.

אֵת Articulus accuſatiui caſus. אֵת Iath. in lingua chaldaica eſt articulus accuſatiui caſus. ſicut in hebreo hec dictio אֵת Eth. de qua ſupra dictum ē in littera aleph. Et eodem modo componitur cum pronominibus ſicut dictum eſt in predicta dictione אֵת Eth.

יָתַב Sedere Habitare. יָתַב Iatheb. in lingua chaldaica ſignificat ſedere vel habitare. Dañ. 7. Et antiquus dierum ſedit. Eſdre. 4. Et habitare eos fecit in ciuitatibus ſamarie.

יָתֵד Paxillus. Clauus. יָתֵד Iathed. paxillus. clauus. Deut. 23. Gerens paxillum in balteo. Iudi. 4. Tulit itaq; iael vxor Aber clauū taber naculi. Et in eo. 5. Manū ſuam miſit ad clauum. Et in eodē. 16. Et clauum his circunligatum terre fixeris. Et in eodē. Extraxit clauum cum crinibus & licio. Eſa. 22. Et figam illum paxillum in loco fideli. Et in eodem. Auferetur paxillus qui fixus fuerat. Zach. 10. Ex ipſo angulus & ex ipſo paxillus. Et in plurali. יִתְדוֹת Iethedoth. Exo. 27. Tam paxillos eius quam atrii.

יְתוֹמִים Pupillus Orphan⁹. יָתוֹם Iathom. Pupillus. orphanus. Exo. 22. Vidue & pupillo non nocebitis. ps. 9. Orphano tu eris adiutor. Et in plu. יְתוֹמִים Iethomim. ps. 67. Patris orphanorū & iudicis viduarū. Threñ. 5. Pupilli facti ſumus abſq; patribus.

יָתַר Orphani. יָתַר Iathar. remanere. relinqui. relinquere. ſupereſſe. excellere. excellens eſſe. Exuperare. Geñ. 32. Traductiſq; omnibus que ad ſe pertinebant remanſit ſolus. Exo. 10. Et quidquid pomorum in arboribus fuit que grando diſi-

Remanere Relinquere Dimittere ſerat. ideſt reliquerat. Et in eodem. Nihilq; omninovirens relictum eſt in lignis. Et in eodem. 16. Nullus relinquat ex eo in mane. Et in eodem, Sed dimiſerunt quidam ex eis vſq; mane. Et in eodem. 29. Quod ſi remanſerit de carnibus conſecratis. Et in eodem. Combures reliquias igni. ideſt quod remanſit vel relictum eſt. Leuit. 2. Quod autem reliquum fuerit. Et in eodem. 7. Si quid in craſtinum remanſerit. Ioſ. 11. Et non reliquit vllum de ſtirpe Enachim. 3. Reg. 18. Ego remanſi propheta domini ſolus. ps. 78. Poſſide filios mortificatorum. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Relinque filios

Permanere. interitus. Prouer. 2. Et ſimplices permanebunt in ea. ideſt remanebunt in ea. Eſa. 1. Relinquetur filia ſion vt vmbraculum in vinea. Et in eodem. Niſi dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen. ſignificat etiam excellere. vel ſuperare. vt Geñ. 49. Effuſus es ſicut aqua: non creſcas. ideſt non

Creſcere. Excellere. excelles vel non habebis excellentiam que tibi debebatur vt primogenito ſuper fratres tuos. Prouer. 12. Qui negligit damnum propter amicum iuſtus eſt. Pro quo hebrei legūt. Excellit ſiue exuperat proximū ſuū ſiue amicū ſuū iuſtus. ideſt excellentior eſt iuſtus alio quocūq;. & inde

יֶתֶר Reliquus. יֶתֶר Nothar. ſiue מוֹתָר Mothar. ideſt illud quod relinquitur vl remanet. vt. 4. Reg. 4. Tu autem & filii tui viuite de reliquo. Inde יֶתֶר Iether. ſiue יֹתֶר Iother. Plus. magis. amplius. reliquum. reſiduum. Geñ. 49. Prior in donis & maior in imperio. ideſt plus in donis & magis in imperio. Ps. 30.

Plus. Abūdāter Et retribuet abundanter facientibus ſuperbiam. ideſt retribuet magis vel amplius. Eccl's. 7. Et magis prodeſt videntibus ſolem. Et i eo. 12. His āplius fili mi ne requiras. Eſa.

Magis Amplius. 56. Et erit ſicut hodie ſic & cras & multo amplius. Ponitur etiam pro reliquo vel reliquiis aut reſiduo. Leuit. 14. qđ autem reliquum eſt olei. 1. Reg. 15. reliqua vero occidimus Ps. 16. Et dimiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis. Ioel'. 1.

Reliqua. Reliquie. Reſiduum Reſiduum eruce comedit locuſta & reſiduum locuſte comedit Bruchus. & inde יִתְרָה Ithra. i. Excellētia. plus: ſiue

יִתְרָה Magnitudo. magnitudo. vt Eſa. 15. Secundum magnitudinē operis & viſitatio eorum. Scribitur etiam cum tau in fine & dicitur יִתְרַת Ithrath. Hiere. 48. Quia plus fecit quam potuit: id circo perierūt. Et in hebreo nō eſt quā potuit. debet tamen

יִתְרַת Plus. ſubintelligi. & inde יֹתֶר Iother. ideſt amplius. magis. excellentia. Eccl's. 1. Quid habet amplius homo de vniuerſo labore ſuo. Et in eodem. 2. Et nihil permanet ſub ſole. ideſt

Amplius. nihil eſt amplius ſub ſole. Et in eodem. Et vidi q̄ tantum precederet ſapientia ſtultitiam quantum differt lux a tenebris. pro quo hebrei legunt. Et vidi quod eſt excellentia ſapientie ab ſtultitia: ſicut eſt excellentia lucis a tenebris. Et

Excellētia in eodem. 3. Quid habet amplius homo. Ponitur etiā pro inſuper. Vt in eodem. 5. Et inſuper vniuerſe terre rex imperat ſeruienti. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מוֹתָר Mothar. vt in eodem. Et nihil habet homo iumento amplius. Item יֶתֶר Iether. funiculus. Neruus. ideſt

מוֹתָר Amplius. יֶתֶר corda arcus. ps. 11. Parauerunt ſagittam ſuam in pharetra. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Poſuerunt ſagittā ſuā ſup neruū. Iob. 4. Qui aūt reliqui fuerint auferētur ex eis. pro quo he. le.

Neruus. Vtiq; auferetur ſiue mouebitur funiculus eorū in eis vel cū eis. Et ſecundum hebreos per funiculū intelligitur hic liga

Funiculus

© Biblioteca Nacional de España

tura vel firmitas:potest deriuari a primo significato & legi sic.ſ. Auferentur siue mouebũtur reliquie eorũ in eis vl' cum eis.Quod est idem sensus cum littera nostra.vel secundum aliud significatum sic. Auferetur excellentia eorum cum eis.Et in eo.30. Pharetram enim suam aperuit. Pro quo hebrei legunt.funiculum meum siue cordam meã dissoluit vel aperuit.& in plurali יְתָרִים Ietharim.vt Iudi.16. Si septem neruiceis funibus.Et in eodem. Attulerũtq; ad eam satrape philistinorum septem funes. Scribitur etiam cum mem in prĩcipio & dicitur מְיֵתָרִים Metharim.vt Nu. 3.Funes tabernaculi & omnia vtensilia eius.& in eo.& paxilli cum funibus. Item יְתֶרֶת Iothéreth.ideſt tela vel reticulum quod pendet ex iecore.Leuit.3.& reticulum iecoris cum renunculis . & in eodem. & vtrumq; renunculum cũ adipe qui est iuxta ilia reticulumq; iecoris . Ponitur etiam pro aruina.vt in eodem.& aruinam iecoris cum renunculis. Item ponitur pro adipe.vt in eodem. 4.& adipem iecoris cum renunculis.

Pharetra Corda.
יְתָרִים Funes.
Reticulũ.
Aruina. Adeps.

De incipientibus a littera.כ.Caph.

Ista littera .כ. Caph nunq; reperitur sola per se sicut neq; vlla alia littera hebraica: sed apponitur nomini vel verbo & aliquibus aliis partibus orationis & tunc significat . quasi.sicut.tanq; .quemadmodum.cum.quando.iuxta.secundum.Geñ.3.ecce adam quasi vnus ex nobis. & i eo .10.quasi nẽbrod robustus venator coram domio. & in eo.19.visus est eis quasi ludens loqui.& in eo.33. Quasi viderẽ vultum dei.& i eodem.38.Ne ipse moreretur sicut fratres ei⁹. & in eodem. 48. Sicut ruben & symeon.Exo.15 . Que deuorauit eos sicut stipulam. Deut.1. Sicut stellas celi. Ps.1. & erit tanq; lignũ.& in eo . Tanquam puluis quem proiicit ventus.ps.2. Tanq; vas figuli.Ps.17.qui pfecit pedes meos tanquam ceruorum.ps . 18 . & ipse tanquam sponsus . Ps.36.quemadmodum fumus deficiant.ps.41 . quemadmodum desiderat ceruus ad fõtes aquarum.ps.77. quem admodum patres eorum. Item significat cum vel quando. vt Exo. 9. Cum egressus fuero de vrbe. Deut . 17 . Postquã autem sederit in solio regni sui. Pro quo he.le. Et erit qñ sederit in solio regni sui. Ester.1. Qñ sedit in solio regni sui. Osee.7. Cum sanare vellem israel. Item ponitur pro iuxta vel secundum.vt Geñ.21 . Iuxta misericordiam quã feci tibi. Et in eo. 43. Primogenitus iuxta primogenita sua: & minimus iuxta etatem suam. Exo. 25. Secundum exẽplar quod tibi in mõte monstratũ est. ps.7. Iudica me dñe secũ dũ iustitiã meã & scd̃m innocentiã meã. Ps.61. Quoniam tu reddes vnicuiq; iuxta opa sua. Habet fortasse & alios modos significandi qui possunt reduci ad supradicta.

Quasi.
Sicut.
Tãquam .
Quemad modum.
Cum. Quando .
Iuxta.
Secũdum.

Sequuntur dictiones quarum prima littera substantialis est.כ.Caph.

כָּאַב Dolere.
כְּאֵב Dolens.
כְּאֵבִים Dolentes.
Dolorem inferre.
Vulnerare
Contristaſ
Lapidare.
כְּאֵב Dolor.

כָּאַב Caab. Dolere. Iob. 14. Attamen caro eius dum viuet dolebit. Inde. כְּאֵב Coeb. ideſt dolens. Ps. 68. Ego sum pauper & dolens. Et in plurali כְּאֵבִים Coabim . Geñ . 34 . Quando grauissimus vulnerum dolor est . Pro quo hebrei legunt. Cum essent dolentes . Et inde verbum tertie coniugationis quod significat dolere facere vel dolorem inferre. Hiere. 28. Et spina dolorem inferens . Ponitur ẽt pro vulnerare vel contristare. vt Iob. 5 . Quia ipse vulnerat & medetur. Ezech. 13. Quem ego non contristaui. Item ponitur translatiue pro lapidare vel lapidibus percutere. p quo btũs hieronymus trãstulit operire. ſ. lapidibus. 4. Reg. 3. Et oẽm agrũ egregiũ operietis lapidib⁹ . & inde כְּאֵב Ceeb. i. dolor. Iob. 2. Videbant enim dolorem eẽ vehemẽtẽ. Esa. 65. Et vos clamabitis pre dolore cordis. scribitur ẽt cũ mẽ in principio & dñ מַכְאוֹב Machob. Exo. 3. Et sciẽs dolorem eius. Eccl's. 1. Qui addit scientiam addit dolorem. Et in eo. 2 . Cuncti dies eius doloribus & erumnis pleni sunt. Esa. 53. Virum dolorum. Et i eo. Et dolores nostros ipse portauit. Threñ. 1. Si est dolor sicut dolor meus. Ponitur etiam כְּאֵב Ceeb. pro compassione vel miseratione. vt Iob. 31. Quoniã ab infantia creuit mecũ miseratio . כָּאָה Caa. conterere. merere facere. percutere. Ps. 108 . Et cõpunctum corde mortificare. ideſt contritum corde Prouer. 18. Spiritum vero ad irascendum facilẽ quis poterit sustinere. pro quo hebrei legunt. Et spiritum merentẽ vel tristem aut cõtritũ quis poterit sustinere. Ezech. 13. pro eo quod merere fecistis cor iusti. Dañ. 11 . Et venient super eum trieres romane & percutietur. ideſt conteretur. Et dicunt aliqui hebrei q̃ a predicta dictione deriuatur חֶלְכָּאִים Chelcaim. & q̃ est dictio composita & significat exercitũ vel cõgregationẽ oppressorũ vel merentiũ. pro quo transiatio nostra pauperes traduxit. ps. 9. Et cadet cum dñatus fuerit pauperũ. De quo vide supra in dictiõe חֶלֶךְ Chélech. כָּכָב Cochab. Stella. sidus. Nu. 24. Orietur stella ex iacob Amos. 5. Sidus dei vestri. Et in plu. כּוֹכָבִים Cochabim. Geñ. 1. & stellas. Et in eo. 15. Et numera stellas si potes. ps. 8. Lunam & stellas que tu fundasti. Esa. 47 . Augures celi qui contemplantur sidera. Abdie. 1. Si inter sidera posueris nidum tuum. Et quando post se regit genitiuum scribitur sine mem & dñ כּוֹכְבֵי Cochbe. Geñ. 26. sicut stellas celi. כָּכָה Cacha. sic. ita. Exo. 12. Sic autẽ comedetis illum. De q̃ vide infra in dictione כֹּה Co.

Stella.
Sidus.
כּוֹכָבִים
Sidera.
כּוֹכְבֵי
כָּכָה Sic.

כָּבַד Cabad. Grauare. aggrauare. premere. opprimere. mltiplicare. Grauẽ vel ponderosum esse. Honorare. glorificare. honoratũ siue gloriosum esse. Geñ. 18 . Et peccatũ eorum aggrauatũ est nimis. Et in eo. 43. Fames omnẽ terram vehementer premebat. Pro quo hebrei legunt. Et fames graueſcebat in terra. Et in eodem. 48 . Oculi enim israel caligabant pre nimia senectute. Pro quo hebrei legunt. Oculi enim israel grauati erant pre senectute . Exo. 5. Opprimantur operibus . ideſt aggrauentur . Et in eodem. 7. Ingrauatum est cor pharaonis. Et in eodem. 8. Ingrauauit cor suum: & non audiuit eos. Et in eodem. Et ingrauatum est cor pharaonis. Et in eodem. 10. Ego enim in durauí cor eius. ideſt aggrauaui. 1. Regũ. 5 . Aggrauata est autem manus domini super azotios. Et in eodem. Et grauissima valde manus domini dei. pro quo hebrei legunt. Et grauabatur valde manus dei ibi. Et in eodem. 6. Quare aggrauatis corda vestra sicut aggrauauit egyptus & pharao. Et in eodem. 31. Totũ pondus prelii versum est in saul. pro quo hebrei legunt. & ingrauatum est prelium in saul siue contra saul. 2. Reg. 13. Et grauemus te. Et in eodem. 14. quia grauabat eũ cesaries. 3. Reg. 12. Pater tuus aggrauauit iugũ nostrum. 2. Paralip. 25. Et idcirco erigitur cor tuum in superbiam. pro quo hebrei legunt. Et erexit te cor tuum ad aggrauandum: scilicet prelium. Ps. 37 . sicut onus graue grauate sunt super me. Esa. 6. Et aures eius aggraua. Ponitur etiam pro multiplicare. vt Naum. 3 . Congregare ergo vt bruchus: multiplicare vt locusta. & inde כָּבֵד Cabed siue כֹּבֶד Cobed. aut כָּבֶד Cobed. ideſt grauis ponderosus . multus siue multiplicat⁹. magn⁹ siue vehemẽs. vel pminẽs Geñ. 12 . preualuerat enim fames in terra. pro quo he. le. Grauis enĩ erat fames in terra. Exo. 4. impeditioris & tardioris lingue sum. pro quo he. le. quia grauis oris & grauis lingue ego sũ. & est sensus sicut in lra nostra. & in eo. 9 . pestis valde grauis. Et in eodem. 17. Manus autem moysi erant graues . Ps . 37 . Sicut onus graue . prouer . 27 . Graue est

Dolor.
Aggrauaſ
mltiplicaſ.
כָּבֵד
כָּבֶד
Grauis.
Graue.

© Biblioteca Nacional de España

saxum & onerosa arena. Esa. 1. Populo graui iniquitate. & in eodem. 21. A facie grauis prelii. Naum. 3. Et grauis ruine. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Et multitudo ca

Magnus

daueris. Nam ponitur etiam כָּבֵד Cabed. pro multo vel magno aut vehementi vel prominenti. vt Geñ. 49. Plãctu magno atq; vehementi. Et in eodem. Planctus magnus est iste egyptiis. Exo. 10. Et sederunt in cũctis finibus egyptio

Multum.

rum innumerabiles. ideſt multe. Et in eodem. 18. Vltra vi

multitudo

res tuas est negocium. ideſt multo magis quam vires tue. Nu. 20. Statimq; egressus est obuius cum infinita multitudine. 3. Reg. 3. Populum tuum hunc multum. Esa. 32. Et

prominẽs. Diues.

vmbra petre prominenti. Ponitur etiã pro diuite. vt Geñ. 13. Erat autem Abraam diues valde. ideſt auctus & multiplicatus in bonis. Sed beatus hieronymus in hebraicis questionibus super predicto loco sic ait. Quomodo potuerit exiẽs de egypto esse diues valde. Quod soluitur hebraica veritate in qua scribitur. Abraam grauis vehementer: hoc

Grauis

כָּבֵד מְאֹד כָּבֵד Cabed meod; egypti pondere grauabatur: & licet videantur esse diuitie pecoris auri & argenti: tamen si egyptie sunt viro sancto graues sũt. Hec hieronymus. & in

כְּבֵדוּת

de כְּבֵדוּת Cebeduth. ideſt grauitas siue ponderositas. Beatus hieronymus transtulit Profundum. Exo. 14. Fereban

Profũdũ. Grauitas.

turq; in profundum. Pro quo hebrei legũt. & deduxit eos in grauitate. i. grauiter & ponderose. Significat etiam su

כָּבַד

pradicta dictio כָּבַד Cabad. honorare siue glorificare. Exo.

Glorificaꝛ Honorare

14. Et glorificabor in pharaonem. Et in eodem. 20. Honora patrem tuum & matrem. Leuit. 10. Et in conspectu omnis populi glorificabor. Nu. 22. Paratum habeo honorare te. Et in eodem. An quia mercedem aduentui tuo reddere nequeo. Pro quo hebrei legunt. An quia non possum honorare te. Et in eodem. 24. Decreueram quidem magnifice honorare te. Iudi. 13. Vt si sermo tuus fuerit expletus honoremus te. 1. Reg. 2. Quicunque honorauerit me glorificabo eum. Et in eodem. 15. Honora me coram senioribus. Iob. 14. Siue nobiles fuerint filii eius. ideſt siue honorati vel glorificati fuerint. Ps. 14. Timentes autem dominum

Honorifficare.

glorificat. Ps. 49. Sacrificiũ laudis honorificabit me. Prouer. 12. Quam glorios & indigens pane. pro quo hebrei legunt. Quam glorificans vel honorans se & indigens pane. Et in eodem. 13. Qui autem aquiescit arguenti glorificabitur. Et in eodem. 27. Et custos domini sui glorificabitur. Esa. 24. In doctrinis glorificate dominum. Et in eodẽ 26. Nunquid glorificatus es. Et in eodem. 58. Et sanctum domini glorios & glorificaueris eum. Vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Et in eodem. 66. propter nomẽ meum glorificetur dominus. Hiere. 30. Et glorificabo eos & non attenuabuntur. Hebrei tamen in predicto loco secundum aliam significationem legunt. Et multiplicabo eos & non minuentur. Ezech. 27. Et glorificata es nimis in corde maris. Inde כָּבוֹד Cabod. ideſt gloria. honor.

כָּבוֹד

Gloria.

Geñ. 45. Et nunciate patri meo vniuersam gloriam meã. Exo. 16. Et ecce gloria domini apparuit in nube. Nu. 24.

Honor.

Sed dominus priuauit te honore. Iosue. 7. Et da gloriam domino deo israel. 1. Reg. 4. Translata est gloria de israel. ps. 4. Filii hominum vsquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatẽ. pro quo hebrei legunt. Filii viri vsquequo gloria mea pro ignominia diligitis vanitatem. vnde beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam ueritatem sic trãstulit. Filii viri vsquequo inclyti mei ignominiose diligitis vanitatem. ps. 7. Et gloriam meam in puluerem deducat. ps 15. Et exultauit lingua mea: pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et exultauit gloria mea. ps. 28. Et in templo eius omnes dicent gloriam. ps. 29. vt cantet tibi gloria mea. ps. 72. Et cum gloria suscepisti me. Prouer. 20. Honor est homini qui separat se a contentionibus. Et in eodem. 25. Gloria dei celare verbũ & gloria regum inuestigare sermonem. Esa. 14. vniuersi dormierunt in gloria. Et in eo. 16. Auferetur gloria moab. Et in eodem. 40. Et reuelabitur gloria domini. Malach. 1. vbi est honor meus. & inde כְּבוּדָה Cebuda. ideſt gloriosa vel honorabilis. pretiosum. ps. 44. Omnis gloria eius filie regis. Ezech. 23. Et sedisti in lecto pulcherrimo. i. honorabili. Et in hebreo est generis feminini. ponitur etiam pro pretioso. Iudi. 18. Et omne quod erat pretiosum. Et inde

כְּבוּדָה

Gloria. Honorabilis. Pretiosũ

נִכְבָּד Nicbad. ideſt honorabilis. inclyt9. nobilis. gloriosus Geñ. 34. Et erat inclytus in omni domo patris sui. 2. Reg. 6. Quam gloriosus fuit hodie rex israel. & in plu. נִכְבַּדִּים Nichbadim. Nu. 22. plures & nobiliores quã ante miserat ps. 149. Et nobiles eorum in manicis ferreis. Et in genere femininoנִכְבַּדּוֹת Nicbadoth. ps. 86. Gloriosa dicta sunt de te. Et in hebreo est generis feminini pluralis numeri. ideſt res gloriose dicte sunt de te. Item כָּבֵר Cabed. ideſt iecur. Leuit. 1. Et omnia que adherent iecori. Et in eodem. 3. Et reticulum iecoris. Prouer. 7. Donec transfigat sagitta iecur eius. Ezech. 21. Exta consuluit. pro quo hebrei legunt. vidit in iecore. Threñ. 2. Effusum est in terra iecur meum.

נִכְבָּד

Inclytus. Gloriosus

נִכְבַּדִּים

Nobiles.

נִכְבַּדּוֹת

Gloriosa.

כָּבֵד

Iecur.

כָּבָה Caba. extinguere. vt Leuit. 6. Ignis autem in altari sẽ per ardebit. pro quo hebrei legunt. & ignis in altari ardebit & non extinguetur. & in eodem. Et nunquam deficiet in altari. ideſt nunquam extinguetur. 1. Reg. 3. Nec poterat videre lucernam dei antequam extingueretur. 2. Reg. 14. Et querunt extinguere scintillam meam. Et in eodem 21. Ne extinguas lucernam israel. 2. paralip. 29. Et extinxerunt lucernas. Canti. 8. Aque multe non poterunt extinguere charitatem. Esa. 42. Et lignum fumigans non extinguet. Et in eodem. 44. Contriti sunt sicut linum & extincti sunt.

כָּבָה

Extiguere.

כֶּבֶל Chebel. compes. vinculum. ps. 104. Humiliauerũt in compedibus pedem eius. ps. 149. Et nobiles eorum in manicis ferreis. ideſt in vinculis vel compedibus ferreis & inde כָּבוּל Cabul. pro quo translatio nostra posuit ipsũ hebraicum. 3. Reg. 9. Et appellauit eas terram cabul. ideſt sterilem & incultam: sicut exponunt hebrei. Alii vero dicunt q; significat arenosam siue lutosam in qua pedes ambulantium comprehendantur & figãtur quasi essent in cõpedibus & uinculis.

כֶּבֶל

Compes. Vinculum

כָּבוּל

Sterilis Inculta.

כָּבַס Cabas. Lauare. abluere. Geñ. 49. Lauit in vino stolã suam. Exo. 19. Lauentque vestimenta sua. Leuit. 11. lauabitq; vestimenta sua. Et in eodem. 13. Lauabitq; hõ vestimenta sua & mundus erit. & in eodem. Et lauabunt id in q lepra est. Et in eodem. postquam vestis est lota. Nu. 8. & lauerint vestimenta sua. & in eodem. 31. Et lauabitis vestimẽta vestra. ps. 50. Amplius laua me ab iniquitate mea. Hiere. 2. Si laueris te nitro. & in eodem. 4. Laua a malicia cor tuum. & inde כּוֹבֵס Cobes. ideſt lauans aut fullo. Esa. 7. In via agri fullonis. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מְכַבֵּס Mechabes. vt Malach. 3. Quasi ignis cõflans & quasi herba fullonum.

כָּבַס

Lauare.

כּוֹבֵס

Fullo.

מְכַבֵּס

כֹּבַע Cobaa. Galea. armatura capitis. 1. Regũ. 17. Et posuit galeam eream super caput eius. Esa. 59. Et galea salutis in capite eius. Ezech. 27. Clypeum & galeam suspenderunt in te. & in plurali כּוֹבָעִים Cobaim. Hiere. 46. Et state in galeis.

כֹּבַע

Galea.

כּוֹבָעִים

Galee.

כַּבִּיר Cabir. Multiplex. magnus. multus. grandis. fortis. potens. Iob. 8. Et spiritus multiplex sermones oris tui. Et in eodem. 15. Multo vetustiores quam patres tui. Et in

כַּבִּיר

Multiplex multus.

© Biblioteca Nacional de España

Potens. eodem. Deus potentes non abiicit: cū & ipse sit potens. Esa. 16. Paruus & modicus nequaq̄ multus. Scribitur etiam aliquando cū aleph in medio. Esa. 10. Et detraxi quasi potens in sublime residentes. Pro quo hebrei le. Et detraxi multitudinē habitātiū. Potest ēt legi sicut est in littera nostra. De

בַּבִּירִים quo vide supra in dictione אַבִּיר Abir. & in plurali בַּבִּירִים Cabirim. Iob. 34. Cōteret multos & innūerabiles. Esa. 17.

Multi. Multe. Sicut sonitus aquarū multarū sonabunt· & aliqñ scribitur cum mem. & dicitur מַכְבִּיר Machbir. i. multitudo siue multi. Iob. 30. Et dat escas multis mortaliū. & inde verbum tertie

Multi. Multiplicare. coniugationis qđ significat magnificare seu multiplicare. vt Iob. 36. Et absq̄ sciētia verba multiplicat. Item כַּבִּיר Cabir. i. pellis. 1. Reg. 19. Et pellem pilosam caprarū posuit ad

כַּבִּיר Pellis. caput eius. & inde כְּבָרָה Cebara. i. cribrum. eo quod cōmuniter fit ex pelle. Amos. 9. Sicut concutitur triticum in cribro. & inde מִכְבָּר Michbar. Pro quo beat⁹ Hieronym⁹ trāstulit craticulā. Exo. 27. Craticulāq̄ in modū retis eneam.

כְּבָרָה Cribum. & in eo. 38. Craticulāq̄ eius in modū retis fecit eneam. & inde מִכְבָּר Machber. i. stragulū: seu vestis densa: aut tegmē

מִכְבָּר Craticula. 4. Reg. 8. Et tulit stragulum & infudit aquā. & inde כִּבְרַת Chibrath. Pro quo beatus Hieronymus transtulit vernum

כִּבְרַת Stragulū. tempus siue electum temp⁹. Geñ. 35. Venitq̄ verno tpe ad terram que ducit ephratam. 4. Reg. 5. Abiit ergo ab eo electo tpe. Et de hoc vide supra in dictione בָּרָה Bara. Itē

Vernū tps. Electi tps. כְּבָר Cébar. i. iam. Eccl's. 1. Iam precessit in seculis. & in eodē. 2. Vt sequi possit regem factorem suū. Pro quo hebrei le. Vt

כְּבָר Iam. sequi possit regem qui iam fecerunt eū. & in eodē. Et futura tpa obliuione cuncta pariter operiēt. Pro quo hebrei le. Eo quod iam diebus vēturis siue futuris oīa obliterabūtur & in eo. 3. Quod factū est ipm permanet. Pro quo hebrei legunt. Quod fuit iam est. & in eo. 4. Et laudaui magis mortuos quam viuentes. Pro quo hebrei legūt. Et laudaui mortuos qui iam mortui sunt magis q̄ viuentes. & in eodem. 6. Iam vocatum est nomen eius. & in eo. 9. Simul perierūt. i. iam perierunt. & in eodē. Quia deo placent opera tua. pro quo hebrei legunt. Quia iam deo placent opera tua.

כָּבַשׁ Cabas. Subiicere. Subigere. in seruitutem redige-

Subiicere Subigere. Subiugare re. Subiugare. Opprimere. Geñ. 1. Et replete terram & subiicite eā. Nu. 22. Cū fuerit terra vobis subiecta. 2. Reg. 8. De vniuersis gentib⁹ quas subegerat. Nee. 5. Et ecce nos

Opprimere subiugamus filios nostros & filias in seruitutem. & in eodē. Et de filiabus nostris sunt famule. i. sunt subiecte. Ester. 7. Etiam reginam vult opprimere me presente. Hiere. 34. Et

Deponere subiugauerunt in famulos & in famulas. Zach. 9. Et subiicient lapidibus funde. Ponitur ēt pro deponere. vt Mich. 7. Deponet iniquitates nostras.

כֶּבֶשׂ Agnus. Cébes cū pūcto cebolet in littera sim. i. agnus. Leuit. 4. Si aūt de pecoribus obtulerit. Pro quo hebrei legunt. Si aūt agnū obtulerit. Nu. 7. Agnum vnū anniculū in holocaustū. Esa. 11. Et habitabit lup⁹ cum agno. & in plurali כְּבָשִׂים Cebasim. i. agni. Exo. 29. Agnos anniculos per singulos dies iugiter. Nu. 7. Agnos anniculos per singulos quiq̄. & in genere femininо כִּבְשָׂה Cabsa. i. agna siue ouis. Nu. 6. Et ouem anniculā immaculatā pro peccato. 2. Reg. 12. Pauper aūt nihil habebat omnino preter ouē vnā parvulā. & in plurali כִּבְשׂוֹת Chibsoth siue כְּבָשׂוֹת Chebasoth. Geñ. 21. Et statuit abraā septem agnas gregis. & in eodem Quid sibi volunt septem agne iste.

כְּבָשִׂים Agni. כִּבְשָׂה Ouis. כִּבְשׂוֹת כְּבָשׂוֹת Agne.

כַּד Cad. hydria. lagena. Geñ. 24. Habens hydriam in scapula sua. 3. Reg. 17. Hydria farine non deficiet. Eccl's. 12. Et conteratur hydria super fontem. & in plurali כַּדִּים Cadim. Iudi. 7. Et dedit tubas in manibus eorum lagenasq̄ vacuas ac lāpades ī medio lagenarū. & ī eo. Et hydrias cōfregerūt.

Hydria. Lagene. Hydrie.

כִּדּוֹד Cidod. scintilla. teda. Iob. 41. Sicut tede ignis accense. & secundum hebreos inde deriuatur כַּד Cad. i. hydria vel lagena. De quo dictum est supra in dictione precedenti.

כִּדּוֹד Teda. כָּרַב Chadab in lingua chaldaica significat mentiri seu falle-

כָּרַב Mentiri. re. & inde כִּדְבָא Chidba. i. mendaciū seu mēdax aut fallax. Dañ. z. Quod interpretationem quoq̄ fallacem & deceptione plenam composueritis.

כִּדְבָא Fallax. כַּדְכֹּד Cadchod lapis precios⁹. Quē trāslatio nra hyaspidē vocat. Esa. 54. Et ponā hyaspidē propugnacula tua. In alio vero loco trāslator posuit ipsum nomen hebraicū. Ezech. 27. Et sericū & codchod pposuerūt in mercato tuo.

כַּדְכֹּד Hyaspis. כַּדּוּר Cadur. pila. sphera. Esa. 22. Quasi pilā mittet te in terram. vbi deficit littera caph similitudinis que ponitur

כַּדּוּר Pila. pro quasi: propter euphoniam ne littera caph geminetur. & in eodē. 29. Et circūdabo te quasi sphera in circuitu tuo. Ponitur etiam כִּידּוֹר Chidor pro prelio· vt Iob. 15. Sicut re-

Sphera. כִּידּוֹר Prelium. gem qui paratur ad preliū: eo quod in prelio globus militū circundabat regem quasi sphera.

כֹּה Co. sic. ita. hic. illic. huc. illuc. hinc. illinc. Geñ. 15. Sic erit semen tuū. & in eo. 32. Sic loquimini domino meo esau. & in eodem. Hec dicit frater tuus iacob. Pro quo hebrei legunt. Sic dicit frater tuus iacob. Exo. 3. Sic dices filiis israel. Nu. 16. Sic benedicetis filiis israel. & in eodē. 32. Nōne ita fecerunt patres vestri. 1. Reg. 3. Hec faciat tibi deus & hec addat. pro quo hebrei legūt. Sic faciat tibi deus & sic addat. Et vbicūq̄ in prophetis legimus: hec dicit dñs. Hebrei legūt. sic dicit dominus. & aliquando duplicatur littera caph. & dicitur כַּכָּה Cácha. vt Exo. 12. Sic aūt comedetis illū. & in eo.

כֹּה Sic. כַּכָּה Sic. 29. Omnia que precepi tibi facies super Aarō & filiis ei⁹. Pro quo hebrei legūt. Et facies Aaron & filiis eius sic: iuxta omīa que precepi tibi. Nu. 11. Sín aūt aliter tibi videtur. Pro quo he. le. Et sí sic tu facies mihí. Ester. 6. Sic honorabitur quēcūq̄ rex voluerit honorare. Eccl's. 11. Sic nescis opa dei. Canti. 5. Quia sic adiurasti nos. Est etiam predicta dictio כֹּה Co. aduerbium loci. i. hic. huc. illuc. hinc. illinc. vel

כֹּה Illuc. Hic. Huc. Illuc. Hinc. temporis. vt Geñ. 22. Ego & puer illuc vsq̄ properantes. & in eodem. 31. Pone hic coram fratribus meis. Exo. 2. Cūq̄ circunspexisset huc atq̄ illuc. Nu. 11. Quantum vno die confici potest ex omni parte castrorū. pro quo hebrei le. Quasi via vnius diei hinc: & quasi via vnius diei illinc in circuitu castrorū. & est sensus sicut in littera nostra. 3. Reg. 18. Cūq̄ se verteret huc atq̄ illuc. Significat etiam tempus presens. vt Exo. 7. Et vsq̄ ad presens audire noluisti.

Presens tempus. כָּהָה Caha. caligare. obscurare. obscurari. corrípere. contristare. debilitari: aut infirmari. Geñ. 27. Et caligauerūt oculi eius. Deut. 34. Non caligauit oculus eius. 1. Reg. 3. Et oculi eius caligauerant. Iob. 17. Caligauit ab indignatione oculus meus. Naū. 3. Non est obscura cōtrítio tua. Zach. 11. Et oculus eius dexter tenebrescens obscurabitur. Significat etiam corripere vel cōtristare aut infirmari. 1. Reg. 3. Et non corripuerit eos. Esa. 42. Non erit tristis nec turbulentus. i. non cōtristabitur. Ezech. 21. Et infirmabitur omīs spíritus. & inde כֵּהָה Cheha. i. obscurum vl tenebrosum. vt Leuit. 13. Sí obscurior fuerit lepra & non creuerit. & in eodem Et cicatrix subobscura. & in eo. Et ipsa lepre species fuerit subobscura. & in eodē. Sí deprehenderit subobscurum albo rem lucere in cute. Ponitur ēt pro fumigante. Esa. 42. Et lī nū fumigans nō extínguet. Quod alii obscurū & tenebrosum trāstulerūt. vt ait btūs Hieronym⁹ in explanatiónibus sup predicto loco. Pōitur etiam p merore vel tristítia. Esa. 61. Pallium laudis pro spíritu meroris.

Caligare. Obscurari Corrípere. Cōtristare. Infirmari כֵּהָה Obscurus. Subobscura. Fumigās. Meror.

כָּהַל Cahel. in lingua chaldaica significat posse siue valere. Dañ. 2. Vere potes mihi indicare somnium. & in eo. 5

Posse.

© Biblioteca Nacional de España

Non poterunt nec ſcripturam legere.

כָּהַן Cahan.miniſtrare.ſ.in ſacris. ſacerdotio fungi. ſacerdotē ordinari.Exo.28.vt ſacerdotio fungatur mihi.& in eodē.In quibus ſanctificatus miniſtret mihi.& in eo. Sanctificabiſq illos vt ſacerdotio fungantur mihi. & in eo.35. Vt fungātur officio ſuo in ſacris.Nu.13. Cōſecratis manib⁹ vt ſacerdotio fungerētur.& in eo.Functiq ſunt ſacerdotio eleazar & ithamar.Pōitur ēt pro decorare.vt Eſa.61.Tāq ſponſum decoratū corona.i.tanq ſpōſus qui more ſacerdotis decoratur corona atq aliis veſtibus p̄cioſis atq pulcherrimis: ſicut exponūt hebrei.& inde כֹּהֵן Cohen.i.ſacerdos. miniſter.vel ille qui preeſt ſacris.Geñ.14.Erat autē ſacerdos dei altiſſimi.& in eo.41.Deditq ei vxorē Aſenez filiā putipharis ſacerdotis heliopoleos.Exo.2. Erāt aūt ſacerdoti madian ſeptē filie.Leuit.4.Si ſacerdos peccauerit. Et in eo.6.Veſtietur tunica ſacerdos.& in eo.13.Adducetur ad Aron ſacerdotē.Deut.17.Nolens obedire ſacerdotis imperio.Ps.109.Tu es ſacerdos in eternū.Hiere.52. Saraiam ſacerdotē primū & ſophoniā ſacerdotē ſecūdū. & in plurali כֹּהֲנִים Cohanim. Geñ.47.Preter terrā ſacerdotum que a rege tradita fuerat eis.Leuit.21.Loquere ad ſacerdotes filios Aaron.2.Reg.8. Sadoc & abiathar erant ſacerdotes. 4.Reg.10.Et notos & ſacerdotes.Iob.12.Qui ducit ſacerdotes inglorios.Oſee.6.Partiçeps ſacerdotū.Accipitur ēt pro magno vl' p̄cipali.vt.2.Reg.8.Filii aūt dauid ſacerdotes erant.i.primi & principales ad manū regis. vt habetur 1.Paralip.18.vbi dr. Porro filii dauid primi ad manum regis.2.Reg.20.Hira aūt hiraites erat ſacerdos dauid.i.primus & principalis in domo regia.ſicut exponunt hebrei. כְּהֻנָּה Quia nō erat de gñe ſacerdotali.& inde כְּהֻנָּה Cehuna.i.ſacerdotiū.Nu.16.Vt vobis etiā ſacerdotiū vendicetis. & in eo.25.Et erit tā ipi & ſemini ei⁹ pactū ſacerdotii ſēpiternū.

כַּוָּא Chaua.in ligua chaldaica ſigñat feneſtrā.& in pſali כַּוִּין Chauin. Dañ.6.Et feneſtris apertis in cenaculo ſuo.

כָּוָה Caua.cōburere.exurere.Prouer.6.Vt nō plāte comburantur eius.Eſa.43.Cū ambulaueris in igne nō cōbureris.& inde כְּוִיָּה Ceuiia.i.cōbuſtio vel aduſtio.vt Exo.21 Pedē pro pede aduſtionē pro aduſtione.Scribitur etiam cū mem in p̄cipio.& dicitur מְכָוָה Michua.i.cōbuſtio.Leuit. 13.Caro aūt & cutis quā ignis exuſſerit. Pro quo he.le. Caro aūt in cuius cute fuerit exuſtio ignis.& in eo.Plaga combuſtionis eſt.& in eo.Quia cicatrix eſt combuſture.

כֹּחַ Coach.fortitudo.virtus.robur. & cōiter ſcribitur ſine vau.Geñ.49.Tu fortitudo mea & principium doloris mei.Exo.15.Dextera tua dñe magnificata eſt in fortitudie. Deut.8.Fortitudo mea & robur manus mee.Iob.3.Ibi requieuerūt feſſi robore.& in eo.9.Sapiēs corde eſt & fortis robore.& in eo.26.In fortitudine ei⁹ repēte maria cōgregata ſunt.& in eo.30. Quorū virt⁹ manuū mihi erat ꝓ nihilo.Ps.22.Aruit tāq teſta virtus mea.Ps.28. Vox dñi in virtute.Ps.37. Dereliquit me virt⁹ mea. Ponitur ēt ꝓ fructu vl' fructu: qui dicitur virtus & fortitudo terre.Iob.31 Si fruct⁹ eius comedi abſq pecunia.Itē כַּח Coach.i.aīal immundum. Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit.Chameleon.Leuit.11.Chameleon & ſtellio & lacerta.

כּוּל Col.capere.cōtinere.poſſe.ferre.ſuſtiere.ſuſtētare.nutrire.paſcere. & cōmuniter ſcribitur cū iod in medio loco vau.3.Reg.7.Duo milia batos capiebat.& in eo.8. Qñ altare eneū qd erat corā dño min⁹ erat & capere nō poterat holocauſtum.2.Paralip.4.Capiebatq tria millia metretas. Hiere.2. Et foderūt ſibi ciſternas diſſipatas q̄ cōtinere non valēt aquas.Ezech.21.Vt interficias & fulgeas.Pro quo hebr. Vt capias ſiue cōtineas.i.vt ſis capaciſſim⁹ interfectiōis & fulgeas: ſic enim exponitur ab hebreis. Et ſimilis dictio habetur infra in eodē.23.vbi dicitur.Que eſt capaciſſima ebrietate.Significat ēt ſuſtinere vel ſuſtentare.vt Hiere.6. Laborauī ſuſtinēs.Ioel.2.Quis ſuſtinebit eū. Itē ponitur pro appēdere.vt Eſa.40.Quis appēdit trib⁹ digitis molē terre.Pōt ēt legi ſuſtinuit trib⁹ digitis.Alii vero legunt & mēſus eſt.& ſcribitur in predicto loco cū caph & lamed tm̄. Et aliqñ duplicātur predicte due lre & dr כִּלְכֵּל Chilchel.i. cape.ſuſtinere.ſuſtētare.diſpēſare. paſcere. alere. enutrire. 2.Paralip.6.Si celū & celi celorū te nō capiunt. Prouer.18. Spūs viri ſuſtentat imbecillitatē ſuam. Hiere.20.Ferre nō ſuſtinēs.Malach.3.Et quis poterit cogitare diē aduēt⁹ ei⁹. Pro quo he.le.Et quis ſuſtinebit diem aduentus ei⁹. Significat etiā paſcere vel alere aut enutrire. Geñ.45. Ibiq te paſcā.& in eo.47.Et alebat eos omnēq domū patris ſui. 2.Reg.19.Prebuit alimenta regi cū moraretur in caſtris.3. Reg.18.Et pauit eos pane & aqua.& in eo.20.Et filii iſrael recenſiti ſunt & acceptis cibariis ꝓfecti. Zach.11. Et qd ſtat nō enutriet.Significat etiā diſponere vel diſpenſare.Ps.111 Diſponet ſermones ſuos in iudicio..Et btūs Hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.trāſtulit.Diſpenſabit verba ſua in iudicio.& ſecūdū aliquos hebreos inde deriuatur כִּילַי Chilai.Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit fraudulentum. De quo vide infra in dictione כִּיל Chil.

כּוּן Chun. parare.prepare.dirigere.formare.firmare. cōfirmare.ſtabilire.Geñ.43.Et inſtrue conuiuiū.i. para vel prepara conuiuiū.& in eo.Illi vero parabāt munera. Exo. 23.In locū quem preparauī tibi.Nu.23.Et para totidē vitulos.1.Reg.7.Preparate corda veſtra dño.& in eo.13.Iam nūc preparaſſet dñs regnū tuū.2.Paralip.12. Nō prepauit cor ſuū.& in eo.27.Eo quod direxiſſet vias ſuas. & in eo. 29.Et ecce expoſita ſunt oīa corā altari dñi.pro quo he.le. Et preparauimus: & ecce oīa corā altari dñi. & in eo. 31.Vt prepararent oīa horrea in domo dñi.& in eo.35. Et prepara rate vos p domos & cognatiōes veſtras. & in eo. Preparatūq eſt miniſteriū.& in eo.Sibi aūt & ſacerdotibus poſtea parauerūt.Eſdre.7.Parauit cor ſuū vt inueſtigaret legem. Iob.39.Quis preparauit coruo eſcā. Ps.7. Et in eo parauit vaſa mortis.Ps.67.Paraſti in dulcedie tua paupi deus. Ps.101.Et ſemen eorū in ſeculū dirigetur.Ps.102.Dñs in celo parauit ſedē ſuā.Ps.118.Vtinā dirigantur vie mee.& in eo.Greſſ⁹ meos dirige ſecūdū eloquiū tuū.Ps.140.Dirigatur oratio mea ſicut incēſum in conſpectu tuo. Ps.146. Et parat terre pluuiā.Prouer.19.Parata ſunt deriſoribus iudicia.Eſa.14.Preparate filios eius occiſiōi.& in eo.16.Et preparabitur in mia ſoliū.& in eo.30.A rege preparata.pro q he.le.Etiā regi preparatur.Hiere.24.Poſiti ante templum dñi.i.parati vel preparati.Ezech.28.In die qua cōditus es preparata ſunt.& in eo.38.Prepara & inſtrue te & oēm multitudinē tuā.vbi ponitur ēt pro inſtruere.Itē pōitur pro valere.vt Iudi.12.Eādem lēam ſpicā exprimere nō valēs.pro quo he.le.Et nō valebat loqui ſic.i.nō poterat dicere ſebolet.vel ſic.Et nō dirigebatur vel nō inſtruebatur ad loquendum.i.nō recte loquebatur ſicut ei dicebatur. Significat ēt formare.vt Iob.31.Et formauit me in vulua vnus. Sed etiā in predicto loco hebrei legūt.Et parauit nos in vulua vn⁹. Significat etiā firmare vel cōfirmare.aut ſtabilire vel robo rare.vt.1.Reg.20.Nō ſtabilieris tu neq regnū tuū.2.Reg. 5.Qñ confirmaſſet eū dñs regem.& in eo.7. Et firmabo regnū eius.3.Reg.2.Et firmatū eſt regnum eius nimis. Et in eo.3.Cōfirmatū eſt igitur regnū in manu ſalomōis. Pro uer.4.Et oēs vie tue ſtabilientur.Ezech.4.Et obfirmabis faciē tuā ad eā. Scribitur etiā aliqñ cū duplici nun.ſ. quādo

Sacerdotio fungi. Miniſtrare

Decorare.

Sacerdos

Sacerdotes.

Principales.

Primus.

Sacerdotium.

Feneſtre.

Cōburere.

Aduſtio.

Exuſtio. Cōbuſtio.

Fortitudo.

Robur.

Virtus.

Fructus.

Chameleō

Capere.

Continere

Sustinere.

Appēdere

Alere.

Paſcere

Accipere cibaria

Enutrire

Diſponer.

Diſpēſare.

Fraudulētus.

Parare.

Prepare

Dirigere.

Valere.

Formare.

Stabilire. Cōfirmare Firmare.

Obfirmāſ

© Biblioteca Nacional de España

est verbum quarte cõiugationis.vt Exo.15.Sanctuariũ tuũ dñe firmauerũt manus tue. Iob.8.Et diligenter inuestiga patrũ memoriã.Pro quo he.le.Et prepara siue dirige.s.te ad inuestigationẽ patrũ.Ps.7.Et dirigens iustum.Ps.9.Parauit in iudicio thronũ suũ.Ps.10.Parauerunt sagittas suas in pharetra.Ps.23.Et sup flumina prepauit eũ.Ps.36.A domino gressus hominis dirigentur.Ps.89.Et opa manuum nostrarum dirige.Prouer.24. Et prudẽtia roborabitur.i. stabilietur vel cõfirmabitur.Esa.51.Et parauerat ad perdẽdum.& in eodem.62. Donec stabiliat & donec ponat ierusalẽ laudem in terra.& inde נָכוֹן Nachõ.i.rectũ siue certum aut preparatum vel firmum.Geñ.41. Firmitatis indicium est.Pro quo he.le.Quia firmũ vel certũ est verbum. Exo.8.Non potest ita fieri.Pro quo hebrei legunt.Non est rectũ ita fieri. Et in eodem.34.Esto paratus mane.Deut.17. Et verum esse reperies. Pro quo hebrei legũt. Et ecce veritas: paratum vel certum verbũ.s.est.i. Reg.23. Et reuertimini ad me ad rem certam.Et in eodem.26.Et didicit quod illuc venisset certissime. Nec.8. Mittite partes eis qui non preparauerant.i.qui non habẽt paratum vel preparatũ.Ps.50. Et spiritum rectum innoua in visceribus meis.Ps.56. Paratum cor meum deus paratum cor meum. Ps.92.Parata sedes tua ex tũc. Osee.6.Quasi diluculũ preparatus est egressus ei?.Scribitur etiã cũ he in fine & dicitur נְכוֹנָה Nechona. Ps.5.Quoniam non est in ore eorum veritas. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.Nõ est emñ in ore eorũ rectũ. Inde כֵּן Gen aduerbium .i. recte.Sic. Ita.similiter.pariter.Nu.27.Iustam rem postulant filie Salphaad. Pro quo he.le. Recte siue rectum filie Salphaad loquuntur.& in eo.36.Recte trib? filiorũ Ioseph locuta est. 4.Reg.7.Non recte facimus.Eccl's.8.Et laudantur in ciuitate quasi iustorũ operũ.pro quo he.le.Et laudantur in ciuitate quasi recte operentur.Hiere.8. Nemo quod bonum est loquitur.i.quod rectũ est.& in plurali כֵּנִים Cenim.i.recti.Beatus hieronymus transtulit Pacifici.Geñ.42.Pacifici venimus.& in eo. si pacifici estis. Est etiã כֵּן Chen aduerbium similitudinis .i. ita. sic. similiter. sicut. Geñ.1. Et factum est ita.& in eo.25.Si sic mihi futurũ erat.& in eodem. 43.Si sic necesse est.Exo.1.Tanto magis multiplicabantur & crescebant.Pro quo he.le.Sic multiplicabantur & sic crescebant.& in eo.7.Feceruntq moyses & Aaron sicut preceperat dñs.& in eo.Feceruntq similiter malefici.& in eo. 10.Sic dñs sit vobiscum.Iudi.21.Alias aũt non repererunt quas simili modo traderent.pro quo he.le.Et non inuenerunt eis sic vel similiter.i.non inuenerũt certum numerum mulierũ secũdũ numerũ virorũ.2.Reg.18.Non sicut tu vis. 3.Reg.7.Et in iũcturis similiter desuper.& in eo.Pariterq habebat vnũ cubitũ & dimidiũ. Ester.7.Vt hec auderet facere.i.vt sic auderet facere. Ps.1.Nõ sic impii. Esa.33. Sic erit malus tuus vt dilatare signũ non queas.& in eo.51.Et habitatores eius sicut hec interibũt.pro quo he.le.Sic interibũt vel similiter interibunt.Hiere.23.Et fortitudo eorum dissimilis.Pro quo he.le.Et fortitudo eorũ nõ sic: vel nõ similiter. Osee.11.Sic abierunt a facie eorũ. Et aliqñ preponitur ei littera lamed & dicitur לָכֵן Lachẽ.i. Propterea siue ideo. Idcirco.vt Geñ.4.Nequaq̃ ita fiet sed omis qui occiderit cain septuplũ punietur.Pro quo he.le.Ideo siue propterea omnis qui occiderit cain. Et in eo .30. Dormiat tecum hac nocte.Pro quo he.le. Propterea siue ideo dormiat tecũ hac nocte.Iob.20.Idcirco cogitationes mee varie succedunt sibi.& in eodem.32.Ideo dicam audite me. & in eodem.37. Ideo timebunt eum viri.Esa.5.Propterea captiuus duct? est populus meus.& in eodem.Propterea dilatauit infern? animam suam.& in eodem.29.Propterea hec dicit dominus ad domum iacob.Soph.2.Propterea viuo ego dicit dominus.Preponitur etiam ei littera Beth & dicitur בְּכֵן Bechen. Pro quo beatus Hieronym? transtulit Tunc.vt Ester. 4.Et tunc ingrediar ad regem.Eccl's.8. Vidi impios sepultos.pro quo hebrei legunt. Et tũc siue & interdum vidi impios sepultos.Et aliqñ prepõitur ei dictio עַל Al.& dr עַל כֵּן Alcen.i.propterea.ideo.idcirco.quã obrem. Geñ.2.Quã obrẽ relinquat homo patrẽ suũ & matrẽ.& in eo.11. Idcirco vocatum est nomen loci illius babel.& in eodem. 16.Propterea appellauit puteum illum puteum viuentis. & in eodem.18.Idcirco enim declinastis ad seruum vestrum. & in eodem.29.Et idcirco appellauit nomen eius leui. & in eodẽ.38. Quia nõ tradidi eam sela filio meo. Pro quo he.le. Quia propterea nõ tradidi eã sela filio meo.i.propterea fecit hoc sel? quia nõ tradidi eã sella filio meo.Ps.1. Ideo nõ resurgũt impii in iudicio.Ps.41. Propterea mẽor ero tui de terra iordanis.Eccl's.8.Absq̃ timore vllo filii hoim perpetrant mala.Pro quo hebrei legunt Propterea cor filiorum hominum impletur in eis ad faciendum mala.i.impletur malicia & nequitia.Cãti.1. Ideo adolescẽtule dilexerũt te. Abach.1.Propter hoc lacerata ẽ lex.& ĩ eo.Propterea egreditur iudiciũ puersũ.Et a p̃dicta dictiõe deriuatur מָכוֹן Machon.i.firmitas.basis. habitatio.sedes.Exo.15.Firmissimo habitaculo tuo quod operatus es domine. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur מְכוֹנָה Mechona.3.Reg.7. Et fecit decem bases eneas quattuor cubitorum longitudinis bases singulas.& in eodem. Et ipsum opus basiũ interra sile erat & in eodem.In summitate autem basis erat quedam rotunditas.Zach.5.Et ponatur ibi super basim suam. Dicitur ẽt כַּן Can.i.basis.Exo.30.Facies & labium eneum cũ basi sua. & in eodem.31.Et omnia vasa eorum labium cum basi sua. Ponitur etiam pro sede vel gradu.vt Geñ.40. Et restituet te in gradum pristinum.Scribitur etiam cum he in fine & dicitur כַּנָּה Cana.Ps.79.Et perfice eam quã plantauit dextera tua.Pro quo hebrei legunt. Et basim vel sedem quam plantauit dextera tua. Vnde beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.Et radicem quam plãtauit dextera tua.& inde תְּכוּנָה Thechuna.i.sedes siue habitatio.Pro quo beatus Hieronymus transtulit solium. Iob. 23. Et veniam vsq̃ ad soliũ eius. Item כָּוָן Cauan .i.torta siue placenta.& solum inuenitur in numero plurali.s.כַּוָּנִים Cauanim. Hiere.7. Vt faciant placentas regine celi.& in eodem.44. Nunquid sine viris nostris fecimus ei placentas. Item כִּיּוּן Chiun.i.imago. Amos.5.Et imaginem idolorum vestrorum.Et aliqui hebrei dicunt ף significat idolum saturni. Eo quod saturnus in lingua arabica sic nominatur.

מִין Genus. Species — Min. genus. species. Geñ. 1. Faciens fructũ iuxta genus suum. & in eodem. Habens vnũquodq; semẽtẽ secũdũ speciem suam. & in eo. Producat terra animã viuentem in genere suo. & in eo. Et bestias terre secundum species suas.

מְנִים Chorde — Reperitur etiam מְנִים Minim in numero plurali. Pro quo beatus Hieronymus transtulit cordas. Ps. 150. Laudate eũ in chordis & organo. Pro quo hebrei legũt. In generibus vel speciebus. s. musicorum vel hymnorum.

מִיץ Premere. Emũgere Prouocare — Mis. premere. exprimere. emungere. prouocare. Prouer. 30. Qui aũt fortiter premit vbera ad eliciendum lac. & in eodem. Et qui vehementer emungit elicit sanguinem: & qui prouocat iras producit discordias. Vbi ter ponitur predicta dictio. & inde מִין Mes. Pro quo beatus Hieronymus transtulit pulucrem. Esa. 16. Finitus est puluis. Pro quo hebrei legũt. Defecit pressio siue suxio. & si legatur מוּץ Mos: tunc significat pulucrem sicut est in littera nostra. vt dictum est supra in dictione מוּץ Mos.

מִיק Dissolui. — Mic. dissolui. corrũpi. interire. Ps. 72. Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam. Pro quo hebrei legunt. Dissoluti sunt seu corrupti sunt & locuti sunt nequitiam. Vide etiam de hoc infra in dictione מָקַק Macac.

מִיר Mutare. — Mir. mutare. cõmutare. Leuit. 27. Sanctum erit & mutari non potest. Hiere. 2. Si mutauit gens deos suos. & in eodẽ. Et populus meus mutauit gloriam suam. & inde תְּמוּרָה Themura. i. pmutatio vl cõmutatio siue illud p quo aliquod mutatur. Leuit. 27. Si quis mutauerit: & quod mutatum est & pro quo mutatum est sanctificabitur. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum.

תְּמוּרָה Permutatio. Quod mutatum est.

מָכַךְ Humiliare — Machach. humiliare. deprimere. depauperare. & scribitur cum simplici caph. Iob. 24. Et humiliabuntur sicut oĩa. Ps. 105. Et humiliati sunt in iniquitatibus suis. Eccl's. 10. In pigritiis humiliabitur cõtignatio. Significat etiã depauperare siue pauperẽ esse. Leuit. 25. Si attenuatus fuerit frater tuus. i. si pauper fuerit. & in eodẽ. Si paupertate cõpulsus vendiderit se tibi. & inde מָךְ Mach. i. pauper. Leuit. 27. Si pauper fuerit.

Attenuari Pauptate compelli. מָךְ Pauper.

מַכָּה Maca. percussio seu plaga. De quo vide infra in dictione נָכָה Naca.

מָכַר Vendere. — Machar. vendere. venũdare. tradere. Geñ. 25. Vende mihi primogenita tua. Et in eodem. Et vendidit ei primogenita. Et in eodem. 47. Vendentibus singulis possessiones suas. Exo. 21. Si quis vendiderit filiam suam in famulã. Leuit. 25. Quando vendes quippiam ciui tuo. Et in eodẽ. Quod reliquũ est reddet emptori. Pro quo hebrei legũt. Reddet ei cui vendidit. i. emptori. sicut est in lĩa nĩa. Deut. 28. Ibi venderis inimicis tuis. & in eodem. 32. Deus suus vendidit eos. Iudi. 3. Tradidit eos in manus cusam resataim. Pro quo he. le. Et vendidit eos in manu cusam resataim. & in eo. 4. Et tradidit illos dñs in manu iabin. Pro q̃ he. le. Et vẽdidit eos dñs in manu iabin. Et ide verbũ passiuum prime vel quarte coniugationis. 3. Reg. 21. Eo quod venundatus sis vt faceres malũ in conspectu dñi. & in eodẽ. Qui venũdatus est vt faceret malum. Ester. 6. Traditi eñ sumus ego & populus meus. Pro quo hebrei legunt. Vendiți eñ sumus. & in eodem. Atq; vtinam in seruos & famulos venderemur. Esa. 50. Ecce eñ in iniquitatibus vestris venditi estis. Et inde מֶכֶר Mecher. i. vẽditio siue res venalis. vt Nec. 13. Inferentes pisces & omnia venalia. Scribitur etiam cum duplici mem & dicitur מֻמְכָּר Mimcar. vt in eodem. Et manserunt negociatores & vendentes vniuersa venalia foris ierusalem. Leuit. 25. Quãdo vendes quippiã ciui tuo. i. quando aliquod venale vẽderis. Ezech. 17. Quia qui vẽdit ad id quod vendidit nõ reuerteretur. Ponitur etiã מֻמְכָּר Mimcar. pro eo quod ex paterna successione debetur alicui: quasi ei vẽderetur. Nu. 18. Excepto eo quod in vrbe sua ex paterna ei successiõe debetur. Inde מְכֵרָה Mechera. i. habitatio secundũ hebreos. Geñ. 49. Symeon & leui fratres vasa iniquitatis bellantia. Pro quo hebrei legũt. Symeon & leui fratres vasa siue arma iniquitatis habitatio eorũ. Q̃d exponens chaldaicus interpres ita transtulit. s. symeon & leui fratres viri fortes: in terra habitationis eorum opati sunt fortitudinem. Potest etiã significare arma vel gladiũ. Nam in lingua greca machera idem est quod gladi?. Et vt ait beatus Hieronymus in suis explanationib? sup Soph. cap'o. 3 Lĩgua hebraica est matrix omniũ linguarũ. Vnde in predicto loco põt esse talis littera. Vasa iniquitatis arma eorũ siue gladii eorum. Potest etiã significare habitationem: sicut מְכוֹרָה Mechora. cum vau. vt dictum est supra in dictione כּוֹר Cur.

Venalia. מֻמְכָּר Venale — Bellantia. — Gladius.

מָלַל Dicere. Loqui. — Malal. loqui. dicere. Geñ. 21. Quis auditurus crederet Abraã q̃ sarra lactaret filiũ. Pro quo hebrei le. Quis dixisset Abrae q̃ sarra lactaret filiũ. Iob. 8. Vsq; quo loqueris talia. & in eodem. 33. Scientiã labia mea puram loquentur. Ps. 105. Quis loquetur potentias domini. Ponitur etiã pro annuere. q̃ est idem quod loqui. Pro quo beatus Hieronymus transtulit terere. Prouer. 6. Annuit oculis: terit pede. pro quo hebrei legunt. Annuit pede. & inde מְלָה Mila. ideſt verbum. sermo. dictio. Iob. 21. Audite queso sermones meos. Quod in hebreo legitur singulariter. scilicet sermonẽ meũ. Ps. 138. Quia non est sermo in lingua mea. & in lingua chaldaica dicitur מִלְתָא Miletha. vt Dañ. 2. Sermo recessit a me. & in plurali מִלִּים Milim. ideſt verba. sermones. eloquia. Iob. 6. Ad increpandum tantum eloquia concinatis. Et in eodem. 15. Arguis uerbis eum qui non est equalis tibi. & in eodem. 16. Consolarer & ego vos sermonibus. Reperitur etiam מִלִּין Milin cum nun in fine loco mem. vt in eodem. 18. Vsq; ad quem finem verba iactabis. & in eodem. 19. Et atteritis me sermonibus. & in eodem. 32. Plen? sum sermonibus. Et aliqui hebrei dicunt q̃ inde deriuatur dictio הַמֻּלָּה Hamula. Pro quo beatus Hieronymus transtulit loquellam. Hiere. 11. Ad vocem loquelle grandis exarsit ignis in ea. De quo vide supra in littera he. Inde מְלִילָה Melila. ideſt spica manibus fricata vel trita. Deut. 23. Franges spicas & manu conteres.

Male. implere. replere. adimplere. complere. plenum esse. initiare. consecrare. Geñ. 6. Repleta est terra iniquitate. Et in eodem. 23. Pecunia dignissima tradat eam mihi. Pro quo hebrei legunt. Pecunia plena siue plenissima aut completa tradat eam mihi. Et in eodem. 24. Et impleuerat hydriam aqua. Et in eodem. 29. Quia iam tempus impletum est. Pro quo hebrei legũt. Quia impleti sunt dies mei. & est sensus sicut in littera nostra. Et in eodẽ. Imple hebdomadam dierum. Exo. 1. Ac roborati nimis impleuerunt terram. Et in eodẽ. 15. Implebitur anima mea. Pro quo hebrei legunt. Implebitur ex eis anima mea. & in eodem. 31. Et impleui eum spiritu dei. Et in eodem. 40. Et gloria domini impleuit tabernaculum. Leuit. 8. Vsq; ad diem quo implebitur tempus consecrationis vestre. Nu. 14. Qui plenus alio spiritu secutus est me. Pro quo hebrei legunt. Eo quod fuit alius spiritus in eo & impleuit siue

Venalia. מֻמְכָּר Venale — Bellantia. — Gladius. — מְכֵרָה — Spica מְלִילָא Replere — Implere

© Biblioteca Nacional de España

compleuit post me. idest impleuit voluntatem meam. & est idem sensus cū littera nostra. Et similis modus loquēdi habetur in eo.32. vbi dr. Isti impleuerūt volūtatē meā. pro quo he.le. Quia impleuerunt post me. Deut.1. Quia secuti est dominum. pro quo he.le. Quia impleuit post dominū. & in eo.33. Et plenus erit benedictionibus dñi. Iudi.6. concham rore impleuit. 1.Reg.19. Et ānumerauit ea regi. pro quo hebrei legunt. & compleuit ea regi. idest compleuit numerū eorū. 3.Reg.1. Complebo sermones tuos. & in eo.7. Et plenū sapientia & intelligētia. 4.Reg.9. porro hieu tetēdit arcū manu. pro quo he.le. Et hieu impleuit manū suā arcu. Et est sensus sicut in lra nostra. Ester.1. Cūq; impleren tur dies cōuiuii. Iob.15. Anteq; dies eius impleatur pibit. Vbi vnū verbū hebraicū ponitur in nra trāslatione p duobus verbis. s. p implere & perire. & in eo.16. Saciati sūt penis meis. i. impleti sunt. & in eo. 40. Nūquid implebis sagenas pelle eius. Hebrei vero in pdicto loco dicūt q signat cōcidere. vnde ipsi legūt. Nūquid cōcides cultris pellē eius. & sic r. Naum.1. vbi dicitur. cōsumētur quasi stipula aridītate plena. pro quo hebrei legunt. Consumentur quasi stipula arida concisa. ps.80. Dilata os tuū & implebo illud. Canti.5. Caput meū plenū errore. & in eo. Et resident iuxta fluenta plenissima. vbi additur littera thau in fine dictionis. Esa.2. Quia repleti sunt vt olim. i. repleti sunt iniquitate & nequitia. Et in eo.6. Et ea que subipso erant replebant templum. & in eo.33. Impleuit sion iudicio & iustitia. Et in eodem.65. Et libatis super eā. pro quo he.le. Et impletis numerū libamento. Cuius expositionē vide infra in dictione מנה Mana. Hiere.4. Clamate fortiter & dicite. Pro quo he.le. Clamate implete & dicite. i. clamate plena voce. Et in eodem.12. Et clamauerūt post te plena voce. & in hebreo non habetur voce: subintelligitur tū. Et in eo.25. Nūquid nō celū & terrā ego ipleo. & i eo. 51. Implete pharetras. Ezech. 9. & implete atria interfectis. Et in eo.25. Implebor: deserta est. Zach. 9. Repleui ephraim. Et in eo. & replebuntur vt phiala. & aliquando scribitur sine aleph. Iob.32. Plenus sū sermonibus. Ezech.28. Repleta sunt interiora tua iniquitate. Et aliqñ scribitur cum vau loco aleph. vt in eo.41. Ad mensuram calami sex cubitorū spacio. pro quo he.le. Plenū vel impletū calamū seu plenitudo calami. Scribitur ēt a liqñ cū he loco aleph. Iob.8. Donec impleatur risu os tuū. & inde מלא Melo. i. plenitudo. Geñ.48. Et semē illius crescet in gētes. pro quo he.le. Et semen illius erit plenitudo gentiū. ps.23. Dñi est terra & plenitudo eius. Ps.97. Moueatur mare & plenitudo eius. 1.Reg.28. Statimq; saul cecidit porrectus in terra. pro quo he.le. Et cecidit plenitudo statute eius in terra. & est idem sensus cū littera nostra. Ponitur ēt pro plena. Eccl's.4. melior est pugillus cum requie q̄ plena vtraq; manus. Esa.6. Plena est omnis terra gloria eius. Ponitur ēt pro multitudine. Esa.31. Cum occurrerit ei multitudo pastorū. & inde מלוא milo. nomen propriū loci vacui in ciuitate ierusalē: quem edificiis repleuit salomō. 3. Reg.11. Tunc edificauit melo. & inde lapides precioſi que ponebantur in rationali & superhumerali dicuntur lapides מלאים miluim. eo quod implebant illum locum vacuum in quo includebantur. Exo.25. & lapides ad ornandum ephod & rationale. Et in eodem. Ponesq; in eo quattuor ordines lapidum. pro quo hebrei legunt. Et implebis in eo impletionem lapidis: quattuor ordines lapidis. Et in eodem. Inclusi auro erūt per ordines suos. pro quo he.le. Inclusi auro erunt in impletionibus suis. Ponitur etiam predicta dictio מלא male. pro initiare vel consecrare. vt Exo. 28. Et cunctorum consecrabis manus. & in eo. Postq; initiaueris manus eorum. Et in eodem.29. Eo quod sit aries consecrationis. & in eodem. De ariete qui initiatus est. Et ī eodem. Arietem autem consecrationis tolles. Et in eodem. Quod si remanserit de carnibus consecratis. Et in eodem. Septem diebus consecrabis manus eorū. Et in eo.32. Consecrastis manus vestras hodie. Leuit.8. septem enim diebꝰ finitur consecratio. Iudi.17. Impleuitq; vnius filiorū suorum manum & factus est ei sacerdos. idest initiauit vel consecrauit manum. 3.Regum.13. quicunq; volebat implebat manū suā & fiebat sacerdos. & inde מלאה melea. idest plēa. & accipitur etiam pro pregnante cuius venter plenus est. Eccl's.11. Et qua ratiōe compingantur ossa in ventre p̄gnātis. Accipitur ēt מלאה melea. pro spica frumento plena. secundū hebreos. pro quo beatus hieronymus transtulit De cimas. Exo.22. Decimas & primitias tuas non tardabis offerre. proquo he.le. plenitudinem tuam. s. frugum: & lachrimā tuā. i. liquorem vini & olei non tardabis. s. offerre. Nu. 18. Tam de area q̄ de torcularibus. pro quo hebrei legunt. Sicut frumentum de area & sicut plenitudo torcularis. sed beatus hieronymus transtulit sensum.

מלאך Malach. nuncius. angelus. De quo vide supra in dictione לאך Laach.

מלח Malach. salire. sale condire. liquefacere. Leuit.2. quid quid obtuleris sacrificii sale condias. Ezech.16. Et aqua non es lota in salutem nec sale condita. & inde מלח melach. i. sal. Geñ.14. Que est mare salis. & in eodem.19. Versa est in statuam salis. Deut.29. Sulphure & solis ardore cōburens. Debet legi & salis ardore. & inde מלחה Melecha. i. salsugo. Iob.39. Et tabernacula eius in terra salsuginis. Ps. 106. Terram fructiferam in salsuginem. Hiere.17. In terra salsuginis & inhabitabili. & inde מלוח Malúach. idest herba quedam que in terra salsuginis nascitur: vel quia decliat ad saporem salis. pro quo beatus hieronymus generaliter transtulit herbas. Iob.30. & mandebant herbas. Item מלח Malach. i. liquefacere siue comminuere. vel deficere. Esa.51 Quia celi sicut fumus deficient. Et inde ממלח Memulach. idest comminutū. Exo.30. mixtū diligenter & purum. Pro quo hebrei legūt. Cōminutū & purū. sed in trāslatiōe chaldaica est sicut in littera nostra. & inde מלחים Melachim. i. panni cōminuti & triti ex nimia vetustate. Hiere.38. & tulit inde veteres pannos & antiqua que computruerunt. Et in eo. Pone veteres pannos & hec scissa & putrida sub cubito manuum tuarum. Item מלח Malach. i. nauta seu gubernator nauis. Ezech.27. Omnes naues maris & naute earum. Ione.1. Et timuerunt naute.

מלט Malat. saluare. liberare. eripere. euadere. parere. Geñ. 19. salua animam tuam. Et in eodem. Sed in mōte saluum te fac. Et in eo. Nec possum in mōte saluari. Et in eo. Et saluabor in ea. 1.Reg.27. nōne melius est vt fugiā & saluer in terra philistinorū. Et in eo. Fugiā ergo manus eius. idest euadam manus eius. 2.Reg.19. Qui saluā fecerunt animā tuā. 3.Reg.19. Quicunq; fugerit gladium Azael occidet eum hieu: & quicūq; fugerit gladium hieu. i. qui euaserit gladium. Iob.1. Et euasi ego solus. & in eodem.19. Et derelicta sunt tantum modo labia circa dentes meos. pro quo hebrei legunt. Et euasi cum pelle dentium meorum. & beatus hieronymus transtulit sensum. Et in eodem.22. Saluabi tur inocēs. ps.106. Et eripuit eos de interinitionibus eorū Eccl's.9. Et liberauit vrbem per sapientiam suam. Ezech. 17. Nunquid prosperabitur vel consequetur salutem. Et in eodem. Nunquid effugiet. idest euadet. Et in eodem. 33. Animam suam saluabit. Amos.2. Et robustus non saluabit animam suam. Et in eodem. Et velox pedibus non saluabi

Plenū eē.
Complere.
Concidere
מָלֵא Plēitudo.
Plena multitudo מְלוֹא Melo.
מְלֵאִים impletiōes
מָלֵא Cōsecrare.
Initiare.
מָלֵא Pregnās.
Decime.
Plēitudo.
מַלְאָךְ Angelus.
מָלַח Sale condire.
מֶלַח Sal.
מְלֵחָה Salsugo.
מָלוּחַ Herbe.
מַלַּח Deficere.
מְמֻלָּח Cōminutū
מְלָחִים Panni veteres
מַלָּח Nauta.
מָלַט Saluare
Eripere. Liberare.

© Biblioteca Nacional de España

מְלֵט Crypta
tur. & inde מְלֵט Melet. idest crypta vbi homines abscōdun tur vt liberentur. Hiere. 43. Et abscondes eos in crypta. Et aliqui hebrei dicunt ꝙ significat fornacem calcis. Significat etiam predicta dictio parere. vt Esa. 66. Anteꝙ̄ veniret Parere. partus eius peperit masculum. Et supra in eo. 34. Ibi habuit foueam ericius: & enutriuit catulos. pro quo he.le. Ibi nidificauit ericius: & peperit. Ponitur etiā pro incendere vel Accēdere. accendere. vt Iob. 41. sicut tede ignis accense. sed etiam in predicto loco hebrei legunt. sicut scintille ignis euadunt si ue vadunt.

מָלַךְ Regnare.
Malach. regnare. consulere. seu cogitare. Exo. 15. Dominus regnauit in eternum & vltra. Iudi. 9. Impera nobis. pro quo hebrei legunt. Regna super nos. & in eodē. veni & impera super nos. 2. Reg. 5. Et quadraginta annis regnauit: in Ebron regnauit super iudam septem annis & sex mensibus: in ierusalem autem regnauit triginta tribus annis. 3. Reg. 11. & regnabis super omnia que desiderat anima tua. 4. Reg. 8. Et octo annis regnauit in ierusalem. Et i eodem. 11. Porro athalia regnauit super terram. Ester. 1. qui regnauit ab india vsqꝫ ad ethiopiam. Esa. 32. Ecce in iustitia regnabit rex. Hiere. 22. Nunquid regnabis. Et in eodē. 33. Et regnabit rex. Dañ. 9. Qui regnauit super regnum chaldeorum. & inde verbum tertie coniugationis. i. regna re facere siue regem constituere. vt. 1. Reg. 8. Et constitue super eos regem. & in eodem. 11. Et fecerunt ibi regem saul cōram domino. Et in eodem. 12. Et constitui super vos regem. Hiere. 37. Quē constituit regem nabuchodonosor. & inde מֶלֶךְ melech. i. rex. Geñ. 26. Abiit isaac ad abimelech regem palestinorum. Et in eodem. 36. Antequam haberēt regē filii israel. Exo. 1. Et surrexit rex nouus super egyptū ps. 20. Domine in virtute tua letabitur rex. & in ligua chaldaica dicitur מַלְכָּא Malca. Dañ. 2. rex in sempiternum viue. & in plurali מַלְכִּים melachim. i. reges. Geñ. 14. & reges qui erant cum eo. Et in eo. quattuor reges aduersus quinqꝫ ps. 2. Astiterunt reges terre. reperitur etiā מַלְכִּין melachin cum nun in fine loco mem. Prouer. 31. Et vias tuas ad delē dos reges. Et in chaldeo commūiter dicitur מַלְכִּין malchin siue מַלְכַּיָּא malchaia. Dañ. 2. transfert regna atqꝫ cōstituit. pro quo hebrei legunt. auferēs reges & constituens reges. Et in eo. Tu rex regū es. scribitur etiam cum aleph in secunda syllaba quod alias nūcios siue āgelos significat. 2. Reg. 11. eo tpe quo solent reges ad bella procedere. & in genere femininо מַלְכָּה malca. i. regīa. Ester. 1. vasthi quoqꝫ regina fecit conuiuium. reperitur etiam cum aleph in secunda syllaba & cū thau in fine: & dr̄ מְלֶאכֶת Melechet. Hiere. 7. Vt faciant placentas regine celi. De quo vide supra in dictiōe לָאַךְ Laach. & i plu. מְלָכוֹת melachoth. i. regīe canti. 6. sexaginta sunt regine. Et inde מְלוּכָה melucha. idest regnū vt. 3. Reg. 10. De sermone autem regni non indicauit ei. & in eo. 11. Et innouemus ibi regnum. scribitur etiam cū duplici mem in principio & dicitur מַמְלָכָה mamlacha. siue מַמְלֶכֶת mamlecheth. aut מַמְלְכוּת mamlechuth. i. regnum. vt Geñ. 10. Fuit autem principiū regni eius Babylō. Exo. 19. & vos eritis michi in regnum sacerdotale. Nu. 32. Regnū seon regis amorreorum. Deut. 3. ciuitates regni og in Basan. Threñ. 2. Polluit regnum & prīcipes eius. Scribitur etiam cum simplici mem & dicitur מַלְכוּת malchuth. idest regnū. vt Esdre. 4. & vsqꝫ ad regnum darii regis persarum Et in eodem. In regno autem asueri ipse est artaxerxes. ps. 102. Et regnū ipsius oībus dñabitur. Et in lingua chaldaica dicitur מַלְכוּ Malchu. siue מַלְכוּתָא malchutha. Dañ. 2. Regnum & fortitudo & imperium & gloriam dedit tibi. & in eodem. & post te consurget regnum aliud. & in plurali. מַמְלָכוֹת mamlachoth. i. regna. 3. Reg. 10. Non est factum tale opus in vniuersis regnis. ps. 67. regna terre cantate domino. & in lingua chaldaica dicitur מַלְכוּתָא malcheuatha. Dañ. 2. Comminuet autem & cōsumet vniuersa regna hec Item מָלַךְ Malach. consulere seu cogitare. Nee. 5. Cogitauitqꝫ cor meum. & inde מַלְכִּי malach. quod in lingua chaldaica significat consilium. Dañ. 4. Consilium meum placeat tibi. Item מֹלֶךְ molech. nomen idoli. Leuit. 20. si quis dederit de semine suo idolo moloch. Amos. 5. Et portastis tabernaculū moloch deo vestro. Et beatus hieronymus in explanationibus super predicto loco dicit ꝙ ponitur pro lucifero.

מָלַץ
Malas. dulcorare. seu dulcem esse. ps. 118. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua. Et secundum aliquos inde potest deriuari מְלִיץ melis: quod significat interpretem seu eloquentem. de quo vide supra in dictione לוץ Los.

מָלַק
Malac. scindere. secare. rumpere. Leuit. 1. Et retorto ad collum capite ac rupto vulneris loco. Et dicunt hebrei ꝙ significat secare vel scindere cum vnguine. vnde in predicto loco ipsi legunt. & vnguine secabit caput eius. Et in eo. 5. Retorquebit caput eius ad pēnulas ita vt collo adhereat & non penitus abrumpatur. pro quo he.le. Et scindet seu secabit caput eius versus collum & non diuidat. Et est idem sensus cum littera nostra.

מִן
Mín. de. ex. e. a. vel ab. magis. plus. super. ne. non. Geñ. 2. Sed fons ascendebat de terra. Et in eodem. Formauit igitur dominus deus hominem de limo terre. Et in eodē. 3. Nisi ꝙ ex ligno de quo preceperam tibi vt non comederes comedisti. Et in eodem. 29. Nam ex illo adaquabantur pecora. Ios. 5. A fluuio turbido qui irrigat egyptum. Iudi. 13. Erit enim puer nazareus dei ab infantia sua. Ezech. 39 A die illa & deinceps. Et aliquando scribitur cum lameth in principio. vt Exo. 9. A die qua fundata est. Iob. 36. Repetam scientiam meam a principio. Hiere. 7. A seculo vsqꝫ in seculum. scribitur etiam cum iod in fine & dicitur מִנִּי mini siue לְמִנִּי Lemini. Iudi. 5. Ex ephraim delebit eos. Et in eodem. De machir principes descenderunt. Iob. 20. Hoc scio a principio ex quo positus est homo super terram. Esa. 46. Qui portamini a meo vtero: qui gestamini a mea vulua. pro quo hebrei legunt. Qui portamini ab vtero: qui gestamini a vulua. potest etiam legi sicut est i littera nostra vt infra dicetur. Mich. 7. Et vsqꝫ ad te veniet asur & vsqꝫ ad ciuitates munitas. pro quo hebrei legunt. Et vsqꝫ ad te veniet ab asur & ciuitates munitas: & a ciuitatibus munitis. & in compositione cū aliis dictionibus scribitur sine nun cū sola mem littera. vt Geñ. 2. Quia in ipso cessauerat ab omni opere suo. & i eodem. Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientie boni & mali ne comedas. Et in eo. Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea. Et in eodem. quoniam de viro sumpta est. & in eodem. 5. Iste consolabitur nos ab operibus nostris. Exo. 9. Ab homine vsqꝫ ad iumentum. Et in eodem. Necdum timeatis dominum deum. pro quo hebrei legunt. Necdum timeatis a facie domini dei. Leuit. 19. Coram cano capite consurges. pro quo hebrei legunt. A facie cani consurges. Deut. 17. De numero fratrum tuorum. Et in eo. 33. Dominus de sion veniet. ps. 8. Ex ore infantium & lactentium. ps. 16. Ab inimicis manus tue domine a paucis de terra. ps. 112. Ex hoc nunc & vsqꝫ in seculum. Prouer. 8. Antequam quicqꝫ faceret a principio. & in eodem. Ab eterno ordinata sum & ex antiquis. Ezech. 44. que fuerit vidua a sacerdote accipiant. Et aliquando significat plus vel magis: aut magisquā: aut est nota comparationis & tunc iungitur cum nomine cui

© Biblioteca Nacional de España

Magis quã fit comparatio. Geñ. 20. Te ergo ipsum magis quam hos affligemus. Iudi. 5. Benedicta inter mulieres hiael. ideſt magis quam alias mulieres. Et in eodem. & benedicatur in tabernaculo suo. pro quo hebrei legunt. plus quam mulieres

Plus quã. in tabernaculo benedicatur. Ruth. 1. quia vestra angustia magis me premit. Pro quo hebrei legunt. quia amaritudo est mihi magis quam vobis. Potest etiam legi sic. quia amaritudo est mihi ex vobis. ideſt ex vestra angustia. & tunc erit idem sensus cum littera nostra. p̃s. 30. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium. p̃s. 44. Pre consortibus tuis. ideſt magis quam consortes tuos. p̃s. 118. Super omnes docentes me intellexi. & in eodem. Super senes intellexi. Prouer. 8. Melior est fructus meus auro & lapide precioso: & genimina mea argento electo. Eccl's. 7. Melius est nomen bonum quam vnguenta preciosa. Et in eo. 9. Melius est canis viuus leone mortuo. Ponitur etiam aliquando p ne vel non. vt Geñ. 31. Caue ne quicquam aspere loquaris cum iacob. pro quo hebrei legunt. Caue de loquendo cum iacob. 1. Reg. 15. Abiecit te dominus ne sis rex. Et in eodē. 25. Ita vt nemo possit ei loqui. 3. Reg. 15. Ne esset princeps in sacris priapi. Ps. 82. Disperdamus eos de gente. ideſt ne sit gens. Esa. 5. Ne pluant super eam imbrem. Ezech. 16. & desines fornicari. pro quo hebrei legunt. Et desinere te faciam a meretrice. ideſt ne sis meretrix. Deut. 33. Et qui oderunt eum non consurgunt: vbi ponitur מִן mín pro non. & sic est etiam in translatione chaldaica. põitur etiam aliquã do pro in. vt Esa. 55. Non erit tibi amplius infans dierum. Pro quo hebrei legunt. Non erit inibi amplius infans dierum. & similiter. Deut. 33. Dominus de sina venit. Pro quo ipsi legunt. Dominus in sina venit. p̃s. 67. A templo tuo in ieruſalem tibi offerent reges munera. pro quo hebrei legunt. In templum tuum in ieruſalem. ideſt quod est in ieruſalem. Est etiam aliquando quasi syllabica adiectio. Et ideo omittitur in nostra translatione. Geñ. 49. Aser pinguis est panis eius. Vbi preponitur huic dictioni aser. scilicet de Aser pinguis est panis eius. & in eodem. Deus patris tui erit adiutor tuus. vbi pro eo quod in littera nostra est deus in hebreo habetur מְאֵל Meel. quod significat de deo. Leuit. 23. Altero die sabbati. vbi preponitur huic dictioni altero: ac si diceret. De altero die sabbati. 4. Reg. 18. Et nõ penitus iumenta intereant. vbi preponitur huic dictioni iumenta. Hiere. 10. Non est similis tui domine. pro quo in hebreo legitur. De non est similis tui domine. Hiere. 17. Et ego non sum turbatus te pastorem sequens. vbi preponitur huic dictioni pastorem. Pro quo hebrei legunt. Et ego nõ sum turbatus de pastore post te siue de pascendo post te. Aggei. 2. Antequam poneretur lapis in templo domini. Pro quo in hebreo legitur. De antequam poneretur lapis in templo domini. & quando componitur predicta dictio cum pronominibus tunc duplicatur littera mem hoc modo. מִמֶּנִּי Miméni. ideſt a me. siue de me aut ex me. Ps. 2. postula a me. Reperitur etiam aliquando cum ſ̃simplici mem & dicitur מִנִּי mini. seu מֵנִּי Méni. ideſt a me. Iob. 16. Si taceuero non recedet a me. Et in eodem. 21. Consilium impiorum longe sit a me. p̃s. 64. verba iniquorum preualuerũt super nos. pro quo hebrei legunt. verba iniquorum preualuerunt a me. ideſt plusquam me vel super me. Esa. 22. Recedite a me amare flebo. & in eodem. 30. vt faceretis consilium & non ex me. Et in eodem. 38. Et conuoluta est a me. מִמֶּךָּ Mimecha. ideſt a te. Exo. 8. vt abigantur rane a te מִמְּךָ mimḗnu. i. ab eo. siue de eo aut a nobis. vt Geñ. 2. In quacunq; enim die comederis ex eo. Et in eodem. 23. nullusq; te phibere poterit. p quo he. le. nullus ex nobis sepulchrũ suum prohibebit a te. Reperitur etiã מִמֶּנְהוּ mḗnhu. siue mimḗnhu. Iob. 4. Suscepit auris mea venas susurri eius. pro quo hebrei legunt. Et suscepit auris mea parum ex eo. Ps. 67. Ex inimicis ab ipso. Et in genere femininо scribitur cum he ī fine: & dicitur מִמֶּנָּה mimḗna. ideſt ab ea siue de ea aut ex illa. vt Geñ. 30. & habeam ex illa filios. reperitur ẽt מִמֶּנּוּ mimḗnu in genere femininо. Iudi. 11. Non enim habebat alios liberos. pro quo in hebreo legitur. non erat ei ex ea filius aut filia. ideſt preter eã. מִמֶּכֶּם michem: siue מִמֶּכֶם Mimechem. ideſt a vobis siue de vobis. מֵהֶם mehem. ideſt ab eis siue de eis. Et aliquando scribitur cum littera nun & dicitur מִנֵּהֶם mínhem. Iob. 11. Et effugium peribit ab eis. Item מִן mín. significat quoddam genus instrumẽti musici & reperitur in numero plurali. scilicet מִנִּים mínim. p quo beatus hieronymus trãstulit chordas. Ps. 150. Laudate eũ in chordis & organo. Itẽ מָן man. in lingua chaldaica significat quis siue quicunq;. Dañ. 3. Si quis autem non prostratus adorauerit. Et in eodem. quis est deus qui eripiet vos de manu mea. Item מָן man. ideſt mana cibus quo aliti sũt hebrei in deserto. De quo vide in dictione sequenti.

מָנָה Mana. numerare. constituere. decernere. parare. seu p parare. Geñ. 15. Sic erit semẽ tuum. pro quo hebrei legunt. Sic semen tuum numerabitur. 2. Reg. 24. vade numera israel & iudã. 3. Reg. 20. Instaura numerum militum qui ceciderunt. Iob. 7. Et noctes laboriosas enumerauit mihi. p̃s. 89. Dinumerare dexteram tuam sic notum fac. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit vt numerentur dies nostri sic ostende. Esa. 65. Numerabo vos in gladio. & inde מְנִי meni. ideſt numerus. vt supra in eodem. Et libatis super ea. pro quo in hebreo habetur. Et impletis meni libamine. & dicunt aliqui hebrei q meni in predicto loco significat certam cõstellationem seu certũ numerum stellarum quibus sacrificabant. Alii vero dicunt q significat septem planetas: vnde. lxx. interpretes vt refert beatus hieronymus super predicto loco sic transtulerunt. Et impletis demoni poculum. Alii vero dicũt q significat numerum. vnde sequitur in textu numerabo vos gladio: vbi alludit scriptura ad p̃dictã dictionẽ meni: more suo. Et inde מָנָה mana: quod significat genus ponderis quod cõtinet certum numerum vnciarum. pro quo translatio nostra ipsum nomen hebraicũ posuit. Ezech. 45. viginti sicli & viginti quinq; sicli & quindecim sicli mnam faciunt. & in plurali מָנִים manim. Esdre. 2. Argenti mnas quinq; millia Nee. 7. Et argenti minas duo millia. & inde מִנִּים monim. Pro quo btūs hiero. trãstulit vices. Geñ. 31. mutauit merce dẽ meã decẽ vicibus. Item מָנָה mana. ideſt constituere siue preparare. 1. Paralip. 9. Et qui credita habebant vtensilia sanctuarii. pro quo hebrei legunt. qui erant constituti sup vasa sanctuari. Dañ. 1. Et constituit eis annonam. & in eodē qui constituit vobis cibum & potum. Et in eodem. Et dixit daniel ad malasar quem constituit princeps eunuchorũ Scribitur etiam sine he. Ione. 2. Et preparauit dominus piscem grandem. & in eodem. 4. Et preparauit dominus de us hederam. & in eodem. Et parauit deus vermem. & inde מָנָה mana. ideſt munus. pars. portio constituta seu debita. Leuit. 8. In partem suam sicut preceperat dominus. p̃s. 15. Dominus pars hereditatis mee. Ps. 62. pars vulpium erũt Et in plurali מָנוֹת manoth. Ester. 2. Et traderet ei partes suas. & in eodem. 9. Et mittant sibi mutuo partes epularum & ciborum. & aliquando scribitur cum iod ī fine & dicitur מָנָיוֹת menaioth. ideſt partes seu munera. Nec. 12. Dabãt partes cantoribus & ianitoribus. Scribitur etiam cum aleph & dicitur מָנָאוֹת menaoth. vt supra in eodem. In deco

Comparatiuum. Quam. Re. Non In. Syllabica adiectio. מִמֶּנִּי a me. מִנִּי מֵנִּי Ex me. מִמֶּךָּ מִמְּךָ מִמֶּנּוּ מִמֶּנְהוּ מִמֶּנָּה מִמֶּנּוּ מִמֶּנְהוּ מִן מִנִּים Chorda. מָן Quis. man. מָנָה Numerare Meni. Cõstellatio Demon. מָנָה mna. מָנִים mne מִנִּים Vices. מָנָה Cõstituere Preparat מָנָה Pars. מָנוֹת Partes. מָנָיוֹת Partes מָנָאוֹת

munera

re gratiarum actione sacerdotes & leuitas, pro quo hebrei legunt. Munera seu partes pro gratiarum actione sacerdotibus & leuitis. & inde מָן man. idest cibus quo hebrei in deserto aliti sunt: quasi munere eis dato desuper. Exo. 16. Appellauitq; domus israel nomen eius man. Nec. 9. Et mana tuum non prohibuisti ab ore eorum. Et secundum translationem nostram מָן man interrogatis particula est: & significat quid siue quis. Exo. 16. Dixerunt ad inuicem מָן הוּא man hu. quod significat quid est hoc. tamen in hebreo nō habetur quod significat quid est hoc: sed ē expositio trāslatoris: quia sequitur in textu. Ignorabant enim quid esset. Ps. 60. misericordiam & veritatem eius quis requiret. vbi pro eo quod in littera nostra est quis in hebreo habetur מָן man. Hebrei tamen dicunt q̄ in predicto loco significat preparationem. Sed in lingua chaldaica communiter est dictio interrogatiua. vt dictum est in dictione precedenti.

מָן man. mana.

Quid.

Quis.

מִנְחָה munus.

מִנְחָה minchа. munus. oblatio. sacrificium. Geñ. 43. Et deferte viro munera. Quod in hebreo legitur singulariter. scilicet munus. & in eo. Tulerunt ergo viri munera. & in eodem. Illi vero parabant munera. Iudi. 3. miseruntq; filii israel per illum munera. Ponitur etiam pro sacrificio vl' oblatione. Leuit. 2. Anima cum obtulerit oblationem sacrificii dño. & in eo. Omnis oblatio que offertur domino absq; fermento fiet. & in eodem. 7. Et omne sacrificium simile quod coquitur in clibano. Nu. 16. Ne respicias sacrificia eorum. 3. Reg. 18. Cumq; iam tempus esset vt offerret holocaustum. idest sacrificium vespertinum. Esdre. 9. Et ego sedebam tristis vsq; ad sacrificium vespertinū. ps. 140 Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Oblatio

Sacrificiū

מְנִיבָא Torques.

מְנִיבָא menicha. in lingua chaldaica significat torquē. Dañ. 5. Et torquem auream habebit in collo.

מָנַע Priuare. Prohibef

מָנַע manaa. priuare. vetare. prohibere. desinere. absconde re. celare. Geñ. 30. Qui priuauit te fructu ventris tui. Nu. 22. Ne cunctēris venire ad me. Pro quo hebrei legunt. Ne prohibearis siue ne desinas venire ad me. Et in eo. Deus priuauit te honore. 1. Reg. 25. Qui prohibuit te ne venires in sanguinem. 2. Reg. 13. Et non negabit me tibi. idest non prohibebit vel nonvetabit me tibi. Iob. 38. Auferetur ab impiis lux sua. Pro quo hebrei legunt. Et priuabitur seu prohibebitur ab impiis lux eorum. ps. 20. & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. idest non priuasti vel prohibuisti. ps. 83. Non priuabit bonis eos qui ābulant in innocentia. Prouer. 1. Prohibe pedem tuum a semitis eorum. & in eodem. 3. Noli prohibere benefacere. Hiere. 2. Prohibe pedem tuum a nuditate. Et in eodem. 5. Et peccata vestra prohibuerunt bonum a vobis. Ezech. 31. Et prohibui flumina eorum. Ioel. 1. Quoniam interiit de domo dei vestri sacrificium & libatio. Pro quo hebrei legunt. Quoniam p hibitum est de domo dei vestri sacrificium. ponitur etiam pro celare vel absconde re. Iob. 20. & celabit in gutture suo. Prouer. 11. Qui abscondit frumentum maledicetur in populis. Hiere. 42. Nec celabo vos quicquam.

Auferre.

abscondef Celare.

מַנָּר Liciatorij

מַנָּר Manor. Liciatorium. idest lignum quo tela circūuoluitur. 1. Reg. 17. Hastile autem eius erat quasi liciatorium texentium. Item מְנֹרָה Menora. idest candelabrum. De quo vide infra in dictione נֵר Nur.

מְנֹרָה

מָס Tributum

מָס Mas. Tributum. vectigal. De quo vide in dictione sequenti.

מָסַס Liquefacec. dissolui pauore. ptimescef.

מָסַס Masas. Dissoluere. liquefacere. tabefacere. terrere. Perterrere. ptimescere. seu terrore vel pauore dissoluī Exo. 16. Cumq; incaluisset sol: liquefiebat. Ios. 2. Et elanguit cor nostrum. Pro quo hebrei legunt. Et dissolutum est cor nostrum. scilicet pauore. Et in eodem. 7. Pertimuitq; cor populi. idest pauore dissolutum est. vel liquefactum est. vnde sequitur & ad instar aque liquefactum ē. vbi vtrūq; significatum ponitur in translatione nostra pro vnoverbo hebraico. Nam in hebreo sic legitur. Et dissolutum seu liquefactum est cor populi & fuit sicut aqua. Iudi. 15. Ita vincula quibus ligatus erat dissipata sunt & soluta. idest dissoluta. 2. Reg. 17. Et fortissimus quisq; cuius cor est quasi leonis pauore soluetur. Iob. 6. Qui tollit ab amico suo miseri cordiam. Pro quo hebrei legunt. Qui dissoluit ab amico suo misericordiam. ps. 57. Ad nihilum deuenient tanquā aqua decurrens. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Dissoluantur sicut aque que defluunt. Et in eodem. Sicut cera que fluit auferetur. idest que dissoluitur vel liquefit. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Sicut testudo que liquefit vel dissoluitur Vnde beatus hieronymꝰ in psalterio iuxta hebraicā veritatē transtulit. Sicut vermis tabefactus pertranseant. Esa. 64. Sicut exustio ignis tabescerent. Michee. 1. Et consumentur montes sub eo. Pro quo hebrei legunt. Et dissoluentur vl' tabescent montes sub eo. vide etiam de hoc in dictione sequenti. Ponitur etiam pro terrere vel pertimescere. Deut. 1. Nuncii terruerunt cor nostrum. Esa. 10. Et erit terrore p fugus. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Et erit quasi dissoluens signiferum: Nam quando signifer dissoluitur tunc totus exercitus dissoluitur & dissipatur. Potest etiam legi sicut est in littera nostra. De quo vide infra in dictione נָסַס Nasas. & inde מָס Mas. idest tributum. census. vectigal. inditio. Geñ. 49. Et erit tributis seruiens. Exo. 1. Preposuit itaq; eis magistros operum. Pro quo hebrei legunt. Et prepositerunt eis principes censuum seu tributorum. 3. Reg. 5. Et erat inditio triginta millia virorum. Et in eodem. Et adoniram erat super huiuscemodi inditionem. Esa. 31. Et iuuenes eius vectigales erunt. Threñ. 1. Princeps prouinciarum facta est subtributo. & inde מַסָּה Missa. idest oblatio. Que fit deo propter debitum munus personale. & scribitur cum thau in fine loco he ratione genitiui sequentis. Deut. 16. Oblationem spontaneam manus tue quam offeres iuxta benedictionem. Quod nomen vt quidam dicunt: nos christiani in sacrificio nostro impositum retinuimus vt a nobis appelletur missa: cum hoc nomen nec grecum nec latinum esse videatur: sed potius ab hebreis mutuatum.

מָס Tributum

מָסָה Liquefacere. dissolui pauore. ptimescef.

מָסָה Masa. dissoluere. Liquefacere. tabefacere. sicut dictio precedens. Ios. 14. Dissoluerunt cor populi. Ps. 6. lachrymis meis stratum meum rigabo. p quo hebrei legūt Lachrymis meis stratum meum liquefaciam seu dissoluā vel tabefaciam. Ps. 36. Et tabescere fecisti sicut aranea anima eius.

מָסָךְ miscere. Libare. מָסָךְ mixtum. מִמְסָךְ Libare מָסָךְ tentorium

מָסַךְ masach. miscere. libare. Ps. 101. Et poculum meum cum fletu miscebam. Prouer. 9. miscuit vinum suum. Et in eodem. Bibite vinum quod miscui. Esa. 5. Et viros fortes ad miscendam ebrietatem. Et in eodem. 19. Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis. Et inde מֶסֶךְ mesech. idest mixtum seu libamen. ps. 74. Plenus mixto. Scribitur etiam cum duplici mem & dicitur מְמֻסָּךְ mimsach. prouer. 23. Et studeant calicibus epotandis. Pro quo hebrei legunt. Venientibus ad requirendam mixtionem. idest vinum mixtum. Sed beatus hieronymus transtulit sensum. Esa. 65. Qui ordinatis fortune mensam & libatis super eam. Pro quo hebrei legunt. Et impletis numerum mixtione siue libamine. Vide etiam de hoc infra in dictione נָסַךְ Nasach. Item מַסָּךְ masach. idest coopertimentum seu tentorium. Exodi. 26. Facies & tentorium

© Biblioteca Nacional de España

in introitu tabernaculi. Esa. zz. & reuelabitur operimentum iude. Ezech. z8. Omnis lapis preciosus opimētū tuū.

Tradere. מָסַר Masar. tradere. delegare. Nu. 31. Dederūtq; millenos de singulis tribubus. pro quo hebrei legunt. & tradiți sunt seu delegati sunt de millibus israel mille per singulos tribus. Et in eo. Et preuaricari vos fecerunt in domi num. pro quo hebrei legunt. vt traderent preuaricationē in dominum. & in lingua chaldaica communiter significat tradere.

Deficere. Labi Infirmari. מָעַד maad. labi. vacillare. nutare. deficere. infirmari. 2. Re gū. 22. Et non deficient tali mei. pro quo hebrei legunt. & non labantur tali mei. Ps. 17. Et non sunt infirma ta vestigia mea. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit & non deficient tali mei. ps. 25. Et in domino sperans non infirmabor. pro quo beatus hiero nymus transtulit. & in domino sperans non deficiam. Ps. 36. non supplantabuntur gressus eius. pro quo beatus hie ronymus transtulit. non deficient gressus eius. i. nō vacilla bunt seu non labentur. ps. 68. Et dorsum eorum semper incurua. Pro quo hebrei legunt. & lumbos eorum semper fac nutare seu vacillare. Prouer. 25. & pes lapsus. & inde

Vacillare מוֹעֲדֵי Moade. i. lubricationes seu lapsus. Iob. 12. Parata ad tempus statutum. pro quo hebrei legunt. parata ad lubrica tiones seu lapsus pedis. potest etiam legi sicut est in littera nostra. De quo vide supra in dictione יָעַד Iaad.

Lubrícationes. Venter. מֵעָה Meaa. viscera. intestina. venter. vterus. Et solum in uenitur in numero plurali. scilicet מֵעַיִם meaim. siue מֵעִי Mee. Nu. 5. Ingrediantur aque maledicte iste in vētrē tuum. ps. 39. Et legem tuam in medio cordis mei. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatē transtulit. In medio ventris mei. Ps. 70. De ventre matris mee tu es protector meus. Canti. 5. Venter eius eburneus. Esa. 16. Venter meus ad moab quasi cithara sonabit. & in eo. 38. & stirps uteri tui vt lapilli eius. pro quo hebrei legūt Et stirps uteri tui sicut uteri eius. ideſt sicut stirps uteri ei?. Vbi bis ponitur eadem dictio. & dicunt hebrei q; per stirpē uteri eius. scilicet maris: significantur pisces. sed in transla tiōe chaldaica est sicut in littera nra. & in eo. 36. Multitudo viscerū tuorū & miserationū tuarū super me continuerūt se. Hiere. 4. ventrē meū doleo. & in eo. 31. Idcirco cōturba ta sunt viscera mea super eū. Threñ. 1. Venter meus cōturbatus est. Ione. 2. Et orauit ionas ad dominum deum suū de ventre piscis.

Vterus.

Vlcera. מָעַט Maat. minuere. diminuere. minorare. seu minus face re. paruum seu minorem esse. decrescere. Geñ. 32. mi nor sum cūctis miserationibus tuis. Exo. 16. nec qui minus parauerat reperit minus. & in eo. 30. pauper nil minuet. Leuit. 25. quanto minus temporis numeraueris: tanto mi noris et emptio constabit. pro quo hebrei legunt. secundū paucitatē annorū minues emptionē eius. & in eo. z6. & ad paucitatem cuncta redigent. ideſt cuncta minuent. ps. 106. Et iumenta eorum non minorabit. Prouer. 13. substantia festinata diminuetur. Eccls. 12. Et ocioſe erunt molētes in minuto numero. pro quo hebrei legunt. & ocioſe erūt mo lentes: quia imminute sunt. Hiere. 10. Ne forte ad nihilū redigas me. pro quo hebrei legunt. ne forte minuas me. & in eodē. 30. Et multiplicabo eos & non minuentur. Ezech. 29. & imminuam cos ne imperent gentibus. & inde מְעַט Meaat. ideſt minus. parum. pauxillum. modicū. paucū. si ue paucitas. Geñ. 18. Sed afferam pauxillum aque. Et in eo dem. 24. Pauxillum aque mihi ad bibendum prebe. Nu. 16. Nunquid parum vobis est q; separauerit vos deus isra el. Iob. 10. Nunquid nō paucitas dierum meorum finietur breui. Ezech. 11. Et ero eis in sanctificationem modicam. Et in plurali. מְעָטִים meatim. Ps. 108. fiant dies eius pauci. Eccls. 4. Idcirco sint sermones tui pauci. & quando prepo nitur ei littera caph. tunc significat parum siue pene. Geñ. 25. potuit coire quispiam de populo cum vxore tua. Pro quo hebrei legunt. Quasi parum. ideſt pene coisset vnus de populo cum vxore tua. Ps. 72. mei autem pene moti sūt pedes. Prouer. 5. Pene fui in omni malo.

Minoré eé Minus parare. Minuere. Ad paucitatem redigere. Minorare Minuere. Paucitas Paucitatis modica. מָעַךְ maach. conterere. concassare. subigere. comprimere. figere. Leuit. 22. Omne animal quod vel contritis. Ezech. 24. Ibi subacta sunt vbera earum. Pro quo hebrei legunt. Ibi confregerunt seu compresserunt vbera earum. significat etiam figere. vt. 1. Regum. 26. Et hastam fixam in terra.

Conterere Subigere Figere. מָעַל maal. preuaricari. transgredi. preterire. scilicet māda tum. contemnere. Leuit. 5. Anima si preuaricans ceri monias domini. Et in eodem. 6. Et contempto domino ne gauerit proximo suo depositum. pro quo he. le. Et preua ricatus fuerit preuaricationem in dominum. Ios. 7. Fi lii autem israel preuaricati sunt mandatum. & in eo. 22. nō ne Achan filius zare preteriit mandatum domini. prouer. 16. In iudicio non errabit os eius. ideſt non transgredietur vel non preteribit os eius. 2. Paralip. 28. Et contemptum habuisset dominum. & inde מַעַל maal. ideſt preuaricatio vel transgressio. Ios. 22. que est ista transgressio. & in eo dem. Si preuaricationis animo hoc altare construximus. Ponitur etiam pro mendacio seu pro eo quod repugnatve ritati. Iob. 21. Cum responsio vestra repugnare ostensa sit veritati. Item מְעִיל meil. ideſt tunica seu pallium. Exo. 28. Tunicam & lineam strictam. Et in eodem. facies & tuni cam superhumeralis totam hiacinthinā. 1. Reg. 2. & tuni cam paruam faciebat ei mater sua. Esdre. 9. Scidi pallium meum & tunicam. ps. 108. Et operiantur sicut diploide. ideſt sicut pallio. Et in plurali. מְעִילִים meilim. 2. Reg. 15. Huiuscemodi enim filie regis virgines vestibus vtebātur. ideſt tunicis huiuscemodi.

Preterire mandatus Trāsgredi Cōtēnere. Transgres sio. Preuari catio. Repugnāt veritati. Tunica Pallium. Tunice.

Et. Ideo. Propter. לְמַעַן maan. prepositta littera lamed dicitur לְמַעַן lemaan: & significat propter. propterea. propterquod. vt. ideo. id circo. Geñ. 18. Vt adducat dominus propter Abraam om nia que locutus est ad eum. Exo. 16. Vt tentem eum. Leuit. 17. Ideo sacerdoti offerre debent filii israel. Iob. 18. Nun quid propter te derelinquetur terra. Ps. 5. Propter inimi cos meos. ps. 6. Et saluum me fac propter misericordiam tuam. Ps. 129. Et propter legem tuam sustinui te domine. Prouer. 16. vniuersa propter semetipsum operatus est do minus. Esa. 38. Propter me & propter dauid seruum meū. Ezech. 36. Non propter vos ego faciam.

Spelūca. Spelūce. Statuto. מְעָרָה maar. spelunca. & recipit he in fine & dicitur מְעָרָה me aara. Geñ. 19. Et mansit in spelunca. Et i eo. 23. vt det mihi speluncam duplicem. 2. Reg. 23. Et venerunt tem pore messis ad dauid in speluncam odolam. Et in plurali מְעָרוֹת meaaroth. Iudi. 6. Feceruntq; sibi antra & spelūcas. Esa. 32. Tenebre & palpatio facte sunt super speluncas. Itē מַעֲר maar. ideſt incastratura siue sculptura. pro quo beatus hieronymus transtulit similitudinem. 3. Reg. 7. Quasi in similitudinem hominis stantis. vide etiam de hoc infra in dictione עָרָה Ara.

Azymum Azyma מַצָּה Mas. azymum. litis. iurgium. & recipit he in fine quod denotat genus femininum: & dicitur מַצָּה masa. Leuit. 2. Simile consperse oleo & absq; fermento. ideſt azymum. Et in plu. מַצּוֹת Masoth. ideſt azyma. Geñ. 19. Et coxit azyma & comederunt. Exo. 12. Septē diebus azy ma comedetis. Et in eo. 29. Et lagana azyma. Itēמַצָּה masa

© Biblioteca Nacional de España

Cõtentio. מָץ

ideſt lis.ſeu contentio. Eſa.58. Ecce ad lites & contentiões ieiunatis. & de hoc vide infra in dictione נָצָה Nasa. Itē

Puluis. מוץ

מץ Mos. ideſt puluis ſeu ſtipula. De quo vide ſupra in dictiõe Mos. cum vau in medio dictionis.

Mulgere. מָצַץ

Masas. ſugere. mulgere. & ſcribitur cum ſimplici ſádíc. Eſa.66. vt mulgeatis & delitiis affluatis. vide etíam de hoc ſupra in dictione מִץ Mis.

Inuenire. Reperire. מָצָא

Masa. inuenire. reperire. ſufficere. ſeu ſufficientiam prebere. accidere. Geñ.19. Ita vt oſtium inuenire nõ poſſent. Et in eodem.26. Et repererunt aquam viuam. Et in eodem.37. Inuenítq; eum vír. Et in eodem.38. Non inueníeam. Et in eodem.44. Deus inuenit iniquitatem ſeruorum tuorum. Exo.22. Sí inuentū fuerit apud eum. Et ī eodem.33. Quia inueniſti gratiam coram me. Leuit.25. ſi nõ inuenerit manus eius vt reddat precium. Ioſ.2. Querẽtes per omnem viam non repererūt eos. Iudi.14. quod ſi ſolueritis mihi intra ſeptem dies conuiuii. pro quo hebrei legunt. Sí annunciaueritis mihi in ſeptem diebus conuiuii & inueneritis. ſ. eius ſolutionem. 1. Reg.13. Et non eſt inuentus enſis & lancea in manu totius populi. Et in eodẽ 20. vade & affer mihi ſagittas. pro quo hebrei legunt. vade inueni ſagittas. 2. Reg.18. Non eris boni nuncii baiulus. p quo he. le. Et tibi non eſt annunciatio inuenta. í. non eſt ſufficiens vel conueniens tibi iſta annũciatio. 4. Reg.7. ſceleris arguemur. Pro quo hebrei legunt. Et inueniet nos ſcelus. Eſter.4. Congrega omnes iudeos quos in ſuſis reperíeris. Ps.31. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore oportuno. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Pro hac orabit omnis míſericors ad te tempus inueniẽs. Prouer.3. Et inueníes gratiam & diſciplinã bonã. & in eo.4. vita enim ſunt inueníẽtibus ea. Et in eo.8. Et equí inuenientibus ſcientiam. Et in eo. Qui me inuenerit inueniet vitã. Eccl's.7. Et inueni amariorem morte mulierem. Eſa.13. Omnis qui inuentus fuerit occidetur. Et in eo.55. Querite dominum dum inueniri poteſt. Hiere.5. Quía inuentí ſunt in populo meo ī pii. Et in eo.6. Et inuenietis requiẽ animabus veſtris. Et in eodem.10. Et tribulabo eos ita vt inueníantur. ſcilicet ab adueríariis. Hiere.31. Inuenit gratiam in deſerto. Significat etíam ſufficere. Nu.11. Vt poſſit ſufficere ad cíbum. Et ī eo.

Sufficere.

Vt eos ſacient. Pro quo hebrei legũt. Vt ſufficiat eis. Deut.32. Inuenit eum in terra deſerta. Pro quo hebrei legũt. ſuffecit ei in terra deſerta. ideſt ſufficientiam cibi & indumẽti ei prebuit. Et ſic eſt in tranſlatione chaldaica. Poteſt etiam legi ſicut eſt in líttera noſtra. Ioſ.17. Nõ poterímus ad mõtana conſcendere. pro quo hebrei legunt. Non ſufficiet nobis mons. Zach.10. Et non inuenietur eis locus. Pro quo hebrei legunt. Et non ſufficiet eis. Poteſt etiam legí ſicut ẽ in líttera noſtra. Item ponitur pro accidere. Geñ.42. Et

Accidere.

narrauerunt ei omnía que accidiſſent ſibi. Pro quo hebrei legunt. Et narrauerunt ei omnía accidentia que accidiſſet ſibi. Exo.19. Vniuerſũq; laborem qui accidiſſet eis in itínere. Deut.31. Et inuenient eum omnia mala. ideſt accident ei omnia mala. & inde verbum tertíe coniugationis. ideſt ĩuenire facere. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit. offerre ſiue tradere aut reddere. Leuit.9. Obtulerũt ei filii ſui ſãguinem eius. Et in eodem. Cum capite & membris ſíngulis obtulerunt. 2. Reg.3. Et non tradidi te in manu dauid. Iob.34. & iuxta vias ſingulorum reſtituet eis. ideſt reddet Zach.11. Ecce ego tradam homínes vnumquẽq; in manu proximí ſui.

Offerre.

Tradere. Beddere.

Obſidere. מָצַר

מָצַד Masad. obſidere. Eſa.29. Et omnes qui mílitauerunt & obſiderunt & vallauerunt eam. & inde מְצָד meſad ideſt fortalicium. arx. munitio. preſidium. locus tutiſſimus ſeu firmiſſimus: aut iaceſſibilis. refugiũ. 1. Paralip.11. Habí tauit aũt dauid in arce. Et communiter ſcribitur cum he in fine & dícitur מְצוּדָה meſuda. 1. Reg.22. Cunctis diebus qui bus dauid fuit in preſidio. Et in eodem. nolli manere in p̃ſidio. Et in eodem.24. Et dauid & viri eius aſcenderũt ad tutíora loca. 2. Reg.5. Cepit autem dauid arcem ſion. 1. Paralip.11. Porro dauid cepit arcem ſion. Iob.39. Atq; inaceſſis rupibus. p̃s.17. Dominus firmamentum meum & refugium meum. p̃s.30. Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu. Pro quo beatus hieronymus in pſalterío iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Quía petra mea & munitio mea tu es. Et in plurali מְצָדוֹת meſudoth. ſiue מְצָדוֹת meſadoth. Iudi.6. Et munitíſſima ad repugnandum loca. 1. Reg.23. morabatur autem dauid in deſerto ī locis firmiſſimis. Et in eodem. In locis tutiſſimis ſilue. Ps.31. Et in domum refugii. Quod in hebreo legitur in plurali. ſcílicet in domum munitionum. Eſa.33. monumenta ſaxorum ſublimitas eius. reperitur etiam מְצוֹדִים meſodim. ſecundũ terminationem maſculinorum. vt Eccl's.9. Struxitq; munitiones. Ponitur etiam pro laqueo venatorum ſeu hamo. Eccl's 7. Que laqueus venatorum eſt. & in eo.9. Sicut piſces capiuntur hamo.

Arx. מְצוּדָה Preſidium. Turlocus Arx. Iaceſſibile Refugium

Munitio. מְצָדוֹת מְצָדוֹת Munitiſſima. Loca firmiſſima. Loca tutiſſima. Monumẽta. מְצוֹדִים munitiões Laqueus. Hamus.

Exprimere. מָצָה

נָגַע Nagaa. tangere. attingere. impellere. pertingere. peruenire. percutere. seu flagellare. Geñ. 3. Ne comederemus & ne tangeremus illud. Et in eodem. 20. Et non dimisi te vt tangeres eam. & in eodem. Qui tetigerit hominis huius vxorem. Et in eodem. Sicut & nos nihil tuorum attigimus. Exo. 4. Tetigitq; pedes eius. Et in eodem. 12. Et aspergite ex eo superliminare. Pro quo hebrei legunt. Et facite tangere superliminare ac duos postes de sanguīe. Et in eodem. 19. Ne tangatis fines eius. Et in eodem. Manus non tanget eum. Leuit. 5. Sin autem non potuerit offerre pecus. Pro quo hebrei legunt. Sin autem non attigerit manus eius sufficientiam pecudis: & est sensus sicut in littera nostra. Ruth. 2. Vt nemo molestus sit tibi. p quo hebrei legunt. Vt nemo tangat te. 1. Reg. 10. Exercitus quorum tetigerat deus corda. Iob. 5. non tanget te malum. Et in eo. 6. Que prius nolebat tangere anima mea. ps. 103. Qui tangit mōtes & fumigant. Esa. 6. Et tetigit os meum. Significat etiam pertingere. seu peruenire. 1. Paralip. 28. Ita vt vsq; ad celum pertingeret vestra crudelitas. Canti. 2 Tempus putationis aduenit. Esa. 16. Vsq; ad iazer peruenerunt. Item significat flagellare seu plagare vel percutere. Geñ. 12. flagellauit autem dominus pharaōem plagis magnis. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum: ac si diceret plagauit plagis magnis. Ioſ. 8. Ioſue vero & omnis israel cesserunt loco simulantes metum & fugientes. Pro quo hebrei legunt. Et percussi sunt ioſue & omnis israel ante eos & fugerunt. ideſt ac si essent percussi fugerunt. 2. Paralipo. 27. Eo quod illico sensisset plagam domini. pro quo hebrei legunt. Eo quod plagasset seu percussisset eum dominus. Ps. 72. Et cum hominibus non flagellabuntur. Et in eodem. Et fui flagellatus tota die. Esa. 53. Et nos putauimus eum quasi leprosum. pro quo hebrei legunt. Et nos putauimus eum plagatum. ideſt plagis percussum seu flagellatum. Et inde נֶגַע négaa. ideſt plaga. seu percussio. Exo. 11. Adhuc vna plaga tangam pharaonem. Leuit. 13. Plaga lepre si fuerit in homīe. ps. 37. aduersum me appropinquauerunt & steterūt. pro quo hebrei legūt ex aduerso plage mee steterunt. vnde beatus Hiero. in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit quasi contra lepram meā steterunt. Et in plurali נְגָעִים Negaim. Geñ. 12. Flagellauit autem dominus pharaonem plagis maximis.

Tangere.

Attingere

Pertigef. aduenire. Peruenif

Flagellaf

Plagare. Percutef.

Lepra. נְגָעִים plage.

נָגַף Nagaph. Percutere. ledere. vulnerare. impellere. impīgere. Exo. 12. percutiens egyptios. Et in eodem. Ingredi domos vestras & ledere. ideſt percutere. Et in eodem. 21 Et percusserit quis mulierem pregnantem. Et in eodem. Si bos alienus bouem alterius vulneraverit. Deut. 28. Tradatte dominus corruentem ante inimicos tuos. pro quo hebrei legunt. Dette dominus percussum ante inimicos tuos. Iudi. 20. putauerunt enim solito eos more cedere. i. percutere. pro quo hebrei legunt. Et dixerunt filii Beniamin percussi sunt ante nos. Et in eodem. Filii autem beniamin cum se inferiores esse vidissent. pro quo hebrei legunt. Et viderunt filii beniamin quoniam percussi essent. 1. Regū. 26. Quia nisi dominus percusserit eum. 2. Reg. 10. Et quoniam corruissent coram israel. ideſt percusi essent. Et in eodem. 12. percussitq; dominus paruulum. 3. Reg. 8. Si fugerit populus tuus israel inimicos suos. pro quo hebrei legūt Si percussus fuerit populus tuus israel ante inimicos suos. 2. Paralip. 13. perterruit dominus hieroboam & omnem israel. pro quo hebrei legunt. Et percussit deus Ieroboam & omnem israel. Et in eodem. 17. Exterruitq; dominus ethiopes. ideſt percussit. Esa. 19. Et percutiet dominus egyptū plaga: & sanabit eam. ponitur etiam pro impingere seu offendere. ps. 90. ne forte offendas ad lapidem pedem tuum Prouer. 3. Et pes tuus non impinget. Hiere. 13. Antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos. & inde נֶגֶף négeph. ideſt percussio seu plaga. Exo. 30. Et non erit plaga in eis: cum fuerint recensiti. Nume. 16. Et plaga desevit. Et in eodem. quam iam vastabat incendium. pro quo hebrei legūt. Et ecce in ceperat plaga in populo. Scribitur etiam cum mem in principio loco nun & cum he in fine & dicitur מַגֵּפָה magepha. ideſt plaga seu mortalitas. vt in eodem. Et plaga cessauit. Et in eodem. postquam quieuit interitus. ideſt postquam quieuit plaga. Et in eodem. 25. que percussa est in die plage. Et in eodem. 26. postquam noxiorum sanguis effusus est. pro quo hebrei legunt. Et factum est post plagam. Et in plurali מַגֵּפוֹת magephoth. Exo. 9. Mittam omnes plagas meas in cor tuum.

Offendef.

Impigere נֶגֶף

plaga.

מַגֵּפָה plaga.

מַגֵּפוֹת plage.

נָגַר nagar. defluere. decurrere. detrahere. 2. Reg. 14. Quasi aque dilabimur super terram. pro quo hebrei legūt. Et quasi aque que defluunt seu decurrunt super terram. ps 74. Et inclinauit ex hoc in hoc. pro quo hebrei legunt. & decurrere seu defluere fecit ex eo. vnde beatus hieronym? in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et propinauit ex eo. Threñ. 3. Oculus meus afflictus est. pro quo hebrei legunt. Oculus meus defluxit. ideſt effudit lachrimas Mich. 1. Sicut aque que decurrunt in preceps. significat et detrahere. vel tradere. Iob. 20. Detrahentur in die furoris domini. ps. 62. Tradentur in manus gladii. Prouer. 21. Rapina impiorū detrahet eos. Hiere. 18. Et deduc eos in manu gladii. ideſt trade seu detrahe eos i manu gladii. Ezech. 35. Et concluseris filios israel in manu gladii. Mich. 1. Et detraham in vallem lapides eius. Ponitur etiam pro extendere. ps. 76. manibus meis nocte contra eum. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. manus mea nocte extenditur.

Defluere.

Decurrere

Detrahef. Tradere. Deducere. Cōcludere

Extendere

נָגַשׁ nagas. accedere. appropinquare. Geñ. 19. Recede illuc. pro quo hebrei legunt. Accede illuc. Et in eodem 27. Accede huc vt tangam te. Et in eodem. Accessit ille ad patrem. Et in eodem. Accede ad me & da mihi osculum. Et in eodem. 33. Donec appropinquaret frater eius. Et in eodem. Et appropinquantes ancille & filii earum incurua ti sunt: accessit quoq; lia cum pueris suis. Et in eodem. 44 Accedens autem propius iudas. Et in eodem. 45. Accedi te inquit ad me & cum accessissent. Exo. 24. Soluscq moyses accedet ad dominum & illi non appropinquabunt. Et in eodem. 34. Timuerunt prope accedere. Et in eodem. venerunt ad eum etiam omnes filii israel. pro quo hebrei legunt. Accesserunt ad eum. Deut. 25. Accedet mulier ad eū. Ruth. 2. veni huc & comede panem. ideſt accede huc. 2. Regum. 1. Accede irruc in eum. Esa. 29. Eo quod appropin-

Accedere.

Appropinquare.

© Biblioteca Nacional de España

quauit populus iste. Et in eo. 45. Accedite simul qui salua
ti estis de gentibus. Et in eo. 49. Fac spaciū mihi vt habi-
tem. Pro quo hebrei legunt. Accede mihi vt habitem. ideſt
accede illuc vt facias mihi spacium. Et in eo. 65. Non ap-
pinques mihi. Amos. 9. Qui dicunt non appropinquabit
Et inde verbū tertie coniugationis. ideſt appropiquare fa-
cere. applicare. siue afferre vel offerre. Geñ. 27. Affer mihi
inquit cibos. Et in eo. Quos cum oblatos comediſſet. Pro
quo hebrei legunt. Et obtulit ei & comedit. Exo. 20. Offe-
rat eum dominus diis: & applicabitur ad ostium. 1. Reg. 15
Adducite ad me Agag regem. ideſt afferte siue applicate
ad me. 2. Reg. 3. Et pedes tui non sunt compedibus aggra-
uati. ideſt non fuerunt applicati compedibus.

Afferre. Offerre. Applicare Adducere.

נָגַשׂ Nagas. cum puncto cebolet in littera sin. exigere. re-
petere. affligere. angustiare. Deut. 25. Repetere nō po
teris quia annus remissionis est. Et in eodem. A peregrino
& aduena exiges. 4. Reg. 23. Et vnūquēq; iuxta vires suas
exegit tam argentū quam aurū. Esa. 58. Et oēs debitores
vros repetitis. Ponitur ēt pro affligere. 1. Reg. 13. Afflictus
enim erat populus. Item ponitur ꝓ corruere. Esa. 3. Et cor
ruet populus vir ad virum. sed ēt in predicto loco hebrei le
gunt. Et exiget populus siue angustiabit vel affliget. Poni
tur etiam pro offerre. sicut supra נָגַשׂ Nagas cū puncto se-
bolet vt. Esa. 53. Oblatus est quia ipse voluit. & inde נֹגֵשׂ no
ges. ideſt exactor. Exo. 5. Precepit ergo in die illa prefectis
operum & exactoribus populi. & in eo. Igitur egressi pre
fecti operū & exactores ad populū dixerūt. Esa. 14. & subii
ciēt exactores suos. Et in eo. Quomodo cessauit exactor.

Repetere. Exigere. Affligere. Corruere. Offerre. Exactor.

נֵד Ned. acceruus. moles. Exo. 15. Stetit vnda fluens. ꝓ quo
hebrei legunt. Steterunt quasi aceruus seu quasi moles
fluēta seu fluentes. ſ. aque. Ioſ. 3. In vna mole consistent. Et
in eo. Et ad instar mōtis intumescētes apparebant. pro quo
he. le. Steterunt in aceruo vno siue in vna mole.

נָדַד Nadad. mouere. cōmouere. ammouere. receder e. fuge
re. Geñ. 31. Fugiebatq; somnus ab oculis meis. i. āmo-
tus est vel recessit. Ester. 6. Noctem illam rex duxit insom
nem. ꝓ quo he. le. In nocte illa ammotus est vel recessit sō
nus regis. Iob. 15. Cum se mouerit ad querendum panem
Et in eo. 20. Et transiet sicut visio nocturna. ideſt mouebi
tur vel recedet sicut visio nocturna. Et in eo. 18. Et de orbe
transferet eū. Pro q̄ he. le. Et de orbe āmouebit eū. Et i eo.
42. Et mouerūt super eū caput. ps. 30. Qui videbant me
foras fugerunt a me. ps. 67. Rex virtutum dilecti dilecti.
Pro quo he. le. Reges exercituū mouebūtur. Potest etiā de
riuari a dictione דוד Dod. que significat dilectū. vnde bea-
tus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Reges
exercituū federabuntur. Esa. 10. & nō fuit qui moueret pē-
nā. Et i eo. Migrauit madmena. i. mota est vel recessit mad
mena. Hiere. 50. Recedite de medio babylonis. Osee. 7. ve
cis qm̄ recesserunt a me. Naum. 3. Resiliet a te. Et in eo. Sol
ortus est & aduolauerunt. i. recesserunt. Et inde נָדוּד nedud
i. motus seu commotio. ps. 54. Ecce elongaui fugiens. ꝓ
quo he. le. Ecce elongabo motum. ideſt longe mouebor.
& in plu. נְדוּדִים Nedudim. pro quo beatus hieronymus
transtulit dolores. Iob. 7. Et replebor doloribus vsq; ad te
nebras. & inde מִנְדַּת Midath. quasi מְנַדַּת Mindath. i. motus
seu cōmotio. Iob. 7. Et rursum expectabo vesperam. Pro
quo he. le. Et motus seu cōmotio vespere. Vide etiā de hoc
infra in dictione נוד Nud. & inde נִדָּה Nida. i. menstruata.
seu mēstruū aut immūda. eo quod ꝓpter sui imūdiciā erat
āmota vel separata a viro & a templo. Leuit. 12. Iuxta dies
separatiōis mēstruate. & in eo. iuxta ritū fluxus menstrui.
Et in eo. 15. Et que mēstruis temporibus separatur. Threñ.
1. facta est ierusalem quasi polluta menstruis. Ezech. 18. Ad
mulierem menstruatā nō accesserit. Ponitur ēt pro inmun
da vel inmūdicia. 2. Paralip. 29. Et auferte omnē inmūdi-
ciā de sanctuario. Esdre. 9. Terra inmūda est iuxta inmūdi-
ciā populorum ceterarū terrarū. Ezech. 7. Et aurum eorū
in sterquiliniū erit. i. in immūdiciā erit. Ponitur ēt ꝓ aqua
qua immundi aspergebantur. Pro quo beatus hieronymus
transtulit aspersionē vel expiationē aut lustrationē. Nu. 19
vt sit multitudini filiorum israel in custodiā & in aquā asp-
sionis. Et in eo. Qui aqua aspersionis nō est aspersus. Et in
eo. Et non est aqua lustrationis aspersus. Et in eo. Omnis
qui tetigerit aquas expiationis.

Recedere. Mouere. ammouef. Migrare. Recedere. Resilire נָדוּד Motus נְדוּדִים Dolores. מִנְדַּת Motus. נִדָּה Mēstruata Mēstruus

immūdicia Immūda. aspersio. Lustratio. Expiatio.

נָדַב Nadab. voluntarie seu sponte offerre. vltroneū offer-
re. seu liberalē esse. indulgere. sponte promittere seu
polliceri. Exo. 25. Ab omni homine qui offert vltroneus ac
cipietis eas. Et in eo. 35. obtulerūt mēte promptissima at-
q; deuota. Et in eo. Mente deuota obtulerūt. Iudi. 5. Qui
sponte obtulistis de israel animas vestras. 1. Paralip. 29. Et
si quis sponte offert. & in eo. Pollicīti sunt itaq; principes.
Et in eo. & letatus est populus cū vota sponte promitterent
Et i eo. In simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa hec
. i. sponte obtuli. & inde נְדָבָה Nedaba. i. spōtaneū vel illud
quod volūtarie datur vel offertur. Exo. 35. Voluntaria dño
dedicauerūt. Et in eo. 36. Mane vota populus offerebat. i.
vota voluntaria offerebat. Ezech. 46. Cum aūt fecerit prī-
ceps spontaneū. & in plu. נְדָבוֹת Nedaboth. ps. 67. Pluuiā
volūtariā segregabis deus. Quod in hebreo legitur plura-
liter. Ps. 109. Tecū principiū in die virtutis tue. Pro quo bea
tus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Populi
tui spontanei in die fortitudinis tue. Potest ēt legi sic. Popu
li tui principatus siue tecum principatus in die virtutis tue
vt infra dicetur. Ps. 118. Volūtaria oris mei beneplacita fac
dñe. & inde נָדִיב Nadib. i. voluntarius. vltroneus. liberalis
Exo. 35. Omnis voluntarius & prono animo offerat. Poni
tur etiā pro principe vel duce. eo qđ debet esse liberalis &
vltroneus. Esa. 32. Non vocabitur vltra is qui insipiens est
princeps. Et in eo. Princeps vero ea que digna sunt principi
cogitabit & ipse super duces stabit. vbi pro ducibus pōitur
נְדִיבוֹת Nediboth. i. ea que digna sunt duci vel principi. & i
plu. masculino נְדִיבִים Nedibim. Ps. 46. Principes popu-
lorū congregati sunt. ps. 112. vt collocet eum dñs cū prici-
pibus cū principibus populi sui. & in ge. fe. נְדִיבָה Nediba.
Ps. 50. Et spū principali confirma me. & in hebreo est ge.
fe. quia spūs qui in hebreo dr רוּחַ Ruach aliqñ est gñis femi
nini aliqñ masculini. Ponitur ēt נְדִיבָה Nediba pro desīde
rio. Iob. 30. & abstulit quasi ventus desideriū meū. & dicūt
aliqui hebrei ꝙ in predicto loco accipitur pro anima que ē
pars principalior in homine.

Voluntarie. Spōtanei. Spōtanei. Voluntarie Princeps Duces. Principes pricipalis Desiderii

נָדַח Nada. abiicere. āmouere. separare. Esa. 66. Dixerūt fra
tres vestri odientes vos & abiicientes. Amos. 6. qui se-
parati estis in die malo. Item נֶדֶה Nede. i. merces. ſ. meretri
cis. Ezech. 6. Omnibus meretricibus dātur mercedes. scri-
bitur ēt cū alio nū in fine & dr נָדֶן neden. De quo vide īfra
in suo loco. Item נִדָּה nida. ideſt menstruata seu immunda.
De quo vide supra in dictione נָדַד nadad.

abiicere. Separare נֶדֶה Merces. נָדֶן

נִדְבָּךְ nidbach. in lingua chaldaica signat ordinē. Esd. 6. or
dies de lapidib⁹ ipolitis tres: & ordo de lignis nouis.

Ordo.

נָדַח Nadach. aberrare. abiicere. eiicere. repellere. expelle-
re. impellere. Deut. 13. Vt errare te faceret de via. Et
in eodē. Quia voluit te abstrahere a dño deo tuo. pro quo
hebrei legunt. Quia voluit te facere aberrare a domīo deo
tuo. & in eodem. Et auerterunt habitatores vrbis sue. ideſt
aberrare fecerunt. Et in eodem. 19. Et securis fugerit manū

Errare. abstrahere. aberrare.

© Biblioteca Nacional de España

Pro quo hebrei legunt. Et aberrauerit siue impulsa fuerit manus eius securi. & in eo. 22. Non videbis bouem fratris tui aut ouem errantem. Et in eodem. 30. si ad cardines celi fueris dissipatus. ideſt fueris expulsus siue eiectus. 2. Regū 14. Ne penitus pereat qui abiectus est. Et in eo. & nō reuocat eiectum suum. Et in eo. 15. Et impellat super nos ruinā Iob. 6. Necessarii quoq; mei recesserunt a me. pro quo hebrei legunt. Et prudētia seu sapientia recessit a me. De quo vide supra in dictione יָשָׁה Iasa. Ps. 147. Dispersiones isra el cōgregabit. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Eiectos israel congregabit. Esa. 8. Et caligo persequens. i. implens siue eiiciens. Et in eo. 11. Et congregabit profugos israel. pro quo hebrei legunt. & congregabit eiectos siue expulsos israel. Et in eodem. 13. & erit quasi damula fugiens. i. aberrans siue eiecta Hiere. 27. Vt eiiciam vos & pereatis. Threñ. 2. viderūt aūt tibi assumptiones falsas & eiectiones. vide etiam de hoc supra in dictione דָּחָה Dacha.

Errare. Expellere. Abiicere.

Impellere. Recedere.

Eiicere.

נֵדֶן Vagina

נֵדֶן Néden. vagina. 1. Paralip. 21. Et conuertit gladiū suum in vaginam. Dañ. 7. Ego daniel territus sum in his. p quo hebrei legunt. Ego daniel in medio vagine. i. constrictus & afflictus ac si essē in medio vagine. Et aliqui hebrei dicunt q; inde deriuatur verbum נָדַן Iadon. pro quo beatus hieronymus transtulit permanebit. Geñ. 6. Non permanebit spiritus meus in homine. Pro quo ipsi legūt. Non vaginabitur spiritus meus in homine. i. non permanebit sicut gladius in vagina. De quo vide supra in dictiōe דִּין dun Item נֶדֶן Néden. i. donū meretricis. Ezech. 16. Tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis.

Permāet

Merces.

נָבַף Impellere Proiicere

נָדַף Nadaph. impellere. repellere. proiicere. Iob. 13. Cōtra folium quod vento rapitur. i. quod vēto impellitur vel proiicitur. & in eodem. 32. Deus proiecit eum: non homo Ps. 1. Sed tanquā puluis quē proiicit ventus. Ps. 67. Sicut deficit fumus deficiant. Pro quo hebrei legunt. sicut impellitur fumus impelles. scilicet eos. Esa. 41. sicut stipulam vēto raptam. ideſt impulsam vel propulsatam.

נָדַר Vouere Polliceri

נָדַר Nadar. vouere. polliceri. Geñ. 28. Vouit etiā iacob votū dicēs. Nu. 30. Si qs virorū votū dño vouerit. Deut. 23. Cū votū voueris dño deo tuo. Et in eo. Si nolueris polliceri absq; peccato eris. 2. Reg. 15. Vouens enī vouit seruus. Ione. 1. & vouerunt vota. & inde נֶדֶר Néder. i. votum Et in plu. נְדָרִים Nedarim. i. vota. vt in locis predictis.

נֶדֶר Votum

נְדָרִים

נָהָה Lanere carmē lugubre. Cantare. Lamētari.

נָהָה Naha. Lamentari. plangere. canere. f. carmē lugubre. languere. Ezech. 32. Cane carmen lugubre super multitudinem egypti. Mich. 2. Et cantabitur canticū cū suauitate dicentiū: depopulatione vastati sumus. pro quo he. le. Et lamentabitur lamentū lamentabile seu lugubre dicentium: depopulatione vastati sumus. Et est idem sensus cū littera nostra. nam cum dicitur cantabitur cantícum intelligitur lugubre: sicut supra Ezech. 32. Significat etiam languere. Dañ. 8. Et ego daniel lāgui. De quo vide supra in dictione הָיָה Haia. Ponitur etiam pro requiescere. 1. Reg. 7. & requieuit omnis domus israel post dominum. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Et planxerunt seu ingemuerunt omnis domus israel post dominum. ideſt cum plāctu & gemitu dominum quesierunt. Sed si scribatur cum littera cheth que est quasi eiusdem figure sicut he. tunc significat requiescere. sicut est in littera nostra. & inde נֵחִי Néhi. i. lamentum seu lamentatio aut planctus. Hiere. 9. Super montes assumam fletum ac lamentum. Et in eo. Docete filias vestras lamentum. Et in eodem. 30. vox in excelso audita ē lamentationis. Ezech. 27. Et assument super te carmen lugubre & plangent. Amos. 5. Eos qui sciunt plangere. pro quo hebrei legunt. Eos qui sciunt planctum seu lamentū. Scribitur etiam sine iod & dicitur נֹהָה Nóha. Ezech. 7. Et non erit requies in eis. Pro quo hebrei legunt. Et non erit lamentatio in eis. ideſt nullus remanebit ex eis qui lamentetur alios. q; si scribatur cum littera cheth vt dicatur נֹחַ nó ach. tunc significat requiem sicut est in littera nostra.

Languere Recedere

נָהָה

נֹהָה Requies. Lamētatio

נָהַג Naha g. Mínare. ducere. adducere. cōsuescere. assuefacere. Geñ. 31. Tulitq; omnem substātiam suam & greges Pro quo hebrei legunt. Et minauit omnem gregem suum & substantiam suam. Et in eodem. 31. Vt clam me abigeres filias meas. Pro quo hebrei legunt. Et furatus est cor meū & minasti seu duxisti filias meas. Exo. 3. Cumq; minasset gregem. Et in eodem. 10. Et dominus induxit ventū vrentem tota die illa. 1. Reg. 30. Tulit vniuersos greges & armēta & minauit āte faciem suam. 2. Reg. 6. Oza autem & Aio minabant plaustrum. 4. Reg. 4. Mina & propera. Et in eodem. 9. Preceps enim graditur. Pro quo hebrei legūt. stulte enim minat. f. exercitū vel scipsum. Ps. 79. Qui deducis velut ouē Ioseph. Esa. 60. Et reges eorū adducātur. Threñ. 3. Me minauit & adduxit. Naum. 2. Et ancille eius mināb̄antur gementes. significat etiam assuefacere. Eccl's. 2. Et animum meum transferre ad sapientiam. pro quo hebrei legunt. Et cor meum assuefacerem in sapientia. & inde מִנְהָג Minhag. i. consuetudo. Pro quo beatus hieronymus transtulit inceſſum. 4. Reg. 9. Est autem inceſſus quasi īceſſus ic hu filii Namsi.

נָהַג Mínare. Assuefacere מִנְהָג Inceſſus.

נָהַל Nahal. mínare. ducere. portare. sustētare. Geñ. 33. Et ego sequar paulatim vestigia ei?. Pro quo hebrei legūt. Et ego minabo paulatim vestigia operis. ideſt vestigia pecoris & paruulorum. Exo. 15. Portasti eum in fortitudine tua. Esa. 49. & ad fontes aquarum potabit eos. debet legi portabit. significat etiam sustentare. Geñ. 47. Sustētauitq; eos illo anno. Esaie. 51. Non est qui sustentet eam. & inde נַהֲלֹלִים Nahalolim. Pro quo beatus hieronymus transtulit foramina. Esa. 7. Et in omnibus frucetis & in vniuersis foraminibus. Hebrei vero dicūt q; significat quoddam genus arboris humilis.

נָהַל Mínare. Portare. Sustētare.

נַהֲלֹלִים Foramina

נָהַם Gemere. Fremere. Frendere.

נָהַם Naham. fremere. frendere. gemere. rugire. Prouer. 5. Et gemas in nouissimis tuis. Et in eodem. 19. Sicut fremitus leonis ira regis. ideſt fremit sicut leo. Esa. 5. & frēdet & tenebit predam. Et in eodem. Et sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris. Pro quo hebrei legunt. & fremet super eum in die illa sicut fremitus maris. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. f. נַהֲמָה Nahama. ideſt fremitus siue gemitus. p̄s. 35. rugiebā a gemitu cordis mei.

נַהֲמָה Gemitus.

נָהַק Rugire

נָהַק Nahac. rugire. clamare. vociferari. Iob. 6. Nūquid rugiet onager cum habuerit herbam. Et in eo. 30. Qui īter huiuscemodi letabantur. pro quo hebrei legunt. Inter arbusta clamabant seu rugiebant.

נָהַר Fluere. Affluere. Confluere

נָהַר Nahar. fluere. confluere. affluere. illumínare. illustrare Esa. 1. & fluent ad eum omnes gentes. Et in eodē. 60. Tunc videbis & affluues. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Et illumínaberis. Hiere. 31. Et confluent ad bona domini. Et in eodem. 51. Et non confluent ad eum vltra gentes. & inde נָהָר náhar. ideſt fluuius seu flumen. Geñ. 2. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis. Iob. 22. Fluuius subuertit fundamentum eorum. p̄s. 45. Fluminis impetꝰ letificat ciuitatem dei. Ps. 79. Et vsq; ad flumen propagines eius. & in plurali. נְהָרִים neharim secūdum terminationem masculinorum. Iob. 20. non videat riuulos fluminis torrentis melis & butyri. pro quo hebrei legunt. non videat riuulos fluuios torrentes. Esa. 33. Locus fluuiorum ri

נָהָר Fluuius. Flumen.

נְהָרִים Flumina.

Fluuíl.

Lamentus Lamētatio

נֵהִי

Carmē lugubre.

© Biblioteca Nacional de España

tui latissimi. Abach. 3. Nunquid in fluminibus iratus es domine. reperitur etiam נְהָרוֹת Neharoth. secūdū terminationem femininorum. ps. 23. Et super flumina preparauit eā. Ps. 88. Et in fluminibus dextera eius. Ps. 136. Super flumina babylonis. Esa. 19. Et deficient flumina. Item נַהַר nahar ideſt illuminare. ps. 33. Respicite ad eum & illuminamini. Sed beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem primam significationem sequens transtulit. Respicite ad eum & confluite. & inde נְהָרָה Nehara. ideſt lumē. Iob 3. Nec illustretur lumine. Dañ. 2. & lux cum eo habitat. Et inde נְהִירוּ Nehiru. ideſt scientia. Eo q̄ est lumen intellectus: vt in eodem. 5. Scientia & sapientia inuente sunt in eo. Et inde מְנָהֲרוֹת minharoth. ideſt subterranee spelunce vel antra. vbi sunt feneſtre & fiſſure per quas lumen ingreditur. Iudi. 6. fecerūtq̄ sibi antra & speluncas in montibus.

נהרות Flumina. נָהָר Illuminaſ נהרה Lumen נהירו Scientia. מְנָהֲרוֹת Antra.

נוא No. irritum facere. subuertere. infringere. seu contradicere verbis alicuius. prohibere. & scribitur cum iod in medio: loco vau. Eo quod est verbum tertie coniugationis. Nu. 30. Si autem statim vt audierit contradixerit pater Et in eodem. Eo quod contradixerit pater. Et in eo. 32. cur subuertitis mentes filiorum ira el. Et aliq̄n scribitur sine aleph. vt ps. 140. Oleum autem peccatoris nō impinguet caput meum. pro quo hebrei legunt. Oleum autem primū seu principale non prohibebit vel non deseret caput meū. & inde תְּנוּאָה Thenua. ideſt querela seu querimonia. Pro quo beatus hieronymus transtulit vltionem. Nu. 14. & scietis vltionem meam. & in plurali תְּנוּאוֹת Thenuoth. Iob. 33 Quia querelas in me repetit. & aliqui hebrei dicunt q̄ significat occasiones. Alii vero dicunt q̄ significat desertiones seu discessiones.

cōtradicer subuertes. Prohibeſ תְּנוּאָה Querimonia. Vltio. תְּנוּאוֹת Querele.

נוב Nub. germinare. fructificare. crescere. ps. 61. Diuitie si affluant. ideſt si creuerint vel germinauerint. ps. 91. adhuc multiplicabuntur in senecta vberi. pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Adhuc fructificabunt in senectute. Prouer. 10. Os iusti parturit sapientiam. pro quo hebrei legunt. Os iusti fructificat seu germinat sapientiam. s. ad modum arboris que germinat fructus suos. Zach. 9. Et vinum germinans virgines. & inde נִיב nib ideſt fructus. Esa. 57. Creans fructum labiorum. Malach. 1 Et quod supponitur contemptibile est. pro quo hebrei legunt. Et fructus eius contemptibilis est. Vnde beatus hieronymus in explanationibus super hoc loco sic ait. fructus autem altaris ignis est: cibusq̄ ignis hostie vel holocausta. Et inde תְּנוּבָה Thenuba. ideſt fructus. & reperitur tantū in numero plurali. Threñ. 4. Quoniam isti extabuerunt cōsūpti a sterilitate terre. pro quo he. le. A fructibus terre. i. pp defectū fructuū terre. & est idē sensus cum littera nostra.

Germinare. ניב Fructus. תְּנוּבָה Fructus.

נוד Nud. mouere. commouere. mobilē seu vagū eē. auferre. consolari. Geñ. 4. Habitauit profugus in terra. ideſt habitauit mobilis seu instabilis in terra. 2. Reg. 23. Preuaricatores autem quasi spine euellentur vniuersi. ideſt mouebuntur siue auferentur. pro quo hebrei legunt. Quasi spina mota vel commota. Esa. 24. & auferetur quasi taberna culum vnius noctis. Hiere. 18. Et mouebit caput suū. Et in eo. 50. Et moti sunt & abierunt. Et in eodem. Recedite de medio babylonis. Pro quo hebrei legunt. Mouemini de medio babylonis. Osee. 7. Ephraim in populis ipse commiscebatur. pro quo hebrei legunt. mouebatur siue commouebatur. Naum. 3. Quis commouebit super te caput. Super hoc loco beatus hieronymus in explanationibus sic ait. In hebreo non habetur caput. Sed nos apposuimus vt sensus manifestior fieret. Ponitur etiam pro transmigrare vel transuolare. Ps. 10. Transmigra in montē sicut passer. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Transuola in montem vt auis. Prouer. 26. Sicut auis ad alta transuolans. pro quo hebrei legunt. sicut auis ad mouendum. vide etiam de hoc supra in dictione נָדַד Nadad. significat etiam consolari. eo quod ille qui consolabatur alium mouebat caput suum significās compassionem. Iob. 2. Vt pariter venientes visitarent eū & consolarentur. Et in eodem. 43. Et mouerunt super eū caput. & in hebreo non habetur caput: sed sic: et mouerunt super eum. ideſt consolati sunt eum. Hiere. 16. Nec consoleris eos. Et in eodem. 2. Nec lugeatis super eum fletu. pro quo hebrei legunt. Nec consolemini super eum. Et in eodem. 48. Consolamini eum omnes qui estis in circuitu ei? & inde נוד Nud. ideſt motus seu commotio. ps. 55. Vitam meam annunciaui tibi. pro quo hebrei legunt. Motum me um numerasti. Et beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Secretiora mea numerasti. & additur ei littera mem in principio & dicitur מְנוֹד Menod. Ps. 43. Commotionem capitis in populis. Scribitur etiam sine vau in medio. & dicitur נָד Nad siue נֹד Ned. pro quo beatus hieronymus transtulit profugum. ideſt instabilem. Geñ. 4. Vagus & profugus eris in terra. Esa. 17. Ablata est messis in die hereditatis. Et aliqui hebrei in predicto loco legunt. Aceruus seu cumulus messis in die infirmitatis. Quod etiam potest legi secundum litteram hebraicam. de quo vide supra in dictione נָד Ned. scribitur etiam cum iod in medio loco vau. Iob. 16. Et mouerē labia mea quasi parcens vobis. Pro quo hebrei legunt. Et motum labiorum meorum non prohiberem. Ps. 35. Et manus peccatorum non moueat me. & inde נִידָה Nida. ideſt mota seu instabilis. vt Threñ. 1. Propterea instabilis facta est. Item נֹאד Nod cum aleph in medio loco vau. ideſt vter siue lagena. de quo vide supra in suo loco.

Transuolare. Consolari. Motus secretiora. Cōmotio. נָד Profugus Ablata Aceruus. Instabilis נִידָה נֹאד Uter

נָוָה Naua. Glorificare. decorare. siue decorum vel pulchrum esse. Exo. 15. Ipse est deus meus & glorificabo eum. Canti. 1. Pulchre sunt gene tue sicut turtures. Et in eodem. 4. Quam pulchre sunt māme tue. Abach. 2. Sic erit vir superbus & non decorabitur. & inde נָוָה Naua. ideſt decora siue speciosa. vt Hiere. 6. Speciose & delicate assimilaui filiam sion. & inde נָוֶה Naue. ideſt habitaculum seu tabernaculum. pulchritudo. decus. species. Exo. 15. Ad habitaculum sanctum tuum. Iob. 8. Et pacatum reddet habitaculū iustitie tue. Et in eodem. 18. Aspergatur in tabernaculo ei? sulphur. Esa. 33. Oculi tui videbunt ierusalem habitationē opulentam. Hiere. 23. Et conuertam eos ad rura sua. ideſt ad habitacula sua. Ponitur etiam pro pulchritudine vel decore. Iob. 5. Et maledixi pulchritudini eius statim. ps. 67. Et speciei domus diuidere spolia. Esa. 27. Et speciosa relinquetur & dimittetur quasi desertum. Et in eodem. 32. & sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Hiere. 31. Pulchritudo iustitie mons sanctus. Et in eodem. 49. Quasi leo ascendet de superbia iordanis ad pulchritudinem robusti am. Significat etiam caulam pastorum. Pro quo beatus hieronymus transtulit pascua. 2. Reg. 7. Ego tuli te de pascuis. Soph. 2. Et erit funiculus maris requies pastorū. ideſt caula seu pascua pastorum. Et in plurali quandoq̄ scribitur cum aleph & vau & dicitur נְאוֹת Neoth. Ps. 22. In loco pascue ibi me collocauit. p q̄ he. le. in habitaculis siue in pascuis herbe. aut in caulis herbe me collocabit. Hiere. 9. Et sup speciosa deserti plāctū. & in eo. 25. Et cōtriuerunt arua pacis. vbi pōitur p aruis. Iohel. 1. Quia ignis comedit speciosa deserti. Et in eo. 2. Quia germinauerunt speciosa deserti.

Glorificaſ Pulchrū esse. Decorare נָוָה Speciosa. נָוֶה habitaculū Habitatio. Rus. Pulchritudo. Species. Speciosa. Pascua. Caula. נְאוֹת Pascua. Speciosa. Arua.

© Biblioteca Nacional de España

נוח Requiescere. נֹחַ noach. quiescere. requiescere. Gen. 8. Requieuitq; arca mense septimo. Exo. 20. Et requieuit die septio. Deut. 5. Vt requiescat seruus & ancilla tua. 1. Reg. 25. Locuti sunt ad nabal omnia verba hec ex nomine dauid & siluerunt. i. requieuerunt vel cessauerunt. s. loqui. z. Reg. 7. Et opperiemus eum. Pro quo hebrei legũt. Et requiescemus super eũ .i. castrametabimur super eum. Et in eo. 21. Et nõ dimisit aues lacerare eos per diem. Pro quo hebrei legunt. & non dimisit aues requiescere super eos per diem. s. ne eos lacerarent. Iob. 3. nonne silui: nonne quieui. Esa. 10. Requieuit syria super ephraim. Et in eo. 11. Et requiescet super eũ spiritus domini. Et in eo. 57. Requiescẽt in cubili suo. Abach. 3. Et requiescam in die tribulationis. Et inde verbum tertie coniugationis. idest requiescere facere siue requiem dare aut refrigerare. seu reponere. Exo. 30. Et requiẽ dabo tibi. Et in eodem. & requiescere faciam te. Deut. 25. Cũ ergo dñs deus tuus dederit tibi requiem. 2. Reg. 7. Et dñs dedisset ei requiẽ vndiq;. Ios. 21. Dataq; est ab eo pax in omnes per circuitum nationes. Pro quo hebrei legunt. Requiescere fecit eos dñs per circuitum. Prouer. 29. Erudi filium tuum & refrigerabit te. Ezech. 5. Et requiescere faciam indignationem meam in eis. Et ĩ eo. 16. Et requiescet indignatio mea in te. Pro quo hebrei legunt. Et requiescere faciam indignationem meã in te. signãt etiam reponere. Exo. 16. Quidquid reliquũ fuerit reponite vsq; mane. Et in eo. 17 Sin autem paululum remisisset superabat amalech. ꝑ quo hebrei legunt. & qñ reponebat manus suas supabat Amalech. Ezech. 37. Et dimisit me in medio campi. i. reposuit me. & in eo. 44. Et reponã benedictionem domui tue. Et inde נַחַת Nachath. i. requies. Eccl's. 4. Melior est pugillus cum requie. Et in eo. 9. Verba sapientum audiuntur in silentio. i. in requie vel in tranquillitate. & inde מְנוּחַ manoach. i. requies. Ruth. 3. Querã tibi requiem. ps. 114. Cõuertere anima mea in requiẽ tuã. scribitur etiam cũ he in fine & dicitur. מְנוּחָה Menucha. Gen. 49. Vidit requiem ꝙ esset bona. Iudi. 21. Nec erat vlla requies morientiũ. Ps. 131. hec requies mea in seculum seculi. Põitur etiam pro sepulchro qđ est locus requietiõis. Esa. 11. Et erit sepulchrũ eius gloriosum. Itẽ ponitur ꝑ prophetia. Hiere. 51. saraias aũt erat princeps ꝓphetie. & in plu. מְנוּחוֹת Menuchoth. i. requietiones. Esa. 32. Et in requie opulenta. Quod in hebreo legitur pluraliter. s. in requietionibus opulentis. & inde הַנָּחָה Hanacha. i. requies. Ester. 2. Et dedit requiem vniuersis ꝑuinciis. & inde נִיחוֹחַ Nichoach. i. suaue vel placens. Gen. 8. Odoratusq; est dñs odorem suauitatis. Leuit. 3. In oblatione suauissimi odoris domini. & in eo. 26. Nec recipiam vltra odorem suauissimi. Nu. 28. Holocaustum suauissimi odoris atq; incensi est dñi. & in plurali. נִיחוֹחִין Nichochin. Dañ. 2. Et hostias & incensum precepit vt sacrificarent ei. Quod in hebreo legitur in plu. s. incensa.

נוד Mouere. Concutere נוּד Nud. mouere. concutere. ps. 98. moueatur terra. & beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatẽ transtulit. Concutiatur terra. Vide etiam de hoc supra in dicti one מוֹט Mot.

נְוָלִי Sterquilinium נְוָלִי Neuali. In lingua chaldaica significat sterquilinium: secundum hebreos. Dañ. z. Et domus vestre publicabuntur. Pro quo hebrei legunt. Et domus vestre in sterquilinium ponentur. Et in eo. 3. Et domus eius vastetur.

נום Dormire. Dormitare. נוּם Num. dormire. dormitare. Ps. 75. Dormierunt somnum suum. Ps. 120. Neq; dormiet qui custodit te. Et in eodem. Ecce non dormitabit. Naum. 3. Dormitauerũt pastores tui. & inde נוּמָה. Numa. idest dormitio seu dormitatio. Prouer. 23. Et vestietur pannis dormitatio. Scribitur ẽt cum thau in principio & dicitur תְּנוּמָה Thenuma. ps. 131. Et palpebris meis dormitationem. & in plurali תְּנוּמוֹת thenumoth. Iob. 33. Et dormient in lectulo. pro quo hebrei legunt. In dormitationibus in lectulo. Prouer. 24. Paululũ dormitabis. Pro quo hebrei legunt. Paululũ dormitationũ תְּנוּמָה dormitatio תְּנוּמוֹת dormitatiões

נוס Fugere. נוּס Nus. fugere. cõfugere. Gen. 14. Et qui remanserant fugerunt ad montem. Et in eodem. 39. Qui relicto in manu eius pallio fugit. Exo. 4. Ita vt fugeret moyses. Nu. 25. Exules & profugi ante mortem pontificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterunt. pro quo hebrei legunt. Et non accipietis precium ad fugiendum ad ciuitatem refugii sui vsq; ad mortẽ pontificis. & beatus hieronymus trãstulit sensum. Deut. 34. Nec dentes illius moti sunt. Pro quo hebrei legunt. Et non fugerat humiditas illius. idest humidum radicale non recesserat: siue speciositas eius non mutabatur propter senectutem. Potest etiam legi sic. Nec efugerat. idest nec mota fuit maxilla seu mandibula illius. Et ponitur ibi maxilla pro dentibus: sicut est in littera nostra vt dictum est supra in dictione לֶחִי Lecha. Ios. 8. Fugiem9 & terga vertemus. Pro quo hebrei legunt. Et fugiemus ante eos. Et in eodem. 10. Cumq; fugerẽt filios israel. 2. Reg. 18. Siue enim fugerimus non magno opere de nobis ad eos pertinebit. Esa. 30. Sed super equos fugiemus ideo fugietis. Zach. 11. Et fugietis ad vallem montium. Et in eo. sicut fugistis a facie terremotus. Vide etiam de hoc in dictione נָסַס Nasas. & inde verbũ tertie coniugationis. idest cõfugere facere siue fugare. Exo. 9. fecit confugere seruos suos & iumenta in domos. Iudi. 6. Vt fugeret madian. Pro quo hebrei legunt. Vt fugaret a facie Madian. & inde מָנוֹס Manos. idest fuga. effugium. siue refugium. Iob. 10. Et effugium peribit ab eis. Ps. 141. Periit fuga a me. Hiere. 16. Et refugium meum in die tribulationis. Hiere. 46. Fugerunt conciti. Pro quo hebrei legunt. fugam fugerũt. Scribitur etiam cum he vel thau in fine. Leuit. 26. Et ita fugiẽt quasi gladiũ. Pro quo he. le. Et fugient fugam gladii. Cõfugere facere. Fugere. מָנוֹס Effugium. Fuga. Refugium

נוע Mouere. נוּעַ Noaa. Mouere. commouere. concutere. Nu. 32. Et circũduxit eum per desertum quadraginta annis. Pro quo hebrei legunt. Et moueri vel commoueri fecit eos per desertum quadraginta annis. Iob. 16. Mouerem & ego caput meum. Ps. 21. Locuti sunt labiis & mouerunt caput. ps. 58 Ipsi dispergentur ad manducandum. Pro quo hebrei legunt. Ipsi mouebuntur ad manducandum. Et beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Ipsi vagabuntur ad manducandum. Esa. 7. Et commotum est cor eius & cor populi eius sicut mouentur ligna siluarum. Et in eodem. 19. Et mouebũtur simulachra egypti a facie eius. Et in eodem. 24. Agitatione agitabitur terra sicut ebrius. idest commotione commouebitur terra. Dañ. 10. Et erexit me super genua mea. Pro quo hebrei legunt. Et commouit me super genua mea. idest commouendo siue agitando erexit. Amos. 4. Et venerunt due & tres ciuitates ad vnam. Pro quo hebrei legunt. Et mouebuntur due tres ciuitates ad vnam. Et in eodem. 9. Et concutiam in oibus gentibus domum israel: sicut concutitur triticum. Num. 3. Si concusse fuerint cadent in os comedentis. Et inde נָע Naa. idest mobilis. Pro quo beatus hieronymus transtulit vagus. Gen. 4. Vagus & profugus eris in terra. Et in eodem. Et ero vagus & profugus in terra. Et inde מְנַעֲנְעִים Menaaneim. idest instrumenta musica enea a concutiendo vel mouendo dicta. Pro quo beatus hieronymus transtulit sistra. 2. Regum. 6. Et sistris & cymbalis. Et inde הֲנָע Henaa. Nomen proprium loci secundum translationem nostram. 4. Regum. 18. Vbi est deus Cõmoueri agitare. Cõcutere. נָע Vagus. מְנַעֲנְעִים Sistra.

© Biblioteca Nacional de España

sepharuaim Ana & Aua. Hebrei tamen in predicto loco legunt sic. vbi est deus sepharuaim: mouit & disperdidit. scilicet rex assyriorum omnes supradictos.

נוּף Nuph. leuare. eleuare. mouere. hinc inde agitare. aspergere. Exo. 29. Et sanctificabis eos eleuans coram domino. Et in eodem. Sanctificabisq illud eleuans coram domino. Et in eodem. Et armum quem de ariete separasti. pro quo hebrei legunt. Et armum qui eleuatus est & separatus de ariete. Leuit. 8. Qui postquam leuauerunt ea corā domino. Et in eodem. Tulit ergo pectusculū eleuans illud coram domino. Nu. 6. Susceptaq rursum ab eo eleuauit in conspectu domini. Et in eodem. 8. Cumq leuati fuerint coram domino. Et in eodem. Et offeret Aaron leuitas munꝰ in conspectu domini. pro quo hebrei legūt. Et leuabit Aaron leuitas eleuatione in conspectu domini. Et in eodem. Eleuabitq eos Aaron in conspectu domini. 4. Reg. 5. Et tangeret manu sua locum lepre. pro quo hebrei legunt. Et eleuaret manum suam ad locum. scilicet lepre. Ps. 61. Pluuiam voluntariam segregabis deus. Pro quo Beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Pluuiam voluntariam eleuasti deus. Hebrei tamen legunt. aspersisti deus. significat etiam aspergere. prouer. 7. Aspersi cubile meum myrrha & Aloe. pōitur etiam pro trahere. Quod est hinc & inde mouere. vel eleuare. Esa. 10. Aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur. Et in eodem. Quo modo si eleuetur virga. Et in eodem. 13. Leuate manum. Ponitur etiā pro agitare vel cribrare. Esa. 10. Agitabit manum suam super montem filie sion. Et in eodem. 30. Ad pdendas gentes in nihilum. Pro quo hebrei legunt. Ad cribrandas gentes in cribro vanitatis. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Potest etiam legi sic. Ad agitandas gentes agitatione vanitatis. Et inde תְּנוּפָה Thenupha. idest eleuatio siue agitatio. Exo. 29. Sanctificabisq pectusculum consecratum. pro quo hebrei legunt. Sanctificabisq pectusculum eleuationis. Leuit. 7. Pectusculum eleuationis & armum separationis. Et in eodem. 10. Pectusculum quoq quod oblatum est. Pro quo hebrei legunt. Pectusculum quoq eleuationis seu agitationis. Esa. 19. A facie commotionis manus domini exercituum. Et in eodem. 30. Et in bellis precipuis expugnabit eos. pro quo hebrei legunt Et in bellis eleuationis seu agitationis vel commotionis expugnabit eos. Item נֹפֶת Nopheth. idest fauus. ps. 18. Et dulciora super mel & fauum. Prouer. 24. Et fauum dulcissimum gutturi meo. Canti. 4. Fauus distillans labia tua. Itē נָפַת Naphath. prouincia. regio. sed translatio nostra posuit pro nomīe proprio. Ios. 17. Tertia ps vrbis nopheth. 3. Reg. 4. benadab cuius omnis nephador.

נוף — Eleuare. Leuare. Aspergere. Trahere. agitare. Cribrare. תְּנוּפָה — Eleuatio. agitatio. Cōmotio. נֹפֶת — Fauus. נָפַת — Nopheth.

נוּן Nus. florere. Canti. 7. Floruerunt mala punica. Et aliquando scribitur cum iod in medio loco vau. Ps. 131. super ipsum autem efflorebit sanctificatio eius. Scribitur etiā cum aleph ī medio loco vau. Eccls. 12. Et florebit amygdalus. Et inde נִצָּה Nisa. idest flos. Geñ. 40. & post flores vuas maturescere. Iob. 15. Et quasi oliua proiiciens florem suū. Ponitur etiam pro germinatione. Esa. 18. Et immatura pfectio germinabit. Scribitur etiam cum nun in fine & dicitur נָצַן Nisan. Canti. 2. Flores apparuerunt in terra. vbi ponitur נִצָּנִים Nisanim. Et inde נֵצֶץ Noses cum duplici sade. idest scintilla. Ezech. 1. Et scintille quasi aspectus eris. & aliquando scribitur cum iod in prima syllaba. vt Esa. 1. Et opus eius quasi scintilla.

נוּן — Florere. נִצָּה — Efflorere. Flos. נָצַן — Germinare. נִצָּנִים — Flozes. נֵצֶץ — Scintilla.

נוּר Nur. lucerna. Et communiter scribitur sine vau & dicitur נֵר Ner. Exo. 27. Vt ardeat lucerna semper. 1. Reg. 3. Et non poterat videre lucernam dei. Iob. 21. Quotiens lucerna impiorum extinguetur. Ps. 17. Quia tu illumīnas lucernam meam. pṣ. 118. Lucerna pedibus meis verbū tuū pṣ. 131. Parauī lucernam christo meo. Scribitur etiam cum iod in medio & dicitur נִיר Nir. vt. 3. Reg. 11. Vt remaneat lucerna dauid seruo meo. Et ī plu. נֵרוֹת Neroth. Exo. 25. facies & lucernas septem. Nu. 8. Cum posueris septem lucernas. Et inde מְנוֹרָה Menora idest candelabrum. Exo. 25. facies & candelabrum ductile de auro purissimo. Et in eodē. 40. Candelabrum stabit cum lucernis suis. Item נִיר Nir. idest nouale. Prouer. 13. Multi cibi ī noualibus patrū. Osee. 10. Innouate vobis nouale. Vbi ponitur nomen & verbum ab eo deriuatum. ac si diceret. Nouiter arate vobis nouale. Item נִיר Nir. in lingua chaldaica significat iugū. & sic transtulit beatus hieronymus. Nu. 21. Vbi dicitur iugum ipsorum disperiit. De quo vide supra in dictione יָרַח Iara. Itē נוּר Nur siue נוּרָא Nura. in lingua chaldaica significat ignē Dañ. 3. Mittetur in fornacem ignis. Et in eodem. 7. Fluuius igneus rapidus egrediebatur a facie eius.

נוּר — Lucerne. מְנוֹרָה — Candelabrum. נִיר — Nouale. נִיר — Iugum. נוּר — נוּרָא — Ignis.

נוּשׁ Nus. desperare. infirmari. ps. 68. Improperium expectauit cor meum & miseriam. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. opprobrio cōtritum est cor meum & desperatus sum. Hebrei tamen legunt. Et infirmatus sum. De quo vide supra in dictione אֲנַשׁ Anas.

נוּשׁ — Desperare. Infirmari.

נָזַד Nazad. coquere. scilicet pulmentum. vt Geñ. 25. Coxit autem iacob pulmentum. & inde נָזִיד Nazid. idest pulmentū seu coctio. vt in loco predicto &. 4. Regū. 4. Et concidit in ollam pulmēti. Et in eodem. Cum gustasset de coctione. Aggei. 2. Panem aut pulmentum.

נָזַד — Coquere. נָזִיד — Pulmētū Coctio.

נָזָה Naza. aspergere. & scribitur sine nun. Leuit. 4. Tincto digito asperget septies contra velum. Leuit. 6. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa. Et in eo. 8. Cumq sanctificans aspersisset altare septem vicibus. Nu. 8. Asperg antur aqua lustrationis. Et in eodem. 19. Ipse quoq qui aspergit aquas lauabit vestimenta sua. Esa. 53. Iste aspget gentes multas.

נָזָה — aspergere

נָזַל Nazal. fluere defluere. erumpere: pluere vel stillare. Nu. 24. Fluent aque de situla eius. Deut. 32. fluatvt ros eloquium meum. Iob. 36. Que de nubibus fluunt. pṣ. 147 flauit spiritus eius & fluēt aque. Canti. 4. que fluunt impetu de libano. Et in eodem. Et fluent aromata illius. Esa. 64 A facie tua montes defluerēt. Hiere. 9. Et palpebre nostre defluant aquis. Et in eodem. 18. Erumpentes aque frigide. idest defluentes. Ponitur etiam pro pluere. Esa. 45. Et nubes pluant iustum. Et in eodem. 46. Aquam de petra produxit eis. Pro quo hebrei legunt. Aquam de petra stillare fecit vel fluere fecit eis. & ide נוֹזְלִים Nozlim. idest riui seu fluenta. Ps. 77. Et eduxit aquam de petra. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et eduxit riuos de petra. Et in eodem. Et imbres eorum ne biberent. idest fluenta. Prouer. 5. Et fluenta putei tui. Esa. 44. Et fluenta super aridam. Et ide מַזָּל Mazal. i. Sydus seu signum celeste. Et solum inuenitur in numero plurali. scilicet מַזָּלוֹת Mazaloth. 4. Regū. 23. soli & lune & duodecim signis. & secundum hebreos propter sui influētiam circa terrena appellantur hoc nomine.

נָזַל — Fluere. Defluere. Erūpere. Pluere. Stillare. נוֹזְלִים — Riui Imbres. Fluenta. מַזָּל — Sydus vl signum celeste. מַזָּלוֹת — Signa.

נֶזֶם Nezem. Inauris ornamentum auris vel naris. Geñ. 24. Protulit vir inaures aureas. Quod in hebreo legitur singulariter. scilicet inaurem auream. Prouer. 11. Circulus aureus in naribus suis. idest in naribus porci. & in plurali נְזָמִים Nezamim. Geñ. 35. & inaures que erant in auribus eorum. Exo. 32. Tollite inaures aureas de vxorum filiorumq & filiarum vestrarum auribus. Esa. 3. & gēmas ifrō

נֶזֶם — Inauris. Circulus. נְזָמִים — Inaures.

© Biblioteca Nacional de España

te pendentes. Pro quo hebrei legunt. Et inaures naris.

נָזַק Nazac. in lingua chaldaica significat nocere seu damnare: aut damnum inferre. Esdre. 4. Et vsq; ad hec noxia perueniet. & in eodem. Et nocens regibus & puinciis. Dañ. 6. Et rex non sustinebit molestiam. i. nocumētū. & inde נֶזֶק Nézec. i. Damnū. nocumentū. Ester. 7. Nūcaūt hostis noster est cuius crudelitas redundat in regem. Pro q̄ hebrei legunt. Quia nihil hostis prodest in damno vel cū damno regis.

Nocere.

Damnum

נָזַר Nazar. separare. abstinere. consecrare. sanctificare. Leuit. 22. Vt caueant ab his que consecrata sunt. Pro quo hebrei legunt. Et separentur vel abstineant ab his que consecrata sunt. Nu. 6. Et se voluerint domino consecrare. & in eodem. A vino & omni quod inebriare potest abstinebunt & in eodem. Cunctis diebus quibus ex voto domino consecrantur. & in eodem. Omni tempore consecrationis sue. Pro quo hebrei legunt. Cunctis diebus quibus consecratur vel separatur domino. & in eodem. Vsq; ad completum diē quo domino consecratur. & in eodem. Et consecrabit domino diem separationis illius. Zach. 6. Vel sanctificare me debeo. Pro quo hebrei legūt. vel abstinere aut separare me debeo. s. a cibo & potu. Potest etiam legi sicut est in littera nostra. Ponitur etiam pro abalienare. Esa. 1. Abalienati sūt retrorsum. Osee. 9. Et abalienati sunt in confusione. i. separati sunt. Et de hoc vide supra in dictione זוּר Zur. & inde נָזִיר Nazir. idest nazareus. consecratus: vel sanctificat⁹: aut separatus. s. a vino & omni quod inebriare potest. Geñ. 49 Et in vertice nazarei inter fratres suos. Nu. 6. Vir siue mulier cū fecerint votū vt sanctificentur. Pro q̄ he. le. Cū fecerīt votū nazarei. & ī eo. Ista est lex cōsecratiōis. p q̄ he. le. Ista est lex nazarei. i. consecrati vel sepati. & in eo. Tunc radetur nazareus ad ostium tabernaculi. & in eodē. Et tradet in manus nazarei. Iudi. 13. Erit enim nazareus dei ab infantia sua & inde נֶזֶר Nézer. i. separatio: vel sanctificatio: aut corona seu diadema. Nu. 6. Omni tempore separationis sue nouacula non ascendet super caput eius. & in eodem. Quia consecratio dei super caput eius. & in eodem. Omnibus dieb⁹ separationis sue sanctus erit domino. & in eodē. Quoniam polluta est sanctificatio eius. Ps. 31. Super ipum autem efflorebit sanctificatio eius. Ponitur etiam pro coma vel capillis eo quod nazareus nutriebat comā. vt Hiere. 7. Tonde capillum tuum & proiice. Ponitur etiam pro eo quod separatur a cōmuni vsu. Leuit. 25. Et vuas primitiarum tuarum non colliges. Pro quo hebrei legunt. Et vuas separationis tue. i. quas tibi vt proprias separaueras non vindemiabis: quia debebant esse omnibus cōmunes. Item נֵזֶר Nézer. i. corona seu diadema. Exo. 39. Fecerunt & laminam sancte veneratiōnis. Pro quo hebrei legunt. Et fecerunt laminam coronam sanctitatis. Erat enī hec lamina circundata fronti pontificis in modum corone. 2. Reg. 1. Et tuli diadema q̄d erat in capite eius. 4. Reg. 11. Et posui super eū diadema. & inde מְנַזִּיר Minezir. i. coronatus seu princeps. Pro quo btūs Hieronymus transtulit custodem. Naū. 3. Custodes tui quasi locuste.

נָזַר Separare

Cōsecrare. Abstinere

sanctificaf

Abalienare

נָזִיר Nazareus

Cōsecrat⁹

נֶזֶר Separatio

Cōsecratio

Sāctificatio.

Capillus. Primitie.

נֵזֶר Corona. Diadema.

מְנַזִּיר Custodes.

נָחָה Nacha. mínare. ducere. deducere. dirigere. reponere. collocare. Exo. 15. Non eos duxit domin⁹ per viā terre philistiim. & in eodem. Vt dux esset itineris. & in eodē. 32. Vade & duc populum quo locutus sum tibi. Iob. 12. Et subuersas in integrum restituet. Pro quo hebrei legunt. Expādens vel dispergens gentes & deducit eas. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum. 1. Reg. 22. Et reliquit eos ante faciem regis moab. Pro quo hebrei legūt. Et deduxit eos ante faciem regis moab. Iob. 38. Et vesperum super fines terre consurgere facis. Pro quo hebrei legunt. Et sydus seu vesperum super filios suos deduces: Ps. 22. Deduxit me super semitas iustitie. Ps. 26. Et dirige me in semitam rectam Ps. 76. Deduxisti sicut oues populum tuum. Ps. 77. Et in intellectibus manuum suarum deduxit eos. Ps. 107. Quis deducet me vsq; in idumeam. Prouer. 6. Cum ambulaueris gradiatur tecum. Pro quo hebrei legunt. Cum ambulaueris minabit te: Prouer. 18. Et ante principes spacium ei faciet. Pro quo hebrei legunt. Et ante principes deducet eū. Esa. 58. Et requiem tibi dabit dominus semper. Pro quo hebrei legūt. Et deducet seu minabit te dominus semp. Potest etiam legi sicut est in littera nostra. De quo vide supra in dictione נֹחַ Noach. Significat etiam reponere seu collocare. 4. Reg. 18. Et collocauit eos in Aila & in Abor. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Et duxit seu deduxit eos. & secundum hebreos inde deriuatur מְנָחָה Mincha. i. mun⁹. vel donū. De quo vide supra in dictiōe מְנָחָ Menach.

Dirigere.

Mínare.

Collocare

מְנָחָ

נָחַל Nachal. hereditare. possidere. Exo. 32. Et possidebitis eam semper. & in eodem. 34. Nosq; possideas. Leuit. 25. Et hereditario iure transmittetis ad posteros. Pro quo hebrei legūt. Et hereditabitis eos filiis vestris post vos. Nu. 32. Vsq; dum possideant filii israel hereditatem suam. & in eodem. Nec quicq̄ queremus trans iordanem. Pro quo hebrei legunt. Quoniam non hereditabimus cū eis trās iordanē. Nu. 23. Quā diuidetis vobis sorte. Pro quo hebrei legunt. Et possidebitis terram sorte: & in eodem. Per trib⁹ & familias possessio diuidetur. i. possidebitis. & in eodē. Hec sunt nomina virorum qui cum Iosue terram vobis diuidēt Pro quo hebrei legunt. Hec sunt noīa virorum qui hereditare facient vos terram. s. diuidendo vnicuiq; hereditatem suam. & in eodem. Vt diuiderent filiis israel terram chanaā Deut. 21. Voluerit q; substātiam inter filios suos diuidere. Pro quo hebrei legunt. Et erit in die qua hereditare faciet filios suos. s. diuidendo eis hereditatem. & in eodē. 32. Q̄n diuidebat altissimus gentes. Pro quo he. le. Q̄n hereditare siue possidere faciebat altissim⁹ gētes. i. q̄n diuidebat gētes p terras vt vnaqueq; gens possideret terram ei cōcessam a deo. Ios. 1. Tu enim sorte diuides populo huic terram. i. hereditare facies. & in eodē. 13. Hanc possessionē diuisit moyses in campestribus moab. & in eodem. 14. Hoc est q̄d possederunt filii israel in terra chanaā quam dederunt eis. idest possidere fecerunt eleazar sacerdos & iosue filius nun. Iob. 7. Sic & ego habui menses vacuos. Pro quo hebrei legunt. Sic possedi mihi menses vanitatis. i. vanos & vacuos. Ps. 81 Quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus. Ezech. 22 Et possidebo te in conspectu gentium. Zach. 2. Et possidebit dominus iudam partem suam. & inde נַחֲלָה Nachala. i. hereditas. possessio. Leuit. 25. Reuertetur homo ad possessionem suam. Nu. 18. Ego pars & hereditas tua. Deut. 18. Dominus enim ipse est hereditas eorum. & in eodem. 32. Iacob funiculus hereditatis eius. Ps. 93. Hereditatem tuam vexauerunt. Ps. 134. In possessionem sibi. & in pl'ali נַחֲלוֹת Nachaloth. i. hereditates vel possessiones. Reperitur etiā נְחִלוֹת Nechiloth. vt in titulo. Ps. 5. vbi dicitur in finē pro ea que hereditatem consequitur. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Victori pro hereditatibus. Hebrei tamen dicunt q̄ in predicto loco est nomē cuiusdam instrumenti musici sic nominati. Item נָחַל Nachal. i. torrens. riuus. fluuius vallis. Leuit. 23. Et salices de torrēte. Nu. 13. Pergētes vsq; ad torrentē botri. Ios. 13. Ab aroer que sita est in ripa torrentis Arnon. 3. Reg. 7. Et ibi de torrente bibes. Iob. 28. Diuisit torrentem a populo peregrinante. Ps. 109. De torrente in via bibet.

Hereditaf.

Possidere

נַחֲלָה Possessio Hereditas

נַחֲלוֹת Hereditates

נְחִלוֹת Hereditates

נַחַל Torrens.

© Biblioteca Nacional de España

נַחֲלָה Esa.57.In partibus torrentis pars tua. Et aliquādo scribitur cum he in fine & dicitur. נַחֲלָה náchla.vt Nu.34. Vsq; ad torrentem egypti.Ps.123.Torrentem pertransiuit anima nostra.Significat etiam vallem . Geñ. 23.|Foderuntq; in torrente.ideſt in valle qua torrens defluit tempore pluuiali.Deut.2.Oppido quod in valle ſitū eſt . Et in eodem. 21.Ducentq; eam ad vallem aſperam atq; ſaxoſam.Ioel.3. Et irrigabit torrentem ſpinarum. pro quo hebrei legunt. Et irrigabit vallem ſetim.ideſt ſpinarum . Et in plurali נְחָלִים nechalim.ideſt torrentes ſeu valles.Nu.21.Sic faciet in torrētibus arnon.Et in eodem.24. Vt valles nemoroſe. 2.Reg.22.Torrentes Belial terruerunt me. Iob.20. Torrentes mellis & butyri.Eccl's.1.Omnia flumina intrant in mare.Reperitur etiam נַחֲלַיִם nachalaim.Ezech.47. quo cunq; venerit torrens viuet. vbi ponitur נַחֲלַיִם Nachalaim pro נָחַל náchal.ideſt dualis numerus pro ſingulari.

Vallis. Torrētes. Valles. flumina. נַחֲלַיִם

נָחַם Nacham.conſolari.conſolationem accipere.penitere penitudinem habere.penitentiam agere.Geñ.5. Iſte conſolabitur nos ab operibus noſtris.& in eodem.24. Vt dolorem qui ex morte matris acciderat temperaret . Pro quo hebrei legunt.& conſolatus eſt iſaac poſt mortem matris ſue.ſed beatus hieronymus tranſtulit ſenſum . & in eodem.27.Minatur vt occidat te.pro quo hebrei legunt. Cō ſolatur vt occidat te.& in eodem.37. Vt lenirent dolorem patris.pro quo hebrei legunt.vt conſolarentur eum . & in eodem. Noluit conſolationem accipere. Ruth.2.Quod cō ſolatus es me.2.Reg.13.eo quod conſolatus eſſet ſuper Amnon interitum.Iob.29 . eram tamen merentium conſolator.Pro quo hebrei legunt.Sicut qui conſolatur lugentes ſeu merentes.& in eodem.21.Quomodo conſolamini me fruſtra.Ps.68.& qui conſolarentur & non inueni. ps. 76. Renuit conſolari anima mea.ps.118.& conſolatus ſum . & in eodem.fiat miſericordia tua vt conſoletur me.Eſa.1.heu ego conſolabor ſuper hoſtibus meis.Et in eodem.40.conſolamini cōſolamini populo meus.Et in eodem.49. quia conſolatus eſt dominus populum ſuum . & in eodem . 51. Conſolabitur ergo dominus ſion.Et in eodem . Ego ipſe conſolabor vos.Et in eodem.54.Tempeſtate conuulſa abſq; vlla conſolatione.ideſt que non eſt conſolata.Et in eodē 66.quomodo ſi cui mater blandiatur . pro quo hebrei legunt.ſicut vir quem mater ſua conſolatur. Et ſequitur .Ita ego conſolabor vos:& in ieruſalem conſolabimini.Hiere. 31. Et nolentis conſolari ſuper eis. Ezech.5 . Et requieſcere faciam indignationem meam & conſolabor . & inde נֹחַם Nócham.ideſt conſolatio.Oſee.13.Conſolatio abſcōdita eſt ab oculis meis.& in plurali . נִחוּמִים nichumim. ideſt conſolationes.Eſa.57.Et reddidi conſolationes ei & lugentibus eius.Zach.1.Verba conſolatoria . pro quo hebrei legunt . verba conſolationum . & inde נֶחָמָה Nechama.ideſt conſolatio.Iob.6.Et hec mihi ſit conſolatio . ps. 118.Hec conſolatio mea in humilitate mea . Scribitur etiam cum thau in principio & dicitur תַּנְחוּם Thanchum . & ſolum reperitur in numero plurali.ſcilicet תַּנְחוּמוֹת Thanchumoth.ſiue תַּנְחוּמִים Thanchumim. Iob . 15 . Nunquid grande tibi eſt vt conſoletur te deus . pro quo hebrei legunt.Nunquid parum tibi conſolationes dei. ſcilicet ſunt. Et in eodem.21.Et agite penitentiam . pro quo hebrei legunt.Et ſit hoc conſolationes veſtre . ideſt hoc reputetur vobis pro conſolationibus.Poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra.vt infra dicetur.ps.93.Conſolationes tue letificauerunt animam meam.Eſa.66.& repleamini ab vbere conſolationis eius.quod in hebreo legitur pluraliter: ſcilicet conſolationum eius . Hiere.16 . & non dabunt eis potum calicis ad conſolandum. pro quo hebrei legunt . Et non dabunt eis calicem conſolationum . Item נָחַם Nicham.ideſt penitere.ſiue penitudinem habere . aut penitentiam agere . Geñ.6 . Penituit eum hominem feciſſe in terra . Et in eodem . Penitet enim me feciſſe eos.1 . Regum . 15 . Penitet me quod conſtituerim Saul Regem Et in eodem. Et dominū penitebat q̄ conſtituiſſet regem Saul.Et in eodem. Penitudine non flectetur neq; enim homo eſt vt agat penitentiam. Iob.42. Et ago penitentiam in fauilla & cinere.Ps.109.Iurauit dominus & non penitebit eum . Hiere.8. Nullus eſt qui agat penitentiam ſuper peccato ſuo . Significat etiā placari ſeu miſereri.i.penitere ſuper malum.Exo.32. Et eſto placabilis ſuper nequitiā populi tui.E in eodē. Placatuſq; eſt dominus ne faceret malum.Deut.32. Et in ſeruis ſuis miſerebitur.Ps.105. Et penituit eum ſecundū multitudinem miſericordie ſue.Ione. 3.Et miſertus eſt ſuper maliciam.Et inde נְחוּם Nechum.i. penitudo.Oſee.11.Pariter conturbata eſt penitudo mea.

Penitere. Penitētiā agere. Placari. Miſereri. נְחוּם penitudo. נַחְנוּ Nos.

נַחְנוּ Náchnu.nos.pnomen eſt pluralis numeri prime perſone.Threñ.3.Nos iniq; egimus & ad iracūdiam prouocauimus.

נָחַץ Nachas. feſtinare.vrgere.i. Reg.21. Sermo enī regis vrgebat.Pro quo hebrei legūt. Quoniam erat ſermo regis feſtinatus vel acceleratus. Et ſolum inuenitur in predicto loco.

Vrgere. נָחִר

נָחִר Nechir.naris. Iob.39. Gloria naris eius terror. Et in eodem.41. De naribus eius procedit fumus. Et inde נַחֲרָה Nachara.i.hinnitus. Beatus hieronymus trāſtulit fremitum. Hiere.8. A dan.i.a tribu dan auditus eſt fremitus equorum eius.

Naris. נַחֲרָה Fremitus.

נָחַשׁ Nachas. experiri ſiue experimento diſcere. augurari . auguria obſeruare . Geñ. 30. Experimento didici quia benedixerit mihi deus propter te. Et in eodem. 44. Ipſe eſt in quo bibit dominus meus & in quo augurari ſolet. Et in eodem. An ignoratis q̄ non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia.Pro quo hebrei legunt. An ignoratis q̄ augurando auguratur vel diuinando diuinabit vir ſimilis mei.Leuit.19. Nō augurabimini.nec obſeruabitis ſomnia atq; auguria.3.Reg.20. Quod acceperūt viri pro omine.i. pro augurio.Pro quo hebrei legunt.Et auguratí ſunt viri. 4.Reg.21. Et ariolatus eſt & obſeruauit auguria. Et inde נָחָשׁ Náchas.i.augurium. Nu.23. Non eſt augurium in Iacob. Et in eodem.24. Nequaq̄ abiit vt ante perrexerat:vt augurium quereret.Item נָחָשׁ Nachas.i.coluber aut ſerpēs Geñ.3.Sed & ſerpens erat callidior.Et in eodem.49. Dan coluber in via. Exo.4. Que verſa eſt in colubrum.Nu.21. fecit ergo moyſes ſerpentem eneū. Sed illud quod premitur fac tibi ſerpentem eneum. Pro ſerpente eneo ponitur in hebreo שָׂרָף Saraph.i.vrens vel adurens.eo quod flatu oris adurit.Deut.8. In qua erat ſerpens flatu adurens. Vbi ponitur in hebreo נָחָשׁ שָׂרָף Nachas Saraph.i.ſerpens adurens.Iob.26. Obſtreticāte manus eius eductus eſt coluber tortuoſus.Eſa.27. Super leuiathan ſerpētem veſtem: & ſuper leuiathan ſerpentem tortuoſum.Amos.9. Ibi mādabo ſerpenti & mordebit eos. Et in plurali נְחָשִׁים Nachaſim. Nu.21.Serpentes ignitos.Hiere.8.Ecce ego mittam vobis ſerpentes regulos. Item נְחוֹשֶׁת Nechóſeth ſiue נְחוּשָׁה Nechuſa.i.es ſiue ereum. aut eneum. Geñ.4. Faber in cuncta opera eris & ferri. Exo.25.Aurum & argentum & es.Et in eodē.27. Et operies illud ere.4. Reg.25. Et mare ereum quod erat in domo domini confregerunt chaldei & tranſtulerunt es omne in babyloném.i.Paralipo.18.Eris plurimum de quo fecit Salomon mare eneum & columnas &

Augurari. נָחָשׁ Sōnia obſeruare. נָחָשׁ Augurium נָחָשׁ Serpens. coluber. נְחָשִׁים Serpentes. נְחוֹשֶׁת נְחוּשָׁה Es. Ereum. Eneum.

© Biblioteca Nacional de España

vasa enea. Iob.16. Nec caro mea enea est. Ezech.1. Quasi aspectus eris candētis. & in eodē.16. Quia effusum est es tuū. Et in eodem.22. Omnes isti es & stagnum. ponitur etiam pro auricalco. quod est es fusile coloris aurei. 3. Reg.7. Omnia vasa que fecit hiram regi Salomoni in domo domini de auricalco erāt. Et inde נְחוּשְׁתָּן Nechusthan. Trāslatio nostra habet nohestam: idest eneum siue ereum. 4. Reg.18. Confregitq; serpentem eneum quem fecerat moyses: vocauitq; nomen eius nohestam. & secundum hebreos nun finalis est diminutiua. quasi dicat. Enulus est. idest parum eris est & nihil numinis habet. Et inde נְחֻשָׁת Nechusath. idest compes. eo q; sit ex ere. Threñ.3. Aggrauauit compedes meos. Quod in hebreo legitur singulariter scilicet compedem meum. Et in plurali נְחֻשְׁתַּיִם Nechustaim. 2. Reg.4. Et pedes tui non sunt compedibus aggrauati.

auricalcū נְחוּשְׁתָּן

נְחֻשָׁת Compes.

נְחֻשְׁתַּיִם Cōpedes.

נָחַת Nachath. descendere. opprimere. cōfringere. occumbere. siue occumbere facere. 4. Reg.6. Quia ibi syri in insidiis sunt. Pro quo hebrei legunt. Quia ibi syri descēdentes. idest castrametati sunt in insidiis in aliquo valle vel profundo. Iob.21. Et in puncto ad infernum descendunt. Ps.37. Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam. Pro quo hebrei legunt. Quoniam sagitte tue descenderunt in me: & descendit super me manus tua. Hiere.21. Qui dicitis quis percutiet nos. Pro quo hebrei legunt. Quis descendet super nos: vel quis opprimet nos. Dañ.4. Et ecce vigil & sanctus de celo descendit. Ioel.3. Ibi occumbere faciet dominus robustos tuos. Ponitur etiā pro multiplicare. Ps.64. Multiplica genimina eius. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Descendat in ripas vel in valles eius: scilicet pluuia. Ponitur etiam pro componere. ps.17. Et componens quasi arcum ereum brachia mea. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Et confracto est arcus ereus brachiis meis. De quo vide supra in dictione חֵתֶת Cathath: quia inde potest deriuari. Et inde נַחַת Nachath. idest descēsio. Iob.17. Putas ne saltem ibi erit requies mihi. Pro quo hebrei legunt. Si simul in puluerem descensio: scilicet mea erit. Potest etiam deriuari a dictione נֹחַ Noach que significat requiescere. & tunc erit sensus sicut in littera nostra. Ponitur etiam pro terrore. Esa.30. Et terrorem brachii sui ostendet.

Occūbere facere. multiplicare

נָחַת Descēdere

נַחַת Descensio.

Terror.

נָטָה Nata. declinare. inclinare. auertere. tendere. extendere. Nu.22. Auertit se de itinere. idest declinauit de itinere. Et in eodem. Et nisi declinasset asina de via. Deut.16. Nec in alteram partem declinent. Iudi.19. Donec increscat dies. Pro quo hebrei legunt. Donec declinet dies. 1. Reg.8. Sed declinauerūt post auaritiā. 2. Reg.2. Et vade ad dexteram siue ad sinistram. Pro quo hebrei legunt. Et declina ad dexteram siue ad sinistram. 3. Reg.2. Quod Ioab declinasset post adomiam & post Salomonem non declinasset. Esdre.7. Et in me inclinauit misericordiam suam. Iob.21. Viam eius custodiui & non declinaui ex ea. Et in eodem.31. Si declinauit gressus meus de via. Ps.17. Et inclinauit celos & descendit. Ps.61. Tanq; parieti inclinato. Ps.72. Mei autem pene moti sunt pedes. Pro quo hebrei legunt. Mei autem pene inclinati vel declinati sunt pedes. Ps.85. Inclina domine aurem tuam: et exaudi me. Ps.101. Dies mei sicut vmbra declinauerunt. Ps.118. Inclina cor meum in testimonia tua. Et in eo. inclinaui cor meū ad faciendas iustificatiōes tuas Ps.140. Ne declines cor meum in verba malicie. Prouer.4. Ad eloquia mea inclina aurem tuam. Et in eodem. Ne declines ad dexteram neq; ad sinistram. Esa.30. Declinate a me semitam. Et in eodem.66. Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacem. Hiere.6. Quia longiores facte sunt vmbre vesperi. Pro quo hebrei legūt. Quia inclinate sunt vmbre vesperi. Et in eodē.15. Et quasi viator declinans ad manendum. Et frequenter scribitur sine nun & etiam sine he. vt in aliquibus locis predictis & in sequentibus. Osee.11. Et declinaui ad eum vt veseeretur. Vbi ponitur אַט At: & sola littera tet est essentialis illius verbi. nam littera aleph idicat primā personam futuri: & propter vau coniunctionem precedentem fit de futuro preteritum. vt dictum fuit in arte grāmatica. Significat etiam נָטָה Nata Tendere siue extendere. Geñ.26. Extendit tabernaculum suum. Et in eodem.33. Emitq; partem agri in qua fixerat tabernaculū. Pro quo hebrei legunt. In qua extenderat tabernaculum suum. Exo.6. Ac redimam vos in brachio excelso. debet legi in brachio extēto. Et in eodem. 14. Extende manum tuam super mare. Et in eodem. Cumq; extendisset Moyses manum. Nu.24. Vt valles nemorose. Pro quo hebrei legunt. vt valles extente seu inclinate. 4. Reg.21. Et extendam super ierusalem funiculum samarie. Iob.9. Qui extendit celos solus. Ps.103. Extendens celos sicut pellem. Prouer.1. Extendi manum meam. Esa.3. Et ambulauerunt extento collo. Amos.2. Et super vestimētis pignoratis accubuerunt. Pro quo hebrei legunt. & super vestimentis pignoratis extenderunt se siue inclinauerunt se: idest accubuerunt: sicut est in littera nīa. Zach.1. Et perpendiculum extendetur super Ieruſalem. Et inde מִטָּה Mita. idest lect⁹. lectulus. reclinatorium. Geñ.47. Conuersus ad lectuli caput. Et in eodem.49. Collegit pedes suos super lectulum. Cantī.3. En lectulum salomonis sexaginta fortes ambiunt. Ezech.23. Et sedisti in lecto pulcherrimo. Et in plurali מִטּוֹת Mitoth. Amos.6. Qui dormitis in lectis eburneis. Et inde מוּטָה Mute. idest declinatio seu auersio a via recta. Ezech.9. Et ciuitas repleta est auersione. Et inde מַטֶּה Mate. idest virga seu baculus super quo homo aliquādo inclinatur: aut sceptrum seu tribus. Exo.4. Versaq; est in virgam. Et in eodem. virgam quoq; hanc sume in manu tua. Leuit.26. Postq; confregero baculum panis vestri. Nu.27. Germinabit virga eius. Ezech.7. Floruit virga. Et in eodem. Iniquitas surrexit in virgā impietatis. & in plurali מַטּוֹת Matoth. Nu.27. Virgas duodecim. Et in eodem. Protulit ergo moyses omnes virgas. Reperitur etiā in genere masculino. Abac.3. Maledixisti sceptris ei⁹. Item מַטֶּה Mate. idest tribus seu familia. Nume.1. De tribu ruben Et in eodem.31. Mille viri de singulis tribubus eligantur. & in plurali מַטּוֹת matoth. Nu.1. Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus & cognationes suas. et in eo.30. & locutus est ad principes tribuum filiorum israel.

נָטָה Extendere

Extendere

מִטָּה Lectulus.

מִטּוֹת Lectus. Lectuli.

מוּטָה Auersio.

מַטֶּה Virga. Baculus.

מַטּוֹת Virge.

Sceptrū. מַטֶּה

Tribus: מַטּוֹת

Tribus.

נָטַל Natal. Portare. leuare. iacere. proiicere. 2. Regum. 24. Trium tibi datur optio: elige vnum. Pro quo hebrei legunt. Tria ego proicio super te: siue ego leuo super te: elige vnum. Esa.40. Ecce insule quasi puluis exiguus. Pro quo hebrei legunt. Quasi puluis leuatur siue proicitur. scilicet vento. Et in eodem.63. Et portauit eos & eleuauit cunctis diebus seculi. Threñ.3. Quia leuauit super se. Dañ.4. Oculos meos ad celum leuaui. Vide etiam de hoc supra in dictione טוּל Til. Et inde נֵטֶל Netel. idest onus siue onerosum. Prouerb.27. Graue est saxum & onerosa arena. Et in plurali נְטִילֵי Netile. id est onerati. Soph.1. Disperierunt omnes qui inuoluti sunt argento. pro quo hebrei legunt. Qui onerati sunt argento. idest qui portant argentum.

Proiicere

Portare. Leuare.

נֵטֶל Onerosus

נְטִילֵי Onerati.

© Biblioteca Nacional de España

נָטַע Plantare

נָטַע Nataa. plãtare. figere. defigere. ſtabilire. Geñ. 2. Plan-
tauerat autẽ dominus deus paradiſum. Et in eodẽ. 9.
Et plãtauit vineã. Exo. 15. Et plantabis eos in monte here-
ditatis tue. Deut. 20. Quis eſt homo qui plãtauit vineã. 2.
Reg. 7. Et plantabo eũ & habitabo cũ eo. Ps. 106. Et plan-
tauerunt vineas. Eccl's. 2. Plantaui vineas: feci hortos & po
maria: & cõſeui ea cuncti generis arboríb9. Pro quo hebrei
legũt. Et plãtaui in eis lignũ oĩs fruct9. Et in eodẽ. 3. Tẽpus
plãtandi & tẽpus euellendi quod plantatũ eſt. Eſa. 40. Nec
plãtatus nec ſatus. Et in eodẽ. 41. Adhuc plãtabis vineas.
Et in eodem. 44. Plantauit pinum. Et in eodem. 65. Non
plantabunt & alius comedet. Hiere. 1. Et edifices & plantes.
Amos. 9. Et plãtabo eos ſuper humũ ſuam. Significat etiã
figere. vel ſtabilire. Eccl's. 12. Et ſicut clauí in altum defixi.
Eſa. 51. Vt plantes celos & fundes terram. i. vt figas vel ſta-
bilias celos. Dañ. 11. Et figet tabernaculum ſuum Apedno
inter duo maria. Et inde נְטַע Nétaa ſiue נָטַע Nátaa ideſt
plantatio. Iob. 14. quaſi cum prius plantatum eſt. Pro quo
hebrei legunt. quaſi plantatio. Eſa. 5. Et viri iuda germen
eius delectabile. i. plantatio eius delectabilis. Et in plurali
נְטִעִים Netiim. Ps. 143. Quorum filii ſicut nouelle plan-
tationes. Eſa. 17. Propterea plantabis plantationem fidelẽ
Pro quo hebrei legunt. Propterea plantabis plantationes
pulchras ſiue iocundas. Scribitur etiam cum mem in prin-
cipio loco nun & dicitur מַטַּע Nata. Eſa. 61. Plantatio domi
ni ad glorificãdum. Ezech. 34. Et ſuſcitabo eis germen no
minatum. i. plantationem nominatam. Mich. 1. Et ponam
Ieruſalem quaſi aceruum lapidum cum plantatur vinea.
Pro quo hebrei legunt. In plantationes vinee. Et eſt idem
ſenſus cum littera noſtra.

Defigere. Figere.

נְטַע Plãtatio. Germen.

נְטָעִים plãtatiões.

מַטַּע plantatio. Germen.

נָטַף Stillare. Diſtillare.

נָטַף Nataph. diſtillare. ſtillare. loqui. Iob. 29. Super illos
ſtillabat eloquium meum. Ps. 67. Etenim celi diſtilla
uerunt. Canti. 4. Fauus diſtillans labia tua ſponſa. Et in eo-
dem. 5. Manus mee ſtillauerũt myrrham. Ioel. 3. Stillabũt
montes dulcedinem. Amos. 7. Et non ſtillabis ſuper domũ
idoli. Et in eodem. 9. Stillabunt mõtes dulcedinem. Mich.
2. Stillabo tibi in vinum. Et in eodem. Et erit ſuper quem
ſtillatur populus iſte. Ponitur etiam pro loqui vel prophe-
tare. vt Ezech. 20. Et ſtilla ad africũ. i. loquere vel prophe-
ta ad africum. Et in eodem. 21. Et ſtilla ad ſanctuaria. Mich.
2. Ne loquamini loquẽtes. & ſequitur. nõ ſtillabit ſup iſtos
vbi eadem dictio ponitur pro loqui & pro ſtillare. Et inde

prophetaſ

loqui.

נֵטֶף Stille.

נֵטֶף Nèteph. i. gutta ſeu ſtilla. & ſolum inuenitur in numero
plurali. Iob. 36. Qui aufert ſtillas pluuie. Et inde נָטָף Na-
taph. i. ſpecies aromatica q̃ ſtillat de ligno aromatico. Pro
quo beatus hieronymus tranſtulit ſtactem. Exo. 30. Sume
tibi aromata & ſtactem. Et inde נְטִיפוֹת Netiphoth. i. moni
lia ſeu ornamenta colli. Iudi. 8. Abſcꝫ ornamentis & moni-
libus. Eſa. 3. Et monilia & armillas & mitras. Hebrei tamen
interpretantur olfactoria in quibus ponuntur aromata.

נָטָף Stacte.

נְטִיפוֹת Monilia.

נָטַר Cuſtodire.

נָטַר Natar. cuſtodire. ſeruare. Canti. 1. Poſuerũt me cuſto-
dem vineis. Et in eodem. vineam meam non cuſtodi
ui. Significat etiam ſeruare inimicicia in corde. Leuit. 19.
Non queras vltionem nec memoreris iniurie ciuium tuo-
rum. Pro quo hebrei legunt. Non queras vltionem nec ſer-
ues. ſ. inimicicias filiis populi tui. i. ciuibus tuis. In aliis ve
ro locis beatus Hieronimus tranſtulit iraſci. Hiere. 3. Nun
quid iraſceris in perpetuum. Naũ. 1. Et iraſcens ipſe inimi-
cis ſuis. & in lingua chaldaica cõmuniter ſignificat ſerua-
re. vel conſeruare. Dañ. 7. Verba autem in corde meo con
ſeruaui. Et inde מַטָּרָה Matara. i. cuſtodia. Nee. 12. Et ſte-
terunt in porta cuſtodie. Ponitur etiam pro carcere in quo
malefactores cuſtodiuntur. Hiere. 38. Manſit vero Hiere-
mias in veſtibulo carceris. Ponitur etiam מַטָּרָא Matara.
pro ſigno ad quod ſagittarius dirigit ſagittam & illud ob-
ſeruat. Iob. 16. Et poſuit me ſibi in ſignum. Threñ. 3. Et po
ſuit me quaſi ſignum ad ſagittam. Et in predicto loco ſcri-
bitur cum aleph in fine loco he.

conſeruare

מַטָּרָה cuſtodia.

carcer.

מַטָּרָא

ſignum.

נָטַשׁ Relinq̃re.

נָטַשׁ Natas. derelinquere. deſerere. dimittere. proiicere.
Geñ. 31. Non eſt paſſus vt oſculari filios meos. Pro
quo hebrei legunt. Et non reliquiſti ſeu dimiſiſti me vt
oſculari filios meos. Exo. 23. Anno autem ſeptimo di-
mittes eam: & requieſcere facies. Pro quo hebrei legũt. An
no autem ſeptimo dimittes eam & derelinques eam. i. relin
ques eam quieſcere. Iudi. 6. Nunc autem derelinquit nos. i.
Reg. 10. intermiſiſſis pater tuus aſinis ſolicitus eſt pro vobis.
i. dimiſſis aſinis. Et in eodem. 17. Derelinquens ergo vaſa.
Et in eodem. Quare dereliquiſti pauculas oues illas in de-
ſerto. Ps. 23. Ne derelinquas me. Ps. 93. Quia non repellet
dominus plebem ſuam. i. nõ dimittet vel non derelinquet.
Prouer. 17. Et anteq̃ calũniam patiatur: iudicium deſeret.
Eſa. 2. Proieciſti enim populum tuum. Et in eodem. 32.
Domus enim dimiſſa eſt. Et in eodem. 33. Laxati ſunt funi
culi tui. Hiere. 12. Dimiſi hereditatem meam. & in eodem.
23. Et derelinquam vos & ciuitatem hanc. Ezech. 16. Pro-
pagines eius relicte ſunt. Et in eodem. 29. Et proiiciam te
in deſerto. Oſee. 12. Et ſanguis eius ſuper eum veniet. Pro
qno hebrei legunt. & ſanguis eius ſuper eum relinquetur
vel dimittetur aut proiicietur. Amos. 5. Et proiecta eſt in
terram ſuam. & ſcribitur aliquando cum thau loco tet. Hie
re. 19. Et euulſa eſt in ira. Pro quo hebrei legunt. & dimiſſa
eſt. poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra. De quo vide
infra in dictione נָתַשׁ. Significat etiam extendere v el ten-
dere: ſeu ſpargere: vel diffundere. Nu. 11. Et dimiſit in ca-
ſtra: itinere quantum vno die cõfici poteſt. Pro quo hebrei
legunt. & expandit ſeu ſparſit. Iudi. 15. Caſtrametati ſunt
in loco qui poſtea vocatus eſt lechi. i. diſperſi vel diffuſi
ſunt. i. Reg. 30. Ecce illi diſcumbebant ſuper faciem vniuer
ſe terre. Pro quo hebrei legunt. Ecce illi diſperſi vel diffuſi
erant ſuper faciem vniuerſe terre. 2. Reg. 5. Et diffuſi ſunt
in valle Raphaim. Eſa. 21. A facie gladii imminentis. Pro
quo hebrei legunt. A facie gladii extenti. Et inde נְטִישׁוֹת
Netiſoth. i. rami ſeu propagines arboris. eo quod extẽdun
tur huc & illuc. Eſa. 18. Et que derelicta fuerint abſcinden
tur. Pro quo hebrei legunt. Et propagines ſeu ramos aufe-
ret abſcindetq̃. Hiere. 5. Auferet propagines eius. & in eo-
dem. 48. Propagines tue tranſierunt mare.

Relinq̃re.

Dimittere

Repellere.

Deſerere. proiicere. Lazare.

Expandeꝛ.

Diſpgere.

Diffundeꝛ

נְטִישׁוֹת propagies

נִיב Fructus.

נִיב Nib. fructus. Eſa. 57. Creans fructũ labiorum. De quo
vide ſupra in dictione נוּב Nub.

נִין posteri. ſemen.

נִין Nin. filius. progenies. ſtirps. poſteri. Geñ. 21. Nec nocc
as mihi & poſteris meis ſtirpiq̃ mee. Vbi ponitur pro
poſteris. Iob. 12. Nõ erit ſemẽ eius neq̃ pgenies in populo
ſuo. vbi ponitur pro ſemine. i. pro filio. Ps. 73. Dixerunt in
corde ſuo cognatio eorum ſimul. Pro quo beatus hierony-
mus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Dixerunt in cordi-
bus ſuis poſteri eorum ſimul. Eſa. 14. Et germen & propa
ginem. Hebrei tamen dicunt q̃ ſolum ſignificat filium. vn
de in predicto loco ipſi legunt. filium & nepotem. & ſimili
ter. Geñ. 21. & Iob. 12. De quibus ſupra dictum eſt. Et inde

cognatio. Germen.

Filius.

יִתֵּן permanet.

verbum paſſiuum יִתֵּן Inon ideſt filiabitur vel filiabatur: ſi
latine poſſet dici: tranſlatio noſtra traduxit pmanet. Ps. 71.
ante ſolem pmanet nomẽ eius. pro quo in hebreo habetur.
Ante ſolẽ filiabitur nomen eius. i. filiꝫ noĩabitur vel voca-
batur. Vide de hoc Burgeñ. In additioníb9 ſuper predicto

© Biblioteca Nacional de España

מָנוֹן Cōtumax

psalmo. & inde מָנוֹן Manon. Pro quo beatus Hieronymus transtulit cōtumacem. Prouer. 29. Qui delicate a puericia nutrit seruū suum postea sentiet eū cōtumacem. i. non existimauit se esse seruū: ac si esset filius dñi sui & heres. & ideo non seruiet libenter domino suo.

נִיק Nutrire

Nic. lactare. nutrire. s. lacte. Exo. 2. Accipe puerum istū & nutri mihi. & in eodem. Suscepit mulier & nutriuit puerum. Vide etiam de hoc supra in dictione יָנַק Ianac.

נִיר Lucerna Nouale

נֵר

Ner. seu נִיר Nir. lucerna seu nouale. De quo vide supra in dictione נוּר Nur.

נֵכֶד Stirps Progies Propago

Nech. nepos. i. filius filii. Pro quo beatus Hieronymus transtulit stirpem seu progeniem vel propaginē. Geñ. 21. Et posteris meis stirpiq; mee. Iob. 18. Non erit semē eius nec progenies in populo suo. Esa. 14. Et germē & propaginem.

נָכָה Percutere Cedere. Ledere.

Naca. percutere. cedere. ledere. Geñ. 19. Et eos q erāt foris percusserunt cecitate. Exo. 3. Et percutiā egyptū in cūctis mirabilibus meis. & in eo. 5. En famuli tui flagellis cedimur. i. percutimur. & in eodem. 7. Ecce percutiam virga que in manu mea est aquas fluminis. Et in eodē. 8. & percute puluerem terre. Et in eodem. 9. Cūctamq; herbā agri percussit grando. Et in eo. linū ergo & ordeum lesum est. & in eo. Triticū autem & far non sunt lesa. & communiter scribitur sine nun vt in aliquibus locis p̄dictis. & Exo. 9. Et percutiam te & populū tuū. vbi ponitur אַךְ Ach. i. percutiam. & sola littera caph est essentialis in predicto verbo percutiam & deficiunt nun & he. nam littera aleph denotat primam personā singularis numeri futuri temporis. Et supra in eo. Et percussit grando in omni terra egypti. Vbi si militer deficiunt littera nun & littera he. In aliis vero locis communiter scribitur sine nun. Nu. 17. percutiesq; petrā. Deut. 13. Statimq; percuties habitatores vrbis illius. Et in eodem. 27. Maledictus qui clam percusserit proximum suum. 1. Reg. 17. Et suffocabam interficiebamq; eos. p quo hebrei legunt. Et percutiebam interficiebamq; eos. Et in eodem. 19. Percussit eos plaga magna. Et in eodem. Lācea autem casso vulnere perlata est in parietē. pro quo hebrei legunt. Et percussit lancea in parietem. Et in eodem. 30. & percusserant sicelech. i. vastauerant. 2. Reg. 11. Relinquite eum vt percussus intereat. Et in eodem. 24. Percussit autē cor dauid eum. 3. Reg. 20. percute me: at ille noluit eū percutere. p̄s. 3. Quoniā tu percussisti omnes aduersantes mihi. p̄s. 101. Percussum est vt fenum & aruit cor meum. Esa. 1. Super quo percutiam vos. pro quo hebrei legunt. Super quo percussi estis. Hiere. 18. percutiamus eū lingua. Ezeh. 39. Et percutiam arcū tuū in manu sinistra tua. Osee. 6. percutiet & sanabit. Zach. 9. Et percutiet in mari fortitudinē eius. Ponitur ēt p occidere vel interficere. Nu. 25. qui occisus est cū madianitide. Et in eodem. que pariter interfecta est. ponitur etiā pro erūpere. Osee. 14. Et erumpet radix eius vt libani. Scribitur ēt cum aleph in fine loco he. Iob. 30. In terra penitus non parentes. pro quo hebrei legunt. percussi sunt seu attriti sunt de terra. & inde מַכָּה maca. i. percussio. plaga. vulnus. Deut. 28. Insuper & vniuersos langores & plagas. quod in hebreo legitur singulariter. s. vniuersum langorem & plagam. Esa. 1. Et plaga tumens. Hiere. 30. percussi te castigatione crudeli. idest percussione crudeli. & in plu. מַכּוֹת macoth. Deut. 28. Augebit dominus plagas tuas & plagas seminis tui. Zach. 13. que sunt plage iste. Reperitur etiam מַכִּים machim: secundum terminationem pluralem masculinorum. 4. Reg. 9. propter vulnera quia percusserant eum syri. & inde נָכֶה neche. idest claudus. seu debilis pedibus. z. Re. 9. Supererat filius ionathe debilis pedibus. Et in plurali נְכִים nechim. p̄s. 35. Congregata sunt super me flagella. idest infirmitates pedum. proquo hebrei legunt. Congregati sunt super me claudi seu claudicantes. Scribitur etiam cum aleph loco he & dicitur נְכָאִים nechaim. pro quo beatus hieronymus transtulit plagas. Esa. 16. His qui letantur super murum cocti lateris loquimini plagas suas. & inde נָכוֹ necho. idest claudus secundū hebreos. 4. Reg. 23. Ascendit pharao nechao rex egypti. p quo hebrei legunt. Ascendit pharao claudus. potest etiam esse nomen proprium sicut est in littera nostra.

נְכִים Flagella. Claudi. נְכָאִים Plage. נָכֹה claudus.

נֹכַח In cōspectu contra. In cōtra. Ex regione.

Nochach. Coram. in conspectu. contra. idest e regiōe pro. propter. rectum vel directum. Exo. 14. In conspectu eius castra ponetis. & in eodem. 26. & contra mensam candelabrum. & in eodem. 40. posuit & candelabrum in tabernaculo testimonii e regione mense. Ezech. 46. sed e regione illius egredietur. significat etiam pro siue propter. Geñ. 25. Deprecatusq; est isaac dominum pro vxore sua. i. propter vxorem suam. & inde נְכֹחָה nechocha. i. directio siue equitas aut rectum vel directum. Esa. 57. Qui ambulat in directione sua. & in eo. 59. & equitas non potest ingredi. Amos. 3. & nescierunt facere rectum. & in plu. נְכֹחִים ne chochim siue נְכֹחוֹת nechochoth. Prouer. 8. Recti sunt itelligentibus. Esa. 30. nolite aspicere nobis que recta sunt.

Pro. נְכֹחָה Directio. Equitas. Rectum. נְכֹחִים נְכֹחוֹת Recti. Recta.

נָכַל Cogitare Decipere Insidiis

Nachal. machinari. cogitare. excogitare. scilicet malū vel dolum. dolose agere. insidiari. Geñ. 37. Antequā accederet ad eos cogitauerunt illum occidere. Nu. 25. quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos & decepere insidiis. p quo hebrei legunt. quia ipsi hostiliter egerunt contra vos in dolis seu in cogitationibus dolosis: quibus dolose cogitauerunt contra vos: seu in machinationibus suis quibus machinati sunt contra vos. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Ps. 104. & dolum facerent in seruos suos Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Dolose agerent contra seruos suos. & inde נֹכֵל nochel. idest dolosus seu dolum excogitans. Malach. 1. Maledictus dolosus.

Machiari Dolose agere. נוֹכֵל Dolosus

נֶכֶס Diuitie. Substātia

Neches. Diuitie. substantia. supellex. & declinatur tantum in plurali & dicitur נְכָסִים nechasim siue נְכָסַי nichse. Ios. 22. In multa substantia atq; diuitiis reuertimini in sedes vestras. Esdre. 4. & de arca regis idest de tributis que dantur de regione trans flumen. idest de substantia regis.

נָכַר cognoscere.

Nacar. Cognoscere. agnoscere. alienare se. siue extraneum se facere. dissimulare. scilicet se esse qui est. Iob. 24. Nec cognouit tyrannum. Prouer. 20. Ex studiis suis intelligitur puer. idest cognoscitur puer. Threñ. 4. Non sūt cogniti in plateis. Et cōiter scribitur sine nun. Geñ. 25. Et non cognouit eum. Et in eo. 31. scrutare quidquid tuorum apud me inueneris. Pro quo hebrei legunt. Cognosce quidquid tuorum. Et in eodem. 38. Cognosce cuius sit anulus. Et in eodem. 42. Cum agnouisset eos. Deutero. 1. Nulla erit distantia personarum. pro quo hebrei legunt. Non cognoscetis faciem in iudicio. idest non accipietis personam. vt Prouer. 18. Accipere personam in iudicio non est bonum. Pro quo in hebreo habetur. Cognoscere faciē in iudicio non est bonum. Iudi. 18. & agnoscentes vocem a dolescentis leuite. Nee. 12. Et nesciebant loqui iudaice. Pro quo hebrei legunt. Et non cognoscebant loqui iudaice. Iob. 4. Cuius non agnoscebam vultum. Ps. 141. Et non erat qui cognosceret me. Et inde נֵכֶר Macar. i. cognitus seu notus. 4. Reg. 12. Accipiant illā sacerdotes iuxta ordinem suū. Pro quo he. le. Accipiāt sacerdotes vnusquisq; a cognito suo siue a noto suo. Et i eo. Nolite ergo amplius accipere

Egnoscere. נֵכֶר cognitus.

© Biblioteca Nacional de España

pecuniam iuxta ordinem vestrum. Pro quo hebrei legũt.

Notus הַכָּרָה Agnitio. נָכַר

A cognitis siue a notis vestris. & inde הַכָּרָה Hacara. i. agnitio. Esa. 3. Agnitio vultus eorum respondebit eis. De quo vide supra in dictione הָכַר Hachar. Item נָכַר Hachar. i. alienare siue abalienare se. aut extraneum se facere: vl dissimulare esse qui est. Geñ. 42: Cum agnouisset eos quasi ad alienos durius loquebatur. Pro quo hebrei legunt. Et cognouit eos & alienauit se ad eos. i. alienum se fecit eis. vel dissimulauit se esse qui erat. 3. Reg. 14. Cum ergo illa intraret & dissimularet se esse que erat. & in eodem. Quare aliam te esse simulas. Iob. 21. Et hec eadem illum intelligere cognoscetis. Pro quo hebrei legunt. Et signa eorum non ab alienetis. i. non sint vobis aliena vel non ignoretis. sicut exponit Burgeñ. in additionibus super p̃dicto loco. Prouer. 26. In labiis suis intelligitur inimicus. Pro quo hebrei legunt. In labiis suis alienatur inimicus. Potest etiam secundum primam significationẽ legi sic. s. in labiis suis cognoscitur inimicus. quod est idem sensus cũ littera nostra. Hiere. 19. Et alienum fecerunt locum istum. Ponitur etiã pro superbire. Deut. 32. Ne forte superbirent hostes eorũ. Ponitur etiam pro tradere: vel concludere. vt. 1. Reg. 23. Et ait saul tradidit eũ dñs in manꝰ meas. & inde נֵכֶר Necher: siue נֵכָר Nechar. i. alienatio siue alienus vel alienigena: aut extraneus seu peregrinus. Geñ. 17. Et alienigene pariter circuncisi sunt. Exo. 12. Omnis alienigena non comedet ex eo. Deut. 31. Et fornicabit post deos alienos. Iob. 31. Et alienatio operantibus iniquitatem. Ps. 17. Filii alieni mentiti sunt mihi. Ps. 80. Neq; adorabis deum alienũ. & in abdia. In die peregrinationis eius. & inde נָכְרִי Nochri. i. alienus: siue extraneus aut peregrinus. Deut. 17. Non poteris alterius gentis hominem regem facere. Pro quo hebrei legũt. Non poteris cõstituere super te virum extraneum siue alienum. Ps. 68. Et peregrinus filiis matris mee. Soph. 1. Super omnes qui induti sunt veste peregrina. & in plurali נָכְרִים Nochrim. Esa. 2. Et pueris alienis adheserũt. & in Abdia. Et extranei ingrediebantur portas eius. & in genere femino נָכְרִיָּה Nochria. vt Prouer. 5. Et foueris in sinu alteri? Pro quo hebrei legunt. Et amplexaberis sinum extranee: siue aliene. & in eodem. 7. Et abaliena que verba sua dulcia facit. Esa. 28. Peregrinum est opus eius ab eo. & in plurali נָכְרִיוֹת Nochrioth. i. aliene siue extranee. Geñ. 31. Nõne quasi alienas reputauit nos.

Alienare

Dissimulare se esse q̃ est. Simulare

Alienũ facere. Supbire

Tradere. נָכַר

נֵכָר Alienigẽa

Alienatio Alienus

Peregrinatio. נָכְרִי

Extraneus Peregrinus.

נָכְרִים Alieni. Extranei

נָכְרִיָּה Extranea

Aliena. peregrinũ

נָכְרִיוֹת Aliene.

נֵכֶת Aromata.

נֵכֶת Nechoth. aromata. Geñ. 37. Et camelos eorum portãtes aromata. Et in predicto loco scribitur cum aleph in medio. Esa. 39. Et ostendit eis cellam aromatum.

נָלָה Deesse. מִנְלָה cõsumatio. Radix.

נָלָה Nala. consumare. deesse. Esa. 33. Cum fatigatus desieris cõtenere cõteneris. & inde מִנְלָה Minla. i. cõsumatio. secundum hebreos. Pro quo beatus Hieronymꝰ trãstulit radicem. Iob. 15. Nec mittet in terram radicem suam.

נָמַל circũcidere.

נָמַל Namal. excidere. scindere. circuncidere. cõterere. atterere. Geñ. 17. Et circuncidetis carnem preputii vestri & in eodem. Et alienigene pariter circuncisi sunt. & in eo. 34. Ritum gentis imitantes. Pro quo hebrei legunt. Sicut ipsi circuncisi sunt. Et communiter scribitur sine nun.

Conterere Atterere.

נְמָלָה Formica. נְמָלִים Formice.

נָמֵר Pardus

Iob. 14. Quasi flos egreditur & conteritur. & in eodẽ. 18. Et sursum atteratur messis eius. & in eodem. 24. Et sicut summitates spicarum conterentur. Vide etiam de hoc supra in dictione מוֹל Mol. Itẽ נְמָלָה Nemala. i. formica. Prouer. 6. Vade ad formicam o piger. & in plurali נְמָלִים Nemalim. secundum terminationem pluralem masculinorũ. vt in eodem. 30. Formice populus infirmus.

נָמֵר Namer. pardus. Hiere. 5. Pardus vigilans super ciuitates eorum. & in eodem. 13. Aut pardus varietates suas Osee. 13. Et ego ero eis sicut leena & sicut pardꝰ in via Assyriorum. & in plurali נְמֵרִים Nemarim. Abach. 1. Leuiores pardis equi eorum.

נְמֵרִים Pardi.

נָס Nas. In lingua chaldaica significat iram vel furorem. Dañ. 2. Rex in furore & ira magna.

נָס Furor.

נֵס Nasas. leuare. exaltare. eleuare. signare. idest vexillũ aut signum leuare. fugere. confugere. Ps. 4. Signatũ est sup nos lumen vultus tui dñe. Pro quo beatꝰ Hieronymꝰ in psal. iuxta he. ve. trãstulit. Leua sup nos lumẽ vultus tui dñe. Esa. 59. Quẽ spũs dñi cogit. Pro q̃ he. le. Spiritus dñi leuauit seu eleuauit signũ seu vexillum in eo. Zach. 9. Quia lapides sancti eleuabuntur super terram eius. Ponitur etiam pro fugere. Ps. 59. Dedisti metuentibus te significationem vt fugiant a facie arcus. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Dedisti metuentibus te signum seu vexillum vt signentur ante firmitatem seu veritatem. vel sic. vt eleuent signum seu vexillum coram veritate vel firmitate. Esa. 10. Et erit terrore profugus. vide etiam de hoc supra in dictione מַסַּס Masas. & in dictione נוּס Nus. & inde נֵס Nes. idest exaltatio seu eleuatio. Exo. 17. Et vocauit nomẽ eius dominus exaltatio mea. Significat etiam signum seu vexillum eo quod eleuatur in bello & ad eum milites confugiunt. Nu. 21. Et pone eum pro signo. Esa. 11. Et leuabit dominus signum in nationibus. & in eodem. 30. Et quasi signum super collem. & in eodem. 33. Vt leuare signum non queas.

נָסַג Comprehẽdere. Assumẽre. s. terminos. Trãsferre. s. terminos.

נָסַג Nasag. comprehendere. assumere vel transferre. s. terminum. retrorsum conuerti. Mich. 2. Non comprehẽdet confusio. Deut. 19. Non assumes & transferes termios proximi tui. Vbi vtrũq; significatum comprehendit trãslatio nostra sub uno verbo hebraico. scilicet assumes & trãsferes. & in eodem. 27. Maledictus qui transfert terminos proximi sui. idest comprehendi facit. sicut exponunt hebrei. Prouer. 22. Ne transferas terminos antiquos. & in eodem. 23. Ne attingas terminos paruulorum. Pro quo hebrei legunt. Ne attingas siue ne transferas terminos seculi. idest terminos antiquos: nam eadem verba ponũtur in hebreo sicut supra cap'o. 22. Osee. 5. Quasi assumentes terminũ. Scribitur etiam cum sin & puncto ceboleth loco sãmech. Iob. 24. Alii terminos transtulerunt. Significat etiam auerti vel conuerti retrorsum. Deut. 39. Auertantur retrorsum & reuereantur. Ps. 69. Auertantur retrorsum & reuereantur qui volunt mihi mala. Esa. 42. Conuersi sunt retrorsum confundantur confusione. & in eodem. 59. Et auersi sumus ne iremus post tergum dei nostri. vide etiam de hoc infra in dictione סוג Sug.

Attingere terminos

auerti retrorsum. Conuerti. retrorsuꝫ

נָסָה Tentare.

נָסָה Nasa. Tentare. probare. assuescere vel consuetudinem habere. Geñ. 22. Tentauit dꝰ Abraam. Exo. 16. Vt tentem eum vtrum ambulet in legẽ mea. & in eodem. 17. Quia tentauerunt dominum. & in eodem. 20. Vt enim probaret vos venit deus. Deut. 6. Non tentabis dominum deum tuum sicut tentasti in loco tentationis. Iob. 4. Si ceperimus loqui tibi forsitan moleste accipies. idest si tentauerimus vel probauerimus loqui. Ps. 94. Vbi tentauerunt me patres vestri. Significat etiam assuescere vel consuetudinem habere. 1. Reg. 17. Non enim habebat consuetudinem. Et in eodem. Non possum sic incedere quia non vsum habeo. Eccl's. 2. Vadam & affluam deliciis. Pro quo hebrei legunt. Et assuefaciam te deliciis. Inde מַסָּה Masa. idest tentatio. Exo. 17. Et vocauit nomen loci illius tẽtatio. Et in plurali מַסּוֹת Masoth. vt Deut. 29. Tẽtationes magnas. Ponitur etiam מַסָּה Masa. pro pena. Iob. 9. Et non de penis innocentium rideat. pro quo hebrei le-

Probare.

Consuetudinẽ habere Assumere. Assuefacere.

מַסָּה Tẽtatio. מַסּוֹת

מַסָּה Pena.

© Biblioteca Nacional de España

Tentationes. gunt. In tentationem innocentiū irridebit.

Demoliri. Euferre. Euellere. נָסַח Nasach. Demoliri. auferre. siue euellere. vt Prouer. 15. Domum superborum demolietur dominus. Ponitur etiam pro auferre vel euellere. vt Deut. 28. Vt auferamini de terra. Ps. 51. Et emigrabit te de tabernaculo tuo. ꝑ quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Et euellet te de tabernaculo tuo. Prouer. 2. Et qui iniqꝫ agunt auferentur ab ea. Esdre. 6. Tollatur lignum de domo eius. idest euellatur. & inde מַסָּח Masach. i. deuastatio vel demolitio: secundum hebreos. 4. Reg. 11. Et custodietis domus mesach. pro quo hebrei legunt. Et custodietis excubias domus a demolitione siue a deuastatione. vel sic. Et custodietis custodiam domus ruinose. Potest etiam esse nomē proprium sicut est in littera nostra.

deuastatio

Libare. נָסַךְ Nasach. libare. fundere. miscere. conflare. constituere ordinare. ordiri. Exo. 25. In quibus offerenda sunt libamina. Pro quo hebrei legunt. In quibus libandum est. Et in eodem. 30. Nec libabitis. pro quo he. le. Et libamē nō libabitis super illud. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Nu. 28. Et libabitis vini quartam partem hyn. 2. Reg. 23. Sed magis eam libauit domino. Esa. 29. Quoniam miscuit vobis dominus spiritum soporis. Osee. 9. Non libabunt domino vinum. & inde נֶסֶךְ Nesech. idest libamē seu libatio. Nu. 28. Iuxta omnem ritum sacrificii matutini & libamentorum eius. Et in eodem. Et liba que rite fundūtur. Et in eo. Libamenta autem vini que per singulas singulas fundenda sunt victimas. Deut. 32. Bibebant vinum libaminū suorum. Hiere. 32. Et libabant diis alienis libamina. Ioel. 1. Periit sacrificiū & libatio de domo dñi. Et in eo. 2. Sacrificiū & libamen domino deo nostro. & inde מֶסֶךְ Mesech. seu מִמְסָךְ Mimsach. idest mixtum: seu libamen vel libatio. Ps. 74. Quia calix in manu domini vini meri plenus mixto. Esa. 65. Et libatis super eam. pro quo hebrei legunt. Et impletis ipsum meri libatione seu mixtione. De quo vide supra in dictione מָנָה Mana. Item נָסַךְ Nasach. idest conflare. Esa. 40. Nunquid sculptile cōflabit faber. Et in eo. 44. Et sculptile conflauit ad nihil vtile. Hiere. 10. Quoniā falsum est quod conflauit. Et inde נְסֶךְ nesech. idest conflatile Esa. 48. Et sculptilia mea & conflatilia mandauerunt ista. Ponitur etiam pro simulachro. Esa. 41. Et vētus & inane simulachra eorum. Dañ. 11. Insuper & deos eorum & sculptilia eorum. & inde מַסֵּכָה Masecha. idest conflatile: seu fusile. Exo. 32. Fecerūtqꝫ sibi vitulum conflatilem. Et in eo. 34. Deos cōflatiles non facies tibi. Osee. 13. Feceruntqꝫ sibi cōflatile de argento suo. Item נָסַךְ Nasach. idest constituere. seu ordinare. Ps. 2. Ego aūt constitutus sum rex ab eo. Et beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. Ego autem ordinaui regem meum. Prouer. 8. Ab eterno ordinata sum. & inde נְסִיכִים nesichim. idest principes seu rectores. & solum inuenitur in nu. plu. Ps. 82. Et sicut zebee & salmana omnes principes eorum. Significat etiam predicta dictio ordiri. vt Esa. 30. vt ordiremini telā & nō per spūm meum. & in eo. 25. Et telā quā ordituis est sup oēs natiōes. & inde מַסֵּכָה Masecha. siue מַסֵּכֶת Masacheth. i. tela seu licīū vt in duobus locis predictis. & Iudi. 16. Si inquit septē crines capitis mei cum licio plexueris. Et in eodem. Extraxit clauum cū criniibus & licio. Ponitur etiam pro pallio. Esa. 28. Et pallium breue vtrūqꝫ operire non potest.

Libare. Miscere. Libamētū Libamen. Libatio. Mixtum. Libatio. Conflare. Cōflatile. Simulachrum. Cōflatile. Cōstituere Ordinare Principes. Ordiri. Licium. Pallium.

נָסַע naſaa. Pergere. proficiſci. progredi. recedere. moueri Gen. 12. Perrexitqꝫ abraam vadens & vltra progrediens ad meridiē. Et in eo. 20. Profectus ide Abraā venit in terram austral em. Et in eodem. 33. Gradiamur simul. Pro quo hebrei legunt. Proficiscamur & ambulemus. Et in eodem. 46. Profectusqꝫ israel cum omnibus que habebat. Exo. 12. Profectiqꝫ sunt filii israel de ramases. Et in eodē. 13. Viderunt egyptios post se. pro quo he. le. Et viderunt & ecce egyptus proficiscebatur siue pergebat post se. & in eodē 14. Tollensqꝫ se angelus domini. i. mouit se siue ꝑfectus est angelus dñi. Nu. 10. Quando mouēda sunt castra. Et in eo. Mouebūt castra primi qui sunt ad orientalē plagā. & in eo. Leuabunt tentoria qui sunt ad meridiē. pro quo he. le. Mouebunt castra. Et in eo. Mouerūtqꝫ castra primi iuxta imperiū dñi. Et in eo. Profectiqꝫ sunt de monte dñi. Et in eodē. Cumqꝫ eleuaretur arca. idest cumqꝫ moueretur arca. Et in eo. 11. Ventus aūt egrediens a dño. i. pergens. Et in eo. 33. Profecti igitur de rameses. Et in eodem. Inde egressi venerunt contra phiairoth. Esdre. 8. Promouimus ergo a flumine Aua. 1. Profecti sumus. Ponitur etiam pro auferre. vt Iob. 4. Qui autem reliqui fuerint auferentur ex eis. Esa. 38. Generatio mea ablata est. Et inde verbū tertie coniugationis. i. proficisci facere seu mouere facere. Beatus hieronymus transtulit Tollere seu extrahere aut transferre. Exo. 15. Tulit autem moyses israel de mari rubro. idest proficisci fecit. Iudi. 16. Et apprehēdit ambas porte fores. idest tulit seu extraxit. Et in eo. Extraxit clauū cū criniibus. 3. Reg. 5. Precepitqꝫ rex vt tollerent lapides grandes. 4. Reg. 4. Et cum plena fuerint tolles. Eccls. 10. Qui transfert lapides & inde מַסָּע Masaa. idest profectio. Gen. 13. Reuersusqꝫ est per iter quo venerat. idest per profectiones quibus venerat Deut. 10. Vade & precede populum. Pro quo hebrei legūt. Vade in profectione ante populum. idest perge ante populum. & in plurali. מַסָּעִי Masee. Pro quo beatus hieronymus transtulit Mansiones. nu. 33. He sunt mansiones filiorum israel. Et in eodem. Quas descripsit moyses iuxta castrorū loca que domini iussione mutabant. Pōitur etiam מַסָּע masaa pro armis bellicis. Iob. 41. nec hasta nec thorax. ꝑ quo hebrei legunt. Hasta & arma & thorax.

Nesach. Ascendere. scandere. Ps. 138. Si ascendero in celum tu illic es. Et inde verbum tertie coniugationis ꝙ significat ascendere facere. siue eleuare vel educere de aliquo profundo. Dañ. 3. porro viros illos qui miserant sydrach misach & abdenago. Pro quo hebrei legunt. Qui ascēdere fecerant. Et in eodem. 6. Et danielem precepit educi de lacu. & in eodem. Eductusqꝫ est daniel de lacu.

Tollere. Extrahere. Trāsferre. Profectio Mansiones arma: ascendere. Educere.

נָעַל naal. Claudere. offirmare. scilicet clausura vel sera. claudere. Iudi. 3. Clausis diligentissime ostiis cenaculi & offirmatis sera. Et in eodem. Viderunt clausas fores cenaculi. Canti. 4. Hortus conclusus soror mea sponsa hortus conclusus. idest clausus. & inde מָנְעוּל manul. idest sera seu vectis quo ostium clauditur. Nec. 3. Et statuerunt valuas eius & vectes. in alio vero loco. Beatus hieronymus transtulit Pesulum ostii. Canti. 5. Pesulum ostii mei aperui dilecto meo. Item נָעַל naal. idest calciare. 2. Paralipo. 28. Cumqꝫ vestitisset eos & calciassent. Ezech. 16. & calciaui te hyacintho. & inde נָעַל naal. cum accentu in prima. idest calciamentum. Exo. 3. Solue calciamentum de pedibus tuis. Deut. 25 Et tollet calciamentum de pede eius. Et in eodem. Et vocabitur nomen eius in israel domus discalciati. Pro quo hebrei legunt. Domus discalciati calciamenti. ꝑs. 59. In idumeam extendam calciamentum meum. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מִנְעָל manal. Deut. 33. ferrum & es calciamentum tuum. & in plurali נְעָלִים nealim si ue מִנְעָלִים naalaim. Exo. 12. Et calciamenta habebitis in pedibus. Esa. 5. nec rumpetur corrigia calciamenti eius. quod in hebreo legitur pluraliter. scilicet calciamentorum eius. Et in eodem. 11. Ita vt transeant per eum calciati. pro quo

Offirmare Claudere. Cōcludere Vectis. Pesulum. Calciare. Calciamētum. מָנְעָל calciamētū נְעָלִים calciamēta נַעֲלַיִם

© Biblioteca Nacional de España

hebrei legunt. vt transeant per eum cū calciamētis. Amos. 2. Et pauperem pro calciamentis. Reperitur etiam נַעֲלוֹת Naaloth. secundum terminationem pluralem femininorū Ioſ. 9. Calciamenta quę perantiqua que ad indicium vetuſtatis pitatiis conſuta erant.

Calciamēta.

נַעַם Naam. ſuaue vel iocundum eſſe: ſeu dulce vel amenū eſſe. placere. decorum eſſe. 2. Reg. 1. frater mi ionatha decore nimis. Pro quo hebrei legūt. frater mi ionatha iocūdus vel ſuauis fuiſti mihi nimis. ſiue placuiſti mihi nimis aut decor⁹ fuiſti mihi nimis. p̄s. 140. Et audiāt verba mea quoniam potuerunt. pro quo beatus hierōymus in pſ. iuxta he. ve. tranſtulit. Et audient verba mea quoniam decora ſunt. Prouer. 2. Et ſcientia anime tue placuerit. Et in eo. 9. Et panis abſconditus ſuauior eſt. Et in eodem. 24. Qui arguunt eum laudabuntur. Pro quo hebrei legunt. Et arguētibus ſuaue ſiue iocūdum eſt. & inde נְעִים naim. i. iocūdus. ſuauis. decorus. egregius. 2. Reg. 23. Egregius pſaltes iſrael. Ps. 80. Pſalterium iocundum cum cithara. Ps. 132. Ecce q̄ bonum & q̄ iocundum. p̄s. 134. Pſallite nomini ei⁹ quoniam ſuaue eſt. Ps. 146. Deo noſtro ſit iocunda decoraq̄ laudatio. Prouer. 22. Que pulchra erit tibi cum ſeruaueris eam in ventre tuo. Et in eo. 24. Vniuerſa ſubſtantia preciosa atq̄ pulcherrima. & in plu. נְעִימִים Neimim. 2. Reg. 1. Saul & ionathas amabiles & decori valde. Iob. 31. Complebunt dies ſuos in bono & annos ſuos in gloria. pro quo hebrei legunt. Et annos ſuos in iocunditatibus vel in ſuauitatibus. Et inde נְעַם Noam. ideſt iocunditas. vel ſuauitas. aut decor. p̄s. 90. Et ſit ſplendor domini dei noſtri ſuper nos. Pro quo beatus hieronymus in pſal. iuxta he. ve. tranſtulit. Et ſit decor dñi dei noſtri ſuper nos. Prouer. 16. Fauus melis compoſita verba. pro quo he. le. Fauus melis verba iocunditatis vel ſuauitatis. Et in plu. נְעִימוֹת Neimoth. p̄s. 16. Delectationes in dextera tua in eternum. pro quo beatus hieronymus in predicto pſalterio trāſtulit. Decores in dextera tua eternos. Et aliquando ſcribitur cum mem in principio. p̄s. 140. & non cōmunicabo cum electis eorum. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit. Nec comedere in deliciis eorum. ideſt in ſuauitatibus eorum. Scribitur etiam cū nun in fine & dicitur נַעֲמָן naaman. & in plu. נַעֲמָנִים naamanim. Eſa. 17. Propterea plantabis plantationem fidelem. Pro quo hebrei legunt. Propterea plantabis plantationes iocundas vel ſuaues.

Placere. Egregius. Iocūdus. Suaue. Pulchrus Decori. Iocunditates Decor. Decores. Delicie Iocūde

נַעַן Naas. Genus arboris humilis. & ſcribitur cum duplici ſādich & dicitur נַעֲצוּץ naaſus. pro quo beatus hieronymus tranſtulit ſaliunculam. Eſa. 55. pro ſaliuncula aſcēdet abies. Et in plu. נַעֲצוּצִים naaſuſim. pro quo beatus hieronymus tranſtulit fruteta. Eſa. 7. Et vniuerſis frutetis & in vniuerſis foraminibus.

Saliūcula Fruteta.

נָעַר Naar. excutere. cōcutere. expergiſci. ſiue conſurgere. Exo. 14. Et inuoluit eos dominus in mediis fluctib⁹. pro quo hebrei legunt. & excuſſit dñs egyptios in medio maris. Ps. 135. Et excuſſit pharaonem & virtutem eius in mari rubro. Iudi. 16. Egrediar ſicut ante feci & me excutiā. Nec. 5. Inſuper excuſſi ſinum meum & dixi: ſic excutiet deus omnem virum. Iob. 38. Et excuſſiſti impios ex ea. Ps. 108. Et excuſſus ſum ſicut locuſta. Eſa. 33. Et concuſſa ē baſan & carmelus. Et in eo. Et excutit man⁹ ſuas ab omni munere. Et in eodem. 52. Excutere de puluere. Hiere. 51. Excutient comas veluti catuli leonum. Significat etiam expgiſci vel conſurgere. Zach. 2. Quia conſurrexit de habitaculo ſancto ſuo. & inde נָעַר nóar. ideſt excuſſio. p quo beatus hieronymus trāſtulit tempeſtatem. Iob. 36. Morietur in tempeſtate animæ eorum. & inde נְעֹרֶת neoreth. i. ſtuppa. ſeu fauilla ſtuppe q̄ excutitur ex lino. Iudi. 16. Quomodo ſi rūpat quis filum de ſtuppa. Eſa. 1. Et erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtuppe. Itē נַעַר ndar. i. puer. iuuēis. adoleſcēs. Geñ. 37. Paſcebat gregem cum fratribus ſuis adhuc puer. Et in eo. Puer non comparet. Ruth. 2. Dixitq̄ booz iuueni qui preerat meſſoribus. 1. Reg. 1. puer autem erat adhuc infantulus. Prouer. 1. Et adoleſcenti ſcīētia & intellectus. Hiere. 1. Quia puer ego ſum. Accipitur ēt pro miniſtro vel famulo. eo quod communiter puer maiori & ſeniori miniſtrat. Iudi. 7. Deſcendat tecum phara puer tuus. ideſt miniſter vt famulus tuus. 4. Reg. 5. Dixitq̄ giezi puer viri dei. i. miniſter eius. Ponitur etiam pro ignaro vel rudi. 2. Paralip. 13. Porro roboan erat rudis & corde pauido. Accipitur etiam pro quocunq̄ animali dum eſt in tenera etate. Zach. 11. Diſperſum non queret & contritum non ſanabit. pro quo hebrei legunt. puerum non queret. ideſt pecus tenerum non queret. Et in plurali נְעָרִים nearim. ideſt pueri. iuuenes. adoleſcentes. z. Reg. z. Surgant pueri. 3. Reg. zo. per pediſequos principum prouinciarum. pro quo hebrei legunt. p pueros principum prouinciarum. Et in eodem. Egreſſi ſūt autem pueri principū prouinciarum. Iob. z9. Videbāt me iuuenes & abſcondebantur. Ponitur etiam pro miniſtris. Nec. 5. Sed & miniſtri eorum depreſſerant populum. Et in genere femininо נַעֲרָה naara. Geñ. z4. puella decora nimis. Ruth. z. Cuius eſt puella hec. 3. Reg. 1. Queramus domino noſtro regi adoleſcentulam virginem. Et in plurali. נַעֲרוֹת nearoth. Geñ. z4. Igitur rebecca & puelle illius aſcēſis camelis ſecute ſunt virum. Exo. z. Et puelle eius gradiebātur per crepidinē aluei. Eſter. z. querātur regi puelle virgines. & ide נְעוּרִים neurim. i. puericia. iuuētus. & declinatur tantum pluraliter. p̄s. 128. Sepe expugnauerunt me a iuuētute mea. p̄s. 127. Ita filii excuſſorum. pro quo beatus hieronymus in pſal. iuxta he. ve. tranſtulit. Ita filii iuuentutis. Poteſt etiam legi excuſſorum ſecundum primam ſignificationem. Reperitur etiam נְעוּרוֹת neuroth. ſecundum terminationem pluralem femininorum. Hiere. 3z. Iugiter facientes malum in oculis meis ab adoleſcentia ſua.

Stuppa. Fauilla נְעֹרֶת Puer. Iuuenis. Adoleſcēs Miniſter. Famulus. Rudis. Pecus tenerum. נְעָרִים Pueri. Iuuenes. Miniſtri. נַעֲרָה Puella. Adoleſcentula. נְעוּרוֹת Puelle. נְעוּרִים Iuuentus. adoleſcētia

נָפַח naphach. inſuflare. inſpirare. exſuflare. ſpirare. ſuccendere. affligere. Geñ. z. Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculū vite. Eſa. 54. Ecce ego creaui fabrum ſuflantem in igne prunas. Ezech. zz. Vt ſuccendā in ea ignē ad cōflandū ideſt ad ſuflandum. Et in eodem. 37. Et inſufla ſuper interfectos iſtos. Aggei. 1. Et intuliſtis in domum & exſuflaui illud. Malach. 1. & exſuflatis illud. Hiere. 15. Defecit anima eius. ideſt ſpirauit. ponitur etiam pro ſuccendere. Iob. zo. Deuorabit eum ignis qui non ſuccenditur. Et in eo. 41. Si cut olle ſuccenſe atq̄ feruentis. Hiere. 1. Ollam ſuccenſam ego video. & inde מַפּוּחַ mapúach. ideſt ſuflatorium quo ignis ſuccenditur. Hieremie. 6. Defecit ſuflatorium in igne. ponitur etiam predicta dictio pro affligere. Iob. 31. Et animam agricolarum eius afflixi. & ide מַפָּח mapach. ideſt dolor ſeu afflictio. pro quo beatus hieronymus tranſtulit abominationem. Iob. 11. Et ſpes illorum abominatio anime.

Naphach. inſuflare. Inſpirare Suflare. Inſuflare. Exſuflare. Spirare. Succēdere מַפּוּחַ Suflatorium Affligere. מַפָּח abominatio

נֹפֶךְ Nópech. carbunculus lapis preciosus. Exo. z8. In ſecūdo. ſcilicet verſu carbūculus & ſapphyrus & hyaſpis. Ezech. z8. Sapphyrus & carbunculus & ſmaragdus.

נֹפֶךְ Carbūculꝰ

נָפַל Naphal. cadere. concidere. ruere. corruere. iacere. irruere. inferiorem eſſe. tranſfugere. Geñ. 4. Et cōcidit vultus eius. & in eo. Cur concidit facies tua. Et in eodem. 15. Sopor irruit ſuper abraam & horror magnus & tenebroſus inuaſit eum. ideſt cecidit ſuper eum. Et in eodem. 17. cecidit Abraam in faciem ſuam. Et in eodem. z4. Deſcendit

נָפַל Concidere Irruere. Cadere.

© Biblioteca Nacional de España

de camelo. pro quo hebrei legunt. Cecidit de camelo. Et in eodem. 25. Coram cunctis fratribus suis obiit. idest cecidit. Et aliqui hebrei exponunt sic. scilicet cecidit ei possessio coram cunctis fratribus suis. Et in eodem. 50. Quod cernens Ioseph ruit super faciem patris. Leuit. 26. Et corruent corā vobis. Et in eodem. Cadēt inimici vestri gladio. Nu. 6. Ita tamen vt dies priores irriti fiant. Pro quo hebrei legunt. Et dies priores cadant. idest cadant de numero vt nō computentur. Deut. 22. Et sis reus labēte alio & in preceps ruēte. Ioſ. 2. Etenim irruit in nos terror vester. Iudi. 7. Et oēs orientales populi iacebant in valle. 2. Regū. 1. Sciebam enī q̄ viuere non poterat post ruinam. idest postq̄ cecidit. 3. Reg. 8. Non cecidit nec vnus quidem sermo. 4. Reg. 10. vide ergo nunc quoniam non cecidit de sermonibus domini in terram. Nee. 6. Et concíderent intra semetipsos. pro quo hebrei legunt. Et ceciderunt valde in oculis suis. idest inferiores sibi ipsis videbantur ex quo non preualuerant aduersus hebreos. Et simile verbum habetur. Iob. 12. Vbi dicitur nec inferior vestri sum. p̄ quo in hebreo legitur. Nec cadens ego a vobis. & est sensus sicut in littera nostra. & in eodem. 14. Mons cadens defluit. pro quo hebrei legunt. Mons cadens cadet siue corruet. Ps. 19. Ipsi obligati sunt & ceciderunt. Ps. 36. Cum ceciderit non collidetur. Ps. 144. Alleuat dominus omnes qui corruunt. Esa. 9. Et cecidit in israel. Et in eodem. 14. Quomodo cecidisti de celo lucifer Et in eodem. 21. Cecidit cecidit Babylon. Hiere. 51. Et cadent interfecti in terra chaldeorum. Et in eodem. Subito cecidit babylon. Ioēl. 2. Sed & per fenestras cadent. Amos 8. Et cadent & non resurgent. Et aliquando scribitur cum duplici lamed. Ezech. 28. Et corruent interfecti in medio eorum. Significat etiam transfugere aut profugere. vel adiungere se aliis. 1. Reg. 29. Ex die qua transfugit ad me. 4. Reg. 7. Venite ergo & transfugiamus ad castra syrie. 1. Paralip. 12. Periculo capitis nostri reuertetur ad dominum suum. idest transfugiet ad dominum suum. Et in eodem. trāsfugerunt ad eum de manasse. Hiere. 21. Qui egressus fuerit & transfugerit ad chaldeos. Et in eodem. 37. Ad chaldeos profugis. Et in eodem. 52. Et de profugis qui transfugerant ad regem babylonis. Esa. 54. Aduena quondam tuus adiungetur tibi. Inde verbum tertie coniugationis. idest cadere facere: seu proiicere: vel dimittere: siue ꝓsternere. Iudi. 2. nō diuisērūt adinuentiōes suas. i. nō ꝓiecerūt. 1. Reg. 3. Non cecidit ex omnibus verbis eius in terra. pro quo hebrei legūt. Nō cadere fecit: siue nō proiecit ex oībus verbis eius. Iob. 29. Et lux vultus mei non cadebat in terra. p̄ quo he.le. Et lucē vultus mei non faciebant cadere. p̄s. 105. vt p̄ sterneret eos ī deserto. i. cadere faceret. sīgnāt ēt sortē ꝓicere. i. sorte mittere vel sorte diuidere. Ioſ. 13. Veniat ergo in partē hereditatis israel. pro quo he.le. Proiice eā in hereditatē israeli. i. sorte diuide eā. & in eo. 23. Et nūc quia sorte diuisi. p̄s. 77. Et sorte diuisit eis terrā in funiculo. Prouer. 1. Sortē mitte nobiscū. Ione. 1. venite & mittamus sortes. Et in eo. & miserunt sortes & cecidit sors super ionam. Et ide verbū quarte cōiugatiōis. i. prosternere se siue iacere. Deut. 9. Et procidi añ dñm sicut prius quadraginta diebus. i. iacui siue prostratus sum ante dñm. Et in eo. Et iacui corā domino quadraginta diebus & noctibus. Et in eo. Quib⁹ eū supplíciter deprecabar. pro quo he.le. Quibus iacui siue q̄ bus prostratus fui. Pōitur ēt ꝓ subiicere. Geñ. 43. Et violēter subiiciat seruituti & nos & asinos nostros. & inde מַפָּלָה Mapala. i. ruina. Esa. 17. Et erit quasi acervus lapidum in ruina. Et in eo. 23. posuerunt eā in ruinā. & in eo. 25. vrbē fortē in ruinā. Ezech. 3. Et in ruina eius habitabūt vniuersa volatilia celi. & inde מַפָּל Mapal. i. quisquilie que cadūt de frumento. Amos. 8. Et quisquilias frumenti vendamus & inde מַפֹּלֶת Mapoleth. idest cadauer. Iudi. 14. Declinauit vt videret cadauer leonis. & in numero plurali מַפְּלֵי Mapale. & ponitur pro membris. Iob. 41. Membra carniū eius coherentia sibi. Et inde נֵפֶל nēpel. idest abortiuus: eo quod cadit ex vtero. Iob. 3. Aut sicut abortiuū absconditum non subsisterē. Ps. 57. Supercecidit ignis: non viderunt solem. Pro quo btūs hiero. in psalterio iuxta he.ve. transtulit. quasi abortiuum mulieris quod non vidit solem. Eccl's. 6. pronuncio q̄ melior illo sit abortiuus. & ide נְפִילִים nephilim. idest gigantes. eo quod propter sui magnitudinem ceteri humiliores videntur cadere ante eos. vel quia irruit timor eorum super alios. Geñ. 6. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Nu. 13. Ibi vidimus monstra quedam filiorum Enach. pro quo hebrei legunt. Ibi vidimus gigantes filios enach.

Kuere. Corruere.

Iacere.

Concidere Inferiorē esse.

Defluere.

Trāsfugere

Profugere

Adiungi.

Dimittere

Cadere facere.

prosternere

Sortē diuidere. Sortē mittere.

Prosternere se. Iacere.

Subiicere. מַפָּלָה Ruina.

נָפַל quisquilie. מַפֹּלֶת Cadauer. מַפָּלֵי Membra. נֵפֶל Abortiuus נְפִילִים Gigantes.

נָפַץ Napas. dispergere. disgregare. disseminare. diuidere. allidere. collidere. conterere. confringere. Geñ. 9. Et ab his dissemínatum est omne genus hoīm super vniuersam terram. pro quo hebrei legunt. & ab his dispersa ē omnis terra. & est sensus sicut in littera nostra. Et in eo. 11. Anteq̄ diuidamur in vniuersas terras. & in eo. Inde dispersit eos dominus super faciem cunctarum regionum. Et in eo. 49. & dispergam eos in israel. 1. Reg. 13. quia vidi q̄ populus dilaberetur a me. idest dispergeretur a me. 2. Reg. 18. fuit autem ibi prelium dispersum super faciē vniuerse terre. 3. Reg. 22. Vidi cunctum israel dispersum in montibus Hiere. 9. Dispergā eos in gentibus. & in eodem. & omnis grex eorum dispersus est. Esa. 33. Ab exaltatione tua dispersi sunt gentes. Hiere. 13. Et dispergā eos virum a fratre suo. Ezech. 20. & cōgregabo vos de terris in quibus dispsi estis Soph. 3. supplices mei filii dispersorum meorū. hebrei tñ ī p̄dicto loco dicūt q̄ est nomē proprium & legunt sic. Atharai filia phusai. & interpretatis his nominibus est sensus sicut in littera nostra. Significat etiam allidere. vel cōfringere. vt Iudi. 7. Et hydrias confregissent. p̄s. 2. Et tanq̄ vas figuli confringes eos. Ps. 136. & allidet parvulos tuos ad petrā. Esa. 27. sicut lapides cineris allisos. Hiere. 4. & lagūcu las eorū collident. & in eodem. 22. nunquid vas fictile atq̄ cōtritum vir iste hieconias. & in eo. 51. Collidis tu mihi vasa belli: & ego collidā in te gentes. & in eo. & collidam in te equum & equitē eius. & inde נֵפֵץ nephes. i. allisio. Esa. 30. Allidet in turbine. pro quo he.le. Allisio turbinis. & inde מַפֵּץ Mapas. i. instrumentum siue vas quo aliquid conteritur & dissipatur. Ezech. 9. & vniuscuiusq̄ vas interitus in manu eius.

Dissemiar.

Diuidere. Dispgere.

Cōfrigere. Allidere.

Collidere. Conterere

נֵפֵץ Allisio. מַפֵּץ Interitus.

נָפַק Naphac. in ligua chaldaica significat egredi: siue educere. Dañ. 2. & egressa sententia sapientes interficiebātur. & in eo. qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes babylonis. & ī eo. 3. egredímini & venite: statīq̄ egressi sūt & inde נַפְקַת napcath. idest sumptus. expense. Esdre. 6. Sūptus autem de domo regis dabuntur. & in eodem. Studio se sumptus dentur viris illis.

נָפַק Egredi. נַפְקַת Sumptus

נֶפֶשׁ Nephes. Anima. Geñ. 1. Producat terra animam viuentem. & in eodem. 2. & factus est homo in animam viuentem. & in eodem. 19. Salua animam tuam. & in eodē. 35. egrediente autem anima eius pre dolore. Exo. 12. Peribit anima illa de israel. & in eodem. 21. Reddet animā pro anima. Leuit. 5. Si peccauerit anima. Nu. 15. Quod si anima vna nesciens peccauerit. Deut. 6. & ex tota anima tua. 1. Regum. 25. erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viuentium apud dominum deum tuum: porro ini

נֶפֶשׁ anima.

© Biblioteca Nacional de España

micorum tuorum anima rotabitur. 3. Reg. 17. Reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. Et in eodem. 19 Tolle animam meam. Iob. 1. Cuncta que habet homo dabit pro anima sua. Et in eodem. 21. Et anima eius quodcunq; voluit hoc fecit. Ps. 23. qui non accepit in vanum animā suam. Ps. 104. ferrum pertransiuit anima eius. Ps. 118. & anima mea cognoscet nimis. Prouer. 27. Anima saciata calcabit fauum. & communiter est generis feminini: vt patet i aliquibus locis predictis. & aliquando reperitur in genere masculino. vt Geñ. 46. Omnes anime quattuordecim. vbi in hebreo illud quattuordecim est generis masculini. & iungitur cū hoc nomīe aīe. & in eo. Anime duc. Vbi pro eo qđ in littera nostra est due in hebreo est שְׁנַיִם Senaim. q̄ est generis masculini. Nume. 31. vnam animam ex quingētis tam ex hominibus quam ex iumentis. vbi pro eo quod in littera nostra est vnam in hebreo est אֶחָד Echad. quod est generis masculini. & aliquando accipitur pro toto homine seu pro corpore animato. vt in aliquibus locis predictis. & Geñ. 14. Da mihi animas. ideſt da mihi homines. Et in eo dem. 46. Omnes anime domus iacob que ingresse sunt in egyptum. Ponitur etiam pro semetipso. Ps. 104. vt erudiret principes eius sicut semetipsum. Deut. 21. Dimittes eā liberam. pro quo hebrei legunt. Dimittes eam anime sue. ideſt sibiipsi: vt sit in sua libera potestate. Hiere. 51. Iurauit dominus exercituum per animam suam. ideſt per semetipsum. sicut exponunt hebrei. Amos. 6. Iurauit dominus deus in anima sua. ponitur etiam pro mortuo. ideſt pro morticino anime humane. Nu. 6. super mortuum non ingredietur. pro quo hebrei legūt. & super omnes animas mortui seu morticini non ingredietur. & in eodem. quia peccauit super mortuum. pro quo hebrei legunt. Quia peccauit super animam. ideſt super morticinum anime humane. & in eo. 19. Omnis qui tetigerit humane anime morticinū. Ponitur etiam pro desiderio. Ps. 26. Ne tradideris me in animas tribulantium me. ideſt in desideria tribulantiū me. Ponitur etiam pro halitu. Iob. 41. Halitus eius prunas ardere facit. Et in plurali נְפָשׁוֹת nephasoth. secundum terminationem femininorum. Ps. 71. Et animas pauperum saluas faciet. Ezech. 13. Vt interficerent animas que non moriuntur. Reperitur etiam נְפָשִׁים nephasim secundum terminationem masculinorum. Vt in eodem. Et dimittam animas quas vos capitis animas ad volandum. & inde verbum נָפַשׁ naphes: qđ significat refrigerare. vel requiescere aut recreare. vel animari. ideſt animam sumere. Exodi. 23. Et refrigeretur filius ancille tue & aduena. Et in eodem. Septimo autem ab opere cessauit. pro quo hebrei legunt. Septimo autem quieuit & requieuit. siue refrigeratus est. Loquitur enim scriptura de deo more humāo: sicut de homine dicitur q̄ refrigeratur & requiescit perfecto opere. Ponitur etiam pro refocillari. 2. Regum. 16. Et refocillati sunt ibi.

Homo. Semetipz Mortuus morticinū Halitus. נְפָשׁוֹת anime. נְפָשִׁים Anime. נָפַשׁ refrigerar. Requiescere Refocillar

נֵץ Nes. Accipiter. Leuit. 11. Et accipitrem iuxta genus suum.

accipiter.

נָצַב Nasab. Constituere. statuere. erigere. stare. 3. Regum. 22. Nec erat tunc constitutus rex in edom. Esa. 3. Stat ad iudicium dominus. Threñ. 2. firmauit dexteram suam quasi hostis. ideſt statuit dexteram suam siue stetit dexteram sua. Zach. 11. Et quod stat nō enutriet. Et aliquando scribitur sine nun. De quo vide supra in dictione יָצַב Iasab. & inde נְצִיב Nesib. ideſt statua siue statio. Geñ. 19. Que versa est in statuam salis. 1. Paralipo. 11. Et statio philistinorum in bethleem. Significat etiam prepositum seu prefectum. 3. Regum. 4. Habebat autem salomon duodecim p̄fectos super omnem israel. Et in eodem. Nutriebantq; eos supradicti regis prefecti. Et inde מַצֵּבָה Maseba. ideſt statio siue statua. vt Esa. 22. Et expellam te de statione tua. ponitur etiam pro titulo vel statua. Geñ. 35. Erexitq; iacob titulum super sepulchrum eius: hic est titulus monumenti rachel. Exo. 23. & confringes statuas eorum. vide etiam de hoc supra in dictione יָצַב Iasab. Ponitur etiam נְצָב Nisab pro capulo gladii. Iudi. 3. Vt capulus sequeretur ferrum in vulnere. Item נָצַב nasab. in lingua chaldaica significat plātare. & inde נְצֶבֶת niscbeth. ideſt plantatio. Dañ. 2. De plantatione eris & ferri oriebatur.

Statuere. Stare. נְצִיב Statua Statio. prefectus

Statio. Titulus. statua. נְצָב Capulus. נָצַב Plantare. נְצֶבֶת Plātatio.

נָצָה Nasa. Iurgari. rixari. litigare. litem concitare. vastare. florere. volare. Exo. 2. Conspexit duos hebreos rixātes. Et in eodem. 21. Si rixati fuerint viri. Leuit. 24. Iurgatus est in castris cum viro israelita. Nume. 26. qui surrexerunt contra moysem & Aaron. pro quo hebrei legunt. qui iurgati sunt. Et in eodem. Quando aduersus dominum rebellauerunt. Pro quo hebrei legunt. Quando iurgati sunt aduersus dominum. Et in titulo. Ps. 59. Vbi dicitur: cū succendit mesopotamiam syrie. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Cum pugnauit aduersus syriam mesopotamie. Et inde מָצָה Masa. ideſt rixa. contētio. iurgium. Prouer. 16. Qui meditatur discordias diligit rixas. Esa. 41. Viros rebelles tuos. Pro quo hebrei legunt. viri contentionis tue siue iurgii tui. ideſt iurgantes aduersum te. Et in eodem. 58. Ecce ad lites & ad contentiones ieiunatis. Significat etiam supradicta dictio: vastare. Hiere. 4. Ciuitates tue vastabuntur. Esa. 37. In erradicatione collium compugnantiū. Pro quo hebrei legunt. In erradicationem collium deuastorum seu desertorum. & secundum primam significationem potest legi sicut est in littera nostra. significat etiam florere seu germinare. Canti. 6. Si germinassent mala punica. Et in eodem. 7. Si floruerunt mala punica. Vide etiam de hoc supra in dictione נוּן nus. significat etiam volare. vt Threñ. 4. Iurgati quippe sunt & commoti. pro quo hebrei legunt. Volauerunt & commoti sunt. Potest etiam legi sicut est in lra nra. Et aliqñ scribitur cum aleph in fine loco he. vt Hiere. 48. Date florem moab quia florens egredietur. pro quo he. le. Date alam seu pennam moab. quia volans volabit. potest etiam legi sicut est in littera nostra. Et inde מְנוֹסָה. ideſt pluma. Leuit. 1. Vesiculam vero guttu ris & plumas proiiciet. Ezech. 17. Plena plumis & varietate. Et in eodem. Magnis alis multisq; plumis.

Pugnare מָצָה Rixa. Contētio. Vastare. Germinare. Florere. Volare. נוֹצָה Pluma.

נָצַח Nasach. Triumphare. superare. vincere. seu victoriam obtinere. instare. solicitare. vrgere. Prefectum seu prepositum esse. 1. Reg. 15. Porro triumphator israel non parcet tibi. 1. Paralip. 15. In citharis pro octaua canebant epinicion. pro quo he. le. canebāt ad vincendum seu pro victoria. & est idem cum littera nostra: nam epinicion grece carmen triumphale significat. & in titulo. Ps. 4. vbi dicitur in finem in carminibus psalmus dauid. pro quo beatus hieronymus in psal. iuxta he. ve. transtulit victori in cantis psalmus dauid. & sic in aliis titulis psalmorum. Dañ. 6. Igitur daniel supabat oēs principes. Malach. 3. Victor in psalmis canentem. significat ēt instare. vel vrgere. seu prepositū vel prefectum esse. 2. Paralip. 2. Prepositosq; eorum tria millia. ideſt illos qui instabant operibus. Et in eodem. Tria autem millia sexcentos prepositos operum populi. Esdre. 3. Vt vrgerent opus domini. Et in eodem. Vt instarent sup eos q faciebāt opus. & inde נָצָח nesach. i. fortitudo. virtus. Esa. 63. Et detraxi in terram virtutem eorum. Ponitur etiam pro sanguine in quo est fortitudo & vita. Et in eodem. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea.

triūphare. Vincere. Superare. Prepositū esse. Vrgere. Instare. נֶצַח Virtus. sanguis

© Biblioteca Nacional de España

significat etiam eternum seu perpetuum. vt. Ps. 12. Vsque quo domine obliuiscéris mei in finem. ideſt in eternum. Ps. 48. Et viuet adhuc in finem. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Et viuet vltra in ſempiternum. Eſa. 13. Non habitabitur vſq; in finem. ideſt vſq; in eternum. Hiere. 15. Quare factus eſt dolor meus perpetuus. Threñ. 3. Periit finis meus. pro quo ſecundum primam ſignificationem aliqui hebrei legunt. Periit victoria mea. poteſt etiam legi ſic piit eternitas ſeu perpetuitas mea. Ponitur etiam pro ſeculo. Eſa. 64. In ſecula ſeculorum non erit tranſiens per eam. Et inde נְצַחַת niſachath. ideſt fortis ſeu perpetua. Beatus hieronymꝰ trā ſtulit. contentioſam. Hiere. 8. Quare auerſus eſt populus iſte in icruſalem auerſione contentioſa.

Sépiternū
Perpetuꝰ Finis.
Seculum. נְצַחַת
Cōtentioſa

נָצַל Nasal. eripere. liberare. euadere. eruere. Auferre. abſtrahere. ſpoliare. Geñ. 37. Volens eripere eū de manibus eorum. Exo. 5. Et non liberaſti eos. Et in eodem. 18. Et eruit me de gladio pharaonis. Deut. 23. Non trades ſeruum domino ſuo qui ad te cōfugerit. ideſt qui ad te euaſerit. Ioſ. 2. Et eruatis animas noſtras a morte. 2. Reg. 22. in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum ſuorum. 2. Reg. 20. Et effugiat nos. pro quo hebrei legunt. Et euadat oculos noſtros. & eſt ſenſus ſicut in littera noſtra. 4. Reg. 18. Eruens liberabit nos dominus. Iob. 5. In ſex tribulationibus liberabit te. Ps. 32. Vt eruat a morte animas eorum. pꝫ. 33. Et de omnibus his liberauit eum dominus. Ps. 85. Et eruiſti animam meam ex inferno inferiori. Eſa. 20. Vt liberarent nos a facie regis aſſyriorum. Et in eo. 37. Et tu poteris liberari. Hiere. 7. Et dixiſtis liberati ſumus. Ezech. 14. Ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas. Amos. 4. Quaſi torris raptus ab incendio. ideſt liberatus vel erutus ab incendio. Zach. 3. Nunquid non iſte torris eſt erutus de igni. Et inde הַצָּלָה Hasala. ideſt liberatio. Eſter. 4. Per aliam occaſionem liberabuntur iudei. pro quo hebrei legunt. Refrigerium & liberatio ſtabit iudeis de loco alio. Significat etiā aufferre vel ſpoliare. ſeu diripere. Geñ. 31. Tulitq; deus ſubſtantiā patris veſtri & dedit mihi. Et in eodem. Sed deus tulit opes patris noſtri & eas tradidit nobis. Exo. 3. Et ſpoliabitis egyptum. Et in eo. et ſpoliauerūt egyptios. ideſt abſtulerunt ab eis opes. Et in eodem. 33. Deposuerunt ergo filii iſrael ornamentum ſuum. 2. Paralip. 20. Et diripuerunt ita vt omnia portare non poſſent.

Eripeꝛe. Liberare. Eruere. Euadere.
הַצָּלָה Liberatio.
Tollere.
Spoliare. auferre. Deponere Diripere.

נָצַר Nasar. cuſtodire. ſeruare. vaſtare. Deut. 32. Et cuſtodiuit quaſi pupillam oculi. Et in eodem. 33. Et pactū tuum ſeruauerunt. Ps. 24. Requirentibus teſtamentum eius. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. His qui cuſtodiunt pactum eius. pꝫ. 33. Prohibe linguam tuam a malo. Pro quo beatus hieronymus in predicto pſalterio tranſtulit. Cuſtodi linguam tuam a malo. Ps. 118. Quia iuſtificationes tuas exquiſiui. pro quo beatꝰ hieronymus tranſtulit. Quia precepta tua cuſtodiui. pꝫ. 140. Et oſtium circunſtantie labiis meis. pro quo beatus hieronymus tranſtulit. Serua paupertatem labiorum meorum. Prouer. 4. Cuſtodi illam quia illa eſt vita tua. Et in eo. 22. Oculi dñi cuſtodiunt ſcientiam. Et in eo. 27. Qui ſeruat ſicum comedet fructus eius. Eſa. 27. Ego dominus qui ſeruo eam. Et in eodem. Nocte & die ſeruo eam. Naum. 2. Qui cuſtodiat obſidionem. Et aliquando ſcribitur ſine nun. vt Eſa. 8. Liga teſtimonium. Pro quo hebrei legunt. Serua teſtimonium. Poteſt etiam deriuari a dictioue צָרַר ſarar. q̄ ſignificat ligare. ſicut eſt in littera noſtra. Et inde נֹצֵר noſer ideſt cuſtos. & in plurali נֹצְרִים Noſrim. 4. Reg. 18. A turre cuſtodum. Hiere. 4. Auditum eſt in ieruſalem cuſtodes venire de terra longinqua. Et in eodem. 31. Clamabunt cuſtodes in monte ephraim. Et inde נְצוּרוֹת Neſuroth. i. res obſeruate & occulte. Hiere. 33. Et annunciabo tibi grandia & firma que neſcis. pro quo hebrei legunt. Annunciabo tibi grādia & obſeruata vel occulta que neſcis. Et ide נְצוּרַת Neſurath. ideſt occulta. ſcilicet ad inſidiandum vel decipiēdum. Prouer. 7. Et preparata ad decipiendas animas. Pro quo hebrei legunt. Et obſeruata vel occulta corde. Poteſt ēt legi ſic. Et vaſtata ſeu deſerta corde. Nam predicta dictio etiam ſignificat vaſtare vel deſolare. Eſa. 1. Sicut ciuitas q̄ vaſtatur. Et inde נְצוּרִים Neſurim. ideſt loca deſerta: vel vaſtata. Beatus hieronymus tranſtulit delubra mortuorum. Eſa. 65. Et in delubris mortuorum dormiant. Ponitur etiam pro fecibus. Eſa. 49. Et feces iſrael conuertendas. vbi pro fecibus ponitur נְצוּרֵי Neſure. ſicut alias שְׁמָרִים ſemarim ſignificat feces & deriuatur a שָׁמַר Samar. quod ſignificat cuſtodire: vt infra dicetur. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Et deſerta ſeu deuaſtata iſrael ad conuertēdū. Item נֵצֶר néſer. flos. virgultū. ſtirps. germē. Eſa. 11. Et flos de radice eius aſcendet. Et in eodem. 14. Tu autem reiectꝰ es de ſepulchro quaſi ſtirps inutilis. Et in eodem. 60. Germen plantationis mee.

Vaſtare. נְצוּרִים Delubra mortuorū. Feces.
נֵצֶר flos. Stirps. Germen.

נֶקֶב Nechic. cauerna. foramē. fiſura. Eſa. 7. Et in cauernis petrarum. Hiere. 13. Abſconde illud ibi in foramine petre.

נָקַב Nacab. perforare. explanare. declarare. nominare. maledicere. ſeu blaſphemare. 4. Reg. 12. Et aperuit foramen deſuper. pro quo hebrei legunt. Et perforauit foramen. Iob. 40. Et in ſudibus perforabis nares eius. Eſa. 36 Intrauit in manum eius & perforauit eam. Aggei. 1. In ſaculum pertuſſum. i. perforatum. & īde מַקֶּבֶת machébeth. ideſt malleus. Iudi. 4. Aſſumens pariter & malleum. Ponitur etiam pro cauerna. Eſa. 51. Et ad cauernam laci vnde p̄ciſi eſtis. & in plurali מַקֵּבוֹת macaboth. ideſt mallei. 3. Reg. 6. Et malleus & ſecuris & omne ferramentum non ſunt audita in domo. Quod in hebreo legitur pluraliter. ſcilicet mallei & ſecuris. Eſa. 44. Et in malleis formauit illud. Et īde נְקֵבָה Necheba. ideſt femina. Geñ. 1. Maſculum & feminam creauit eos. Leuit. 12. Si feminam peperit. Nu. 31. Cur feminas reſeruaſtis. Item נָקַב nacab. ideſt explanare. ſeu declarare aut nominare. Geñ. 30. Conſtitue mercedem tuam. Pro quo hebrei legunt. Declara ſeu explana mercedem tuam. Nu. 1. Quos tulerunt moyſes & Aaron. pro quo hebrei legunt. Et tulit moyſes & Aaron viros iſtos qui declarati ſeu explanati ſunt per nomina vel qui nominati ſunt per nomina. Eſa. 62. Quod os domini nomiauit. Amos. 6. optimates capita populorum. ideſt nominati capita populorum. Significat etiam maledicere ſeu blaſphemare. Leuit. 24. Cumq; blaſphemaſſet nomen domini. Et in eodem. Et qui blaſphemauerit nomen domini morte moriatur. Nume. 23. Quomodo maledicam cui non maledixit deus. Et in eodem. Inde maledicito ei. Iob. 3. Maledicant ei qui maledicunt diei. Et in eodem. 5. Et maledixi pulchritudini eius ſtatim. Prouerb. 21. Qui abſcondit frumētum maledicetur in populis. Abach. 3. Maledixiſti ſceptris eius.

cauerna. foramen.
נָקַב Perforaſ.
מַקֶּבֶת Malleus Cauerna.
מַקֵּבוֹת Mallei.
נְקֵבָה femina.
נָקַב Declarare
Nominare
Blaſphemare. maledicere.

נָקֹד Nycud. Punctum ſeu ſtigma: aut macula. ſcilicet diuerſi coloris. Canti. 1. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Pro quo hebrei legunt. Cum punctis vel ſtigmatibus argenti. Vbi ponitur נְקֻדוֹת Necudoth. in numero plurali. & inde נָקוּד Nacud. ideſt animal album habens maculas nigras vl̄ econuerſo. Geñ. 30. & ſepara cunctas oues varias. i. hñtes maculas varii coloris

נָקֹד Punctum
נְקֻדוֹת Puncta.
נָקוּד Varius.

© Biblioteca Nacional de España

Et in eodem. Et quodcunq; fuluum & maculosum varium q; fuerit. Et in eodē. Et omnia que non fuerint varia & maculosa. & fulua. Et a talibus pecoribus dictus est נֹקֵד noced ideſt paſtor. ſiue ille qui alit pecora. 4. Reg. 3. Porro mesa Rex moab nutriebat pecora multa. Pro quo hebrei legunt Erat armentarius seu paſtor. & in plurali. נֹקְדִים Mocdim. Amos. 1. verba amos qui fuit in paſtoralibus thecue. & inde נְקוּדִים Necudim. i. panis mucidus seu putrefactus. Eo quod in eo sunt quasi macule vel puncta diuersi coloris. ꝑ quo beatus hieronymus transtulit comminuti. Ioſ. 9. Panes quoq; quos portabant ob viaticum duri erāt in fruſtra comminuti. Et in eo. Nūc ſicci facti ſunt & ſiccitate nimia cōminuti. ponitur etiam נְקוּדִים Necudim pro cruſtula panis. 3. Regū. 14. Tolle quoq; in manu tua decem panes & cruſtulam.

Paſtor נֹקְדִים paſtorales נְקוּדִים Cōminuti. Cruſtula panis.

נָקָה Naca. mundum seu innocentem esse. mundare. parcere. deſſolare seu exterminare. Geñ. 24. Non teneberis iuramento. Pro quo hebrei legunt. Et mundus seu innocens eris a iuramento. Exo. 34. Nullusq; apud te per se innocens eſt. Pro quo hebrei legunt. Et innocens non faciet innocentem vel non erit innocens. vel ſic. Et mundans non mundabit. Et eſt ſenſus ſicut in littera noſtra. Poteſt etiam legi ſic. Nec quaſi innocenti parcet. Et eadem verba habētur. Nu. 14. vbi dicitur. Nullūq; innoxiū derelinquens. & Hiere. 46. Nec quaſi innocenti parcam tibi. Et ſupra in eodem. 30. vbi dicitur. Et non tibi videaris innoxius. Nu. 5. Non te nocebunt aque iſte amariſſime. Pro quo hebrei legunt. Innocens seu innoxia eris ab aquis iſtis. Et in eodē. Erit innoxia & faciet liberos. Et in eodem. Maritus absq; culpa erit. ideſt innocens seu mundus erit a culpa. Ps. 18. ab occultis meis munda me. Et in eodem. Et emundabor a delicto maximo. Hiere. 49. Et tu quaſi innocens relinqueris: non eris innocens. Ioel. 3. Et mundabo ſanguinem eorum quos non mundaueram. & aliquando ſcribitur cum aleph loco he. Dañ. 7. Et capilli capitis eius quaſi lana munda. & inde נָקִיּוֹן Nicaion. ideſt mundicia. innocentia. Ps. 25 Lauabo inter innocentes manus meas. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Lauabo in innocentia manus meas. Oſee. 8. Vſq; quo non poteris emundari. pro quo hebrei legunt. Vſquequo non poteris mundiciam. ſcilicet habere. Amos. 4. Dedi vobis ſtuporem dentium. Pro quo hebrei legunt. Dedi vobis mundiciam dentium. In quo ſignificatur magnitudo famis. nam qui non comedunt mundos habent dentes. & in de נָקִי Nachi. i. mundus. innocens. innoxius. Geñ. 24. Innocens eris a maledictione mea. Exo. 21. Dominus quoq; bouis innocens erit. Iob. 4. Quis vnquā innocens perit. Ps. 14. Et munera ſuper innocentem non accepit. Ps. 23. Innocens manibus & mundo corde. ps. 105. Et effuderunt ſanguinē innocentem. & aliquando ſcribitur cum aleph in fine. Ioel. 3. Et effuderint ſanguinem innocentem in terra ſua. Ione. 1. Et ne des ſuper nos ſanguinem innocentem. & in plurali. נְקִיִּים Nechiim. Geñ. 44. vos autem eritis innocentes. Ioſ. 2. Innoxii erimus a iuramento hoc quo adiuraſti nos. Et inde מְנַקִּיּוֹת Menachiioth. Pro quo beatus hieronymus transtulit cyathos. Exo. 25. Et cyathos in quibus offerenda ſunt libamina. Item נָקָה Naca. i. Deſolare. seu exterminare. Eſa. 3. Et deſolata in terra ſedebit. Zach. 5. Quia omnis fur ſicut ibi ſcriptum eſt iudicabitur. pro quo he. le. Exterminabitur ſiue deſolabitur. & in eo. Et omnis iurās ex hoc ſimiliter iudicabitur.

Innocentē esse. Innocentia Innocēs. Innoxii. Cyathi Deſolare. Exterminari Iudicari.

נָקַם Nacam. vindicare. vlciſci. Geñ. 4. Omnis qui occiderit cain ſeptuplum punietur. pro quo hebrei legunt. Septuplum vindicabitur. Et in eodem. ſeptuplum vltio dabitur de cain. Exo. 21. Criminis reus erit. pro quo hebrei legunt. vindicta vindicabitur. Et in eodem. non ſubiacebit pene. Pro quo hebrei legunt. non vindicabitur. Leuit. 19. non queras vltionem. ideſt non vindices te. Et in eo. 26. & inducā ſup vos gladiū vltorē federis. Nu. 31. Vlciſcere primus filios iſrael. Ioſ. 10. Donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis. Iudi. 15. Tamen adhuc ex vobis expetam vltionē. Et in eodem. 16. & vlciſcar me de hoſtibus meis. 1. Reg. 24 & vlciſcatur me dominus exte. 4. Reg. 9. & vlciſcar ſanguinem ſeruorum meorum prophetarum. ps. 7. vt deſtruas inimicum & vltorem. Eſa. 1. & vindicabor de inimicis meis. Hiere. 46. vt ſumat vindictam. & in eodem. 50. Quoniam vltio domini eſt: vltionem accipite de eo. & in eodem. 51. & vlciſcar vltionem tuam. Ezech. 25. & vindictam expetiuit de eis. pro quo hebrei legunt. & vlti ſunt in eis. Naum. 1. deus emulator & vlciſcens dominus: vlciſcens domin⁹ habēs furorem. & inde נֶקֶם nacam. ideſt vindicta. vltio. vt in aliquibus locis predictis. & Deut. 32. & vindictam retribuet in hoſtes eorū. ſcribitur etiam cū he vel thau in fine. ps. 149. Ad faciendam vindictam in natiōib⁹. Hiere. 11. Videam vltionem tuam ex eis. & in plurali. נְקָמוֹת necamoth. ps. 93. Deus vltionum dominus.

Vindicta. Vltio נְקָמוֹת Vltiones

נָקַף nacaph. ſcindere. excidere. excutere. circuire. Eſa. 10. & ſubuertentur condenſa ſaltus eius ferro. ideſt excidētur ferro. & in eodem. 17. ſicut excuſſio olee. & in eo. 24. Quomodo ſi pauce oliue que remanſerint excutiantur ex olea. Significat etiam circuire ſiue euoluere. Iob. 1. Cumq; in orbem tranſiſſent dies conuiuii. ideſt cum circuirent vel cum euoluerentur aut cum in circuitu tranſiſſent. & in eodem. 19. & flagellis ſuis me cinxerit. ideſt circundederit. & in eodem. & rurſus circundabor pelle mea. Eſa. 29. Solēnitates euolute ſunt. & inde נְקִפָּה nicpa. pro quo beatus hieronimus trāſtulit funiculum. Eſa. 3. & pro zona funiculus. Hebrei tamen dicunt ꝙ ſignificat exciſſionem.

Circuire. Cingere. circūdaſ Euoluere. נְקִפָּה Excisio. נָקַר Eruere. Perforaſ. Excidere. נִקְרַת Foramen. Sciſſura.

נָקַשׁ nacas. offendere. ſcandalizare. illaqueare. inſidiari. cōprehendere. capere. collidere. Deut. 7. nec ſumas ex eis tibi quicquam ne offendas. Et in eodem. 12. Caue ne imiteris eos. pro quo hebrei legunt. ne offendas poſt eos 1. Reg. 28. Quare ergo inſidiaris anime mee vt interficiar. Ps. 37. Et vim faciebant qui querebant animam meam. ꝑ quo hebrei legunt. & inſidiabantur vel ſcandalizabant ſeu offendebant querentes animam meam. ideſt ſcandala ſeu offendicula ponebant. Vide etiam de hoc ſupra in dictione יָקַשׁ Iacas. ſignificat etiam comprehendere. ps. 9. In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator. poteſt etiam legi offendit peccator. ponitur etiam pro ſcrutari. ps. 108. Scrutetur fenerator omnem ſubſtantiam eius. Significat etiam collidere. Dañ. 5. Et genua eius ad ſe inuicē collidebantur.

Offendere Inſidiari. Scandalizare. Cōprehendere. Scrutari. Collidere.

נֵרְד nérde. nardus. ſpecies aromatica. vnde ab hebreo traxit originem. Canti. 1. nardus mea dedit odorem ſuum. Et in eodem. 4. nardus & crocus. Et in plurali נְרָדִים neradim. vt in eodem. Ciperi cum nardo: quod in hebreo legitur pluraliter. ſcilicet cum nardis.

Nardus. נְרָדִים Nardi

© Biblioteca Nacional de España

Obliuisci. נָשַׁשׁ Nasas. obliuiſci. & ſcribitur cum ſimplici ſin. Genē. 41. Obliuiſci me fecit deus omniū laborum meorum. & de hoc vide infra in dictione נָשָׂא Nasa.

נָשָׂא Nasa. cum ſin & pūcto ceboleth. Leuare. eleuare. extollere. exaltare. portare. ſuſtinere. ſumere. ferre. iurare. nubere. parcere. dimittere. ſ. delictū vel peccatum. indulgere. Genē. 18. Cumq; eleuaſſet oculos. Et in eodē. 21. Cumq; eiulatu magno fleret. Pro quo hebrei legūt. Et eleuauit eſau vocem ſuam & fleuit. Et in eodem. 29. Profectus ergo iacob venit in terram orientalē. Pro quo hebrei legunt. Et eleuauit iacob pedes ſuos & abiit in terram orientalem. Et in eodem 40. Recordabitur pharao miniſterii tui. Pro quo hebrei legunt. Leuabit ſiue extollet pharao caput tuū. Et in eodē. Recordatus eſt inter epulas magiſtri pincernarum & piſtorum principis. Pro quo hebrei legunt. Et leuauit ſiue extulit caput principis pincernarum & caput principis piſtorum in medio ſeruorum ſuorum. Sed beatus hieronymus trāſtulit ſenſum. Exo. 35. obtulerunt mente prōptiſſīma atq; deuota. Pro quo hebrei legunt. Et venit omnis vir quem eleuauit cor ſuū. Nu. 16. Cur eleuamini ſuper populum dñi. Ruth. 1. Et eleuata voce flere ceperūt. 2. Reg. 5. Et quoniā exaltaſſet regnum eius ſuper populum ſuum. Et in eodem. 20. Leuauit manū ſuam cōtra regem. 3. Reg. 1. Adonias autem filius agith eleuabatur dicens ego regnabo. 4. Reg. 14. & ſubleuauit te cor tuū. Iob. 41. Cum ſublatus fuerit timebūt angeli. i. cum ſubleuatus fuerit. Pro quo hebrei legūt. Ab eleuatione eius timebūt dii ſiue angeli vel fortes. pſ. 23. Et eleuamini porte eternales. pſ. 27. Dum extollo manus meas ad tēplum ſanctum tuū. pſ. 88. Motū autem fluctuū eius tu mitigas. Pro quo hebrei legunt. Cū eleuantur fluctus eius tu mitigas eos. Vnde btūs hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. trāſtulit eleuationes autem gurgitū eius tu mitigas. Ps. 138. Accipient in vanitate ciuitates tuas. Pro quo btūs hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. trāſtulit. Eleuati ſunt fruſtra aduerſarii tui. Eſa. 2. Et ſuper omnem arrogantem. Pro quo hebrei legunt. Et ſuper omnem eleuatū. i. eleuantē ſe ſiue elatum. Et in eodē. Et ſuper omnes cedros libani ſublimes & erectas. i. exaltatas. & in eodē. 30. Et ſuper omnē collem eleuatum riui currentiū aquarū. Et in eodem. 37. Leua ergo orationē pro reliquiis. & in eodē. 40. Omnis vallis exaltabitur. & in eodē. 42. Letetur deſertum & ciuitates eius. Pro quo hebrei legunt. Eleuent deſertū & ciuitates eius. i. eleuēt vocē in exultatiōe. Ezech. 1. Et cū eleuarentur animalia de terra eleuabantur ſimul & rote. & in eodē. 10. Et cum eleuarent cherubim alas ſuas. & in eodē. 33. Et oculos veſtros leuatis ad immūdicias veſtras. Dañ. 11. Filii quoq; preuaricatorū populi tui extollētur. Significat etiā portare vel ſuſtinere. aut ſuſtētare. quod eſt idē qđ onus leuare. Genē. 13. Nec poterat eos capere terra. i. portare vel ſuſtinere. & in eodē. 37. Et camelos eorū portantes aromata. Et in eodē. 44. Quantum poſſunt capere. i. quātum poſſunt ferre vel ſuſtinere. Et in eodē. 45. Et tollite in de patrē meum. Exo. 19. Quomodo portaverim vos ſup alas aquilarum. Et in eodem. 25. Ad ſubuehendam menſam. Pro quo hebrei legunt. Et portabitur in eis menſa. Et in eodem. 27. Erunt in vtroq; latere altaris ad portandum Leuit. 22. Ne forte ſuſtineant iniquitatem delicti ſui. Deut. 24. Et ex eo ſuſtentat animam ſuam. 2. Reg. 17. Circundabit omnis iſrael ciuitati illi funes. Pro quo hebrei legunt. Portabunt ſeu tollent omnis iſrael ciuitatem illam funibus 3. Reg. 10. Deferens inde aurum & argentum. i. portans. 2. Paralipo. 20. Iſta omnia portare nō poſſent. Eſter. 2. Omnium oculis gratioſa & amabilis videbatur. Pro quo hebrei legunt. Et fuit eſter portans gratiam. i. habens gratiam in oculis omnium videntium eam. Sed beatus hieronymus tranſtulit ſenſum. Iob. 21. Suſtinete me vt loquar. Eſa. 46. Qui geſtamini a mea vulua. Hiere. 10. Portata tollentur quia incedere non valent. Et in eodem. 31. Quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcentie mee. Ezech. 17. Et erumpet in germen & faciet fructum. Pro quo hebrei legunt. Et portabit ramos ſeu frondes & faciet fructum. Et ſimilia verba habentur in eodem. 27. Vbi dicitur. vt portet frondes & faciat fructum. Et in eodem. 18. Filius non portabit iniquitatem patris. Et in eodem. 23. Et peccata idolorum veſtrorū portabitis. Et in eodem. 36. Et fructum veſtrum afferatis. i. portetis. Oſee. 1. Sed obliuione obliuiſcar eorum. Pro quo hebrei legunt. Sed portans portabo eis. ſcilicet inimicos ſuos vt eos deſtruant. Sed ſi ſcribatur cum puncto ſeboleth in littera ſin: tunc ſignificat obliuiſci ſicut eſt in littera noſtra. In tranſlatione vero chaldaica ſic habetur. Si conuerſi fuerint parcēs parcam eis. Quod etiam poteſt intelligi ſecundum litteram hebraicam: ſicut infra dicetur. Ioel'. 2. Quia lignum attulit fructum ſuum. ideſt portauit. Et in eodem. Et portaſtis tabernaculum moloch deo veſtro. Ponitur etiam pro adiuuare. Eſd. i. Adiuuent eum viri de loco ſuo. ideſt prouideant ei de vehiculo ad portandum vxorem & liberos. Significat etiam ſumere vl' ſuſcipere aut tollere ſiue auferre. Genē. 27. Sume arma tua. Et in eodē. 4. Auferet pharao caput tuum. i. tollet. Exo. 23. Non ſuſcipies vocem mendacii. Et in eodem. 30. Quando tuleris ſūmam filiorum iſrael. Nu. 1. Nec pones ſūmam eorum cum filiis iſrael. ideſt nec tolles ſūmam eorum. Et in eodem. 4. Tolle ſūmam filiorum chaath. Et in eodem. 16. Nec aſelū quidē vnquam acceperim abeis. Et in eodem. 23. Aſſumptaq; parabola ſua dixit. & in eodem. 24. Et auferetur regnum illius. Poteſt etiam legi. Et exaltabitur: ſecundum primam ſignificationem. 2. Reg. 5. Que tulit Dauid & viri eius. Hebrei tamen dicunt q; in predicto loco ſignficat comburere. vnde ipſi legunt. Que combuſit Dauid & viri eius. & in eodem. 14. Nec vult deus perire animam. Pro quo hebrei legunt. Et non tollit ſeu non aufert deus animam. Et eſt ſenſus ſicut in littera noſtra. 4. Regum. 4. Tolle filium tuū. Iob. 21. Tenēt tympanum & citharam. i. tollūt vel ſumūt. Et in eodem. 32. Et poſt modicum tollat me factor meus. Ps. 14. & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos. Ps. 23. Hic accipiet benedictionem a domino. Ps. 80. Sumite pſalmum & date tympanum. Hiere. 7. nec aſſumas pro eis orationem. Ezech. 9. Et aſſumant ſuper nos lamentum. Et in predicto loco ſcribitur ſine aleph. & i eodē. 17. Vt euelleret eam radicitus. Pro quo hebrei legunt. vt tolleret eam a radicibus ſuis. Mich. 2. Et rapuerunt domos. ideſt violenter acceperunt. Significat etiam acceptionem perſonarū quod in hebreo dicitur acceptio facierum. Genē. 19. Ecce etiam in hoc ſuſcepi preces tuas. p quo hebrei legūt. Suſcepi faciem tuam. Et in eodem. 32. Forſitan propiciabitur mihi. Pro quo hebrei legunt. forſitan accipiet faciem meā. Deut. 10. Qui perſonam non accipit. & in eodem. 28. Gentem procaciſſimam que non deferat ſeni. pro quo hebrei legunt. Que non accipiat faciem ſenis. ideſt que nō reuereatur vultum ſenis. 4. Regum. 3. Si non vultum ioſaphat Regis iude erubeſcerem. Pro quo hebrei legunt. Suſciperem. 2. Paralipo. 19. Non eſt apud dominum deum noſtrum iniquitas nec perſonarum acceptio. Iob. 34. Qui non accipit perſonam principum. Ps. 81. Et facies peccatorum ſumitis. Prouer. 6. Nec acquieſcet cuiuſq; precibus. pro quo hebrei legunt. Nec accipiet faciem cuiuſcūq; precii ſiue pcio.

Eleuare. Leuare.

Exaltare.

Sublcuaſ

Extollere..

Portare.

Tollere.

Suſtinere. Suſtētare.

Deferre.

Bestare.

Portare.

Uferre

Adiuuare

Sumere. Auferre. Suſcipere Tollere.

Accipere. Aſſumere.

Cōburere.

Accipere perſonam.

© Biblioteca Nacional de España

Et in eodem.18. Accipere personam impii in iudicio non est bonū. Malach.2. Et accepistis faciem in lege. Significat etiā iurare.i.nomen dñi in iuramēto sumere. Exo.20. Non assumes nomē dñi dei tui in vanū.i.nō iurabis. Deut.5. Nō vsurpabis nomen dñi dei tui frustra. Pro quo hebrei legūt. Non iurabis siue non assumes nomen dñi dei tui in vanū si ue frustra. Esa.3. Respondebit in die illa dicens nō sum medicus. Pro quo hebrei legunt. Iurabit in die illa. Significat etiam nubere.i.vxorem accipere. Ruth.1. Et acceperūt vxores moabitidas.i.Paralipo.23. Acceperuntq; eas filii eis fratres earū. Nec.13. Et non acciperent de filiabus earum. Itē significat parcere vel indulgere.i.peccatū tollere vel peccatū dimittere. Geñ.4. Nōne si bene egeris recipies. Pro quo aliqui hebrei legūt. Nōne si bene egeris indulgere.i.indulgebitur tibi peccatum. Potest etiam legi sicut est in littera nostra. Et in eodē.18. Dimittam omni loco propter eos. & in eodem.50. Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum. Pro quo hebrei legunt. Obsecro vt dimittas scelus fratrum tuorū. Et in eodem. Nos quoq; oramus vt seruis dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Exo.10. Sed nunc dimitte peccatum mihi. Et in eodem.34. Qui aufers iniquitatē & scelera. Ios.24. Nec ignoscet sceleribus vestris. Iob.7. Cur non tollis peccatum meū. Ps.31. Beati quorū remisse sunt iniquitates. Ponitur etiā pro contremiscere. Naū.1. Et contremuit terra a facie eius. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Et arsit terra a facie eius. Sed secundū primā significationē potest legi. Et eleuata est terra a facie eius.i.eleuata est de loco suo. quod est idē quod contremuit. Et inde נָשִׂיא Nasi.i.princeps. eo quod eleuatur in populo. Geñ. 23. Princeps dei es apud nos. Exo.22. Et principi populi tui nō maledicas. Leuit.4. Si peccauerit princeps. & in plurali נְשִׂיאִים Nesiim.i.principes. Geñ.25. Duodecim principes tribuū suarum. Exo.35. Principes obtulerunt lapides onychinos. Ponitur etiā נְשִׂיאִים Nesiim pro nubibus: eo qđ eleuantur in aere. ps.134. Producēs nubes ab extremis terre. Prouer.25. Nubes & ventus: & pluuie non sequentes. Hiere.51. Qui leuat nubes ab extremis terre. Et inde שְׂאֵת Seeth.i.eleuatio. Iob.30. Vt se mouerit turbabit vos. Pro quo hebrei legunt. Eleuatio eius turbabit vos.i.cum se leuauerit turbabit vos. Ps.61. Veruntamen preciū meū cogitauerunt repellere. Pro quo hebrei legunt. Verūtamē de eleuatione eius cogitauerunt repellere. Potest etiā significare partē vel portionē vt infra dicetur. Vnde btūs hieronymus in psalterio iuxta hebraicā veritatē transtulit. Partem enim eius cogitauerunt repellere. Ponitur etiā שְׂאֵת Seeth pro tumore vel eleuatione in cute seu pustula: aut plaga vel diuersus color. Leuit.13. Homo in cuius cute ortus fuerit diuersus color seu pustula. Vbi ponitur pro diuerso colore. & in eodē. Plaga cōbustionis est & idcirco mūdabitur.i.eleuatio siue tumor. Et inde שְׂאֵת Siia.i.eleuatio siue elatio. Pro quo beatus hieronymus transtulit superbiā. Iob.20. Si ascēderit vsq; ad celū superbia eius. Et inde מַשָּׂא Masa.i.eleuatio. Ezech.24. Et super quos requiescunt animę eorū. Pro quo hebrei legunt. Et eleuationē animę eorū.i.ad quos eleuāt animas suas: sicut dicitur Hiere.44. Ad quam ipsi eleuant animas suas: vt reuertantur & habitent ibi. Scribitur etiā cum he vel thau in fine. Ps.140. Eleuatio manuū mearum sacrificiū vespertinū. Iudi.20. Vt ascēdente in altū fumo. Pro quo hebrei legunt. Vt ascendere facerent eleuationem fumi.i.quasi colūnam fumi. Et in eodem. Quasi colūnam fumi de ciuitate conscendere. Ponitur etiam pro vexillo. eo quod eleuatur in altum. Hiere.6. Et super bethacarē leuate vexillum. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Significat etiam מַשָּׂא Masa onus. a leuando vel portando dictum. Exo.23. Si videris asinū odiētis te iacere sub onere. Nu.4. Ista sūt onera filiorū caath. Quod in hebreo legitur singulariter. s. onus. Et in eodem. Et sciēt singuli cui debeant oneri mancipari. Ps.37. Sicut onus graue grauate sunt sup me. Et aliquādo scribitur cū he in fine. Esa.30. Et graui onere. Accipitur etiam onus pro prophetia. Pro quo vt ait beatus hieronymus.lxx. Assumptionem trāstulerūt. 4.Reg.9. Et dominus onus hoc leuauit super eum. Esa.13. Onus babylonis.i.prophetia contra babylonē. Et in eodē. 19. Onus egypti. & in eodē.22. Onus vallis visiōis. Hiere. 23. Qđ est onus dñi: & dices ad eos vos estis onus. Et quia iniqui interpretabātur onus in malā partem: ideo dñs per prophetam prohibet eos ne vltra prophetiam vocēt onus. vt in eodem. Hec dicetis vnusquisq; ad proximū suū & ad fratrem suum: quid respōdit dñs: & quid locutus est dñs. & onus domini vltra nō memorabitur: quia onus erit vnicuiq; sermo suus: & peruertistis verba dei viuentis. Et secundū hebreos vbicūq; in prophetis ponitur מַשָּׂא Masa.i.onus. ibi non prospera sed aduersa prophetātur. Vnde beatus hieronymus in prologo super Naū prophetam sic ait. Assumptio quam.lxx.interpretes dicunt: apud hebreos Masa ponitur.i.graue onus. eo quod eum aduersus quem propheta tur premat: nec sinat leuare ceruicem. simulq; hoc attendēdum: quod hec ipsa vel assumptio vel onus vel pōdus prophete visio sit. Hec hieronymus. Ponitur etiam מַשָּׂא Masa. pro visione prophetica. Prouer.30. Visio quam locutus est vir cum quo est deus. Et in eodem.31. Visio qua erudiuit eū mater sua. Significat etiam eleuationem vocis in cantico. Pro quo btūs hieronymus trāstulit melodiam.1. Paralipo. 15. Et ad precinendam melodiam. Et in plurali נְשָׂאוֹת Nesuoth siue מַשָּׂאוֹת Masaoth.i.onera vel assumptiones. Esa. 46. Onera vestra graui pōdere vsq; ad lassitudinē. Threñ. 2. Viderūt autē tibi assumptiones falsas & eiectiones. Significat etiam נָשָׂא Nasa. numera dare seu prebere. 2. Reg.19. Aut munera nobis data sūt. 3. Reg.19. Hiram rege tyri prebente salomoni ligna cedrina. Et inde מַשָּׂאת Masath.i.munus seu portio aut pars vel annona que datur alicui. Geñ. 43. Sumptis partibus quas ab eo acceperant: maiorq; pars venit Beniamin. 2. Reg. 11. Secutusq; est eum cibus regius. ideſt portio seu annona regis. Hiere. 40. Dedit quoq; ei magister militum cibaria & munuscula. Ponitur etiā pro precio vel oblatione. 2. Paralip. 24. vt deferrent singuli precium.i. oblationē quod constituit moyses seruus dei. ponitur etiam pro decimis. Ezech. 20. & ibi queram primitias vestras & initium decimarum vestrarum. Scribitur etiam sine mem. vt Ezech. 20. & in oblatione donorum vestrorum.

נָשָׂא Nasa. cum puncto seboleth in littera sin. decipere. seducere. destruere. desolare. Geñ.3. Serpens decepit me. ps.88. Nihil proficiet inimicus in eo. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Non decipiet inimicus eum. De quo vide etiam infra in dictione נָשָׂה Nasa. Esa.36. Nec conturbet vos Ezechias dicens dominus liberabit nos. Pro quo hebrei legunt. Nec decipiat siue nec seducat vos Ezechias. Hiere.4. Heu heu domine deus ergo ne decepisti populū istum. Et in eodem.37. Nolite decipere animas vestras. Et i abdia. Superbia cordis tui extulit te. Pro quo hebrei legunt. decepit te. ideſt seduxit te. Sed si scribatur cum puncto cebolet in littera sin: tunc significat extollere sicut est in littera nostra. Et in eodem. Omnes viri federis tui illuserunt tibi. ideſt deceperunt te. Et inde מַשָּׂאן Masaon. ideſt

Assumere nomē dñi .s. iuramēto.
Iurare.
Accipere.s. vxorem.
Indulgere
Dimittere.
Auferre.s. iniqtates
Ignoscere.
Remittere
Cōtremiscere.
נָשִׂיא Princeps
נְשִׂיאִים Principes.
נְשִׂיאִים Nubes.
שְׂאֵת
Eleuatio.
Pars. מַשָּׂאת
Diuersus color.
Eleuatio. שְׂאֵת
Superbia מַשָּׂא
Eleuatio.
Columna
Vexillum.
מַשָּׂא Onus.
prophetie.
Visio
Melodia. נְשָׂאוֹת מַשָּׂאוֹת
Onera. assūptiōes נָשָׂא
Prebere munera. Munera dare. מַשָּׂאת
Pars. Annona. munuscula
Precium.
Decime. Dona. נָשָׂא
Decipere.
Cōturbare
Illudere. מַשָּׂאן

© Biblioteca Nacional de España

fraus vel deceptio. vt Prouer. 26. Qui operit odium fraudulenter. Significat etiam destruere. siue desolare aut deuastare. 4. Reg. 19. Eruntq; in ruinam collium pugnantiū. ideſt in destructionē vel in desolationem. Esa. 10. Emarcuerunt principes mempheos. Pro quo hebrei legunt. destructi vel vastati sunt principes mēpheos. Hiere. 23. Propterea ecce ego tollam vos portans. Pro quo hebrei legunt. Et destruam vos destruens siue vastabo vos vastās. Potest etiā legi sic obliuiscar vos obliuiscens. Sed si scribatur cum puncto ceboleth in littera sin tunc significat portare seu tollere. sicut est in littera nostra. Vt dictum est in dictione precedenti. Et inde שְׁאֵת Seeth. i. destructio seu vastatio. Threñ. 3. Formido & laqueus facta est nobis vaticinatio & contritio. Pro quo hebrei legunt. Destructio & contritio seu vastatio & cōtritio. Et fortasse i littera nostra vicio scriptoris fuit posita vaticinatio pro vestatio. Et inde מַשְּׁאוֹת Masuoth. i. vastationes seu destructiones. Beatus hieronymus trāstulit interitū seu dissipationem. ps. 72. Deiecisti eos dum alleuarētur. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicā ve. transtulit. Deiecisti eos ad interitū. Ps. 74. Leua manus tuas in superbiam eorum. Pro quo hebrei legunt. Leua uestigia tua seu plantas tuas. s. pedum ad destructiones sue ad dissipationes. Et beatus hieronymus in predicto psalterio transtulit. Sublimitas pedum tuorum dissipata est.

Fraus. Desolatio. Destruere. שְׁאֵת destructio. מַשְּׁאוֹת Interitus. Dissipatio

נָשַׁב Nasab. flare. sufflare. abigere. Gen. 15. & abigebat eas abram. ps. 146. Flauit spiritus eius & fluēt aque. Esa. 49. Quia spūs dñi sufflauit in eo.

abigere. Flare. Sufflare נָשַׂג Nasag. apprehendere. comprehendere. assequi. attingere. applicare. Gen. 44. Et persequere uiros & apprehensis dicito. Pro quo hebrei legunt. Persequere viros & apprehendes eos & dices ad eos. Et in eodem. Et apprehensis per ordinem locutus est. Et in eodem. 47. Et non peruenerūt vsq; ad dies patrum meorum. Pro quo hebrei legunt. Et non attigerunt siue non apprehenderunt aut nō sunt assecuti dies patrum meorum. Leuit. 25. Et ipse precium ad redimendum potuerit inuenire. Pro quo hebrei legunt. Et attigerit siue assecuta fuerit manus eius & inuenerit quantū sufficit ad redemptionem illius. Sed beatus hieronymus transtulit sensum. & in eodem. Sin autem & ipse potuerit redimet se. Pro quo hebrei legūt: Aut attigerit manus eius. i. attigerit preciū ad redimendū se. Deut. 19. Et apprehendat eum si longior via fuerit. 1. Reg. 30. Persequar latrūculos hos & comprehēdā eos. Et in eodem. Persequere & absq; dubio comprehendes. 2. Reg. 15. Ne forte veniens occupet nos. i. apprehēdat nos. Significat etiā applicare. 1. Reg. 14. Nullusq; applicuit manū ad os suum. Et inde שִׂיג Sig. pro quo beatus hieronymus transtulit diuersorium. 3. Reg. 18. Forsitan loquitur aut in diuersorio est. Hebrei vero dicunt q; significat apprehēsionē. i. forsitan est occupatus in apprehensione inimicorū suorum.

apphēdere attingere. applicare. שִׂיג diuersorium. apphēsio.

נָשָׁה Nasa. obliuisci. mutuare. fenerare. mutuo accipere. debere: siue debitorem esse. Gñ. 41. Obliuisci me fecit deus oīum laborum meorū. Deut. 32. Deum qui te genuit dereliquisti. Pro quo hebrei legunt oblitus es. Iob. 39. Priuauit enim eā deus sapientia. Pro quo he. le. Obliuisci fecit eam deus sapientiā. Esa. 47. Nō obliuiscaris me. Threñ. 3. Oblitꝰ sum bonorū. Et inde נְשִׁיָּה Nesiia. i. obliuio. ps. 87. Et iustitia tua in terra obliuionis. Significat etiā mutuare. seu fenerare. vel debere. aut debitorē esse. vl exigere. Deut. 16. Cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre. Et in eodem. 24. Cum repetes a proximo tuo rem aliquā quā debet tibi. Nec. 5. Et ego & fratres mei & pueri mei cōmodauimus. & in eodem. Vsuras ne singuli a fratribus vestris exigitis. s. sicut feneratores. Et in eodem. Quam exigere solebatis ab eis. Iob. 11. Et intelligeres q; multo maiora exigeris ab eo q; meretur iniquitas tua. Pro quo hebrei legunt. Et scires quoniā debitorē te faceret deus ab iniquitate tua. i. secundum iniquitates tuas multo maiores penas deberet exigere a te deus. Ps. 54. veniet mors super illos. Pro quo hebrei legunt. Mutuet siue feneretur mors super illos. ps. 88. Nihil proficiet inimicus in eo. Pro quo hebrei legunt. Non fenerabitur inimicus ei. Vnde beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatē transtulit. Non decipiet inimicus eum. Potest etiam deriuari a supradicta dictione נָשָׂא Nasa cum aleph in fine que significat seducere. vel decipere. vt dictum est supra. Esa. 24. Vt qui repetit: sic qui debet. Pro quo hebrei legunt. Vt qui mutuauit sic qui mutuo accepit. Hiere. 15. Nō fenerauit mihi quisq;. & aliquādo scribitur cum aleph in fine loco he. 2. Paralipo. 6. Et iurare cōtra eum paratus venerit. Pro quo hebrei legunt. Et debuerit ei iuramentum. i. si fuerit obligatus iurare ei. vide etiam in dictione נָשָׂא Nasa cum aleph in fine. Et inde נוֹשֶׁה Nose. i. fenerator. creditor. 4. Reg. 4. Creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Et in eodem. Vade vē de oleū & redde creditori tuo. Ps. 108. Scrutetur fenerator omnē substantiam eius. Esa. 50. Aut quis creditor meus cui vendidi vos. Et inde מַשָּׁא Masa siue מַשָּׂאת Masath. i. debitum siue illud quod debetur. Deut. 24. Rem aliquam quā debet tibi. Nec. 5. vsuras ne singuli a fratribus vestris exigitis. Pro quo hebrei legunr. Debitum ne vnusquisq; a fratre suo exigitis. & in eodem. Non repetamus in cōmune istud es alienū: concedam⁹ quod debetur nobis. Pro quo hebrei legunt. Relinquamus nunc debitum istud. Et in plurali. מַשָּׂאוֹת Masaoth. Prouer. 22. Et vades se offerunt pro debitis. significat etiam predicta dictio emarcescere vel debilitare. Gen. 32. Quam ob causam non comedunt neruū filii Israel qui emarcuit in femore iacob. & in eodem. Eo quod tetigerit neruum femoris eius & obstupuerit. i. emarcuerit vel debilitatum fuerit. Hiere. 51. Deuoratum est robur eorū & facti sunt quasi mulieres. i. debilitatum est robur eorū. Et inde נָשִׁים Nasim. ideſt mulieres siue vxores. vt ī predicto loco. & Exo. 1. Non sunt hebree sicut egyptie mulieres. Leuit. 26. Ita vt decē mulieres in vno clibano coquāt panes. Deut. 17. Non habebit vxores plurimas. 1. Reg. 1. Qui habuit vxores duas. & in numero singulari dicitur אִשָּׁה Isa. de quo vide supra in dictione אִישׁ.

Exigere. Debitores esse. Fenerari. Mutuare. Creditor Feneratoꝛ מַשָּׂא מַשָּׂאת Debitum. emarcescere obstupescere. Debilitari נָשִׁים Mulieres. Vxores.

נָשַׁךְ Nasach. Mordere. fenerare: ad vsuram commodare. fenus seu vsuram accipere. Nu. 21. Quam obrē misit dñs in populum ignitos serpentes ad quorū plagas & mortes plurimorū. Pro quo hebrei legunt. Et misit dominꝰ in populū serpentes ignitos & momorderūt populū: & mortuus est populus multus de israel. Et in eodem. Qui percussus aspexerit eum viuet. & in eo. Quē cū percussi aspicerēt sanabātur. Pro quo hebrei legunt. & erat quādo mordebat serpēs aliquē & aspiciebat serpentē eneū & sanabatur. Prouer. 23 Et ī nouissimo mordebit & coluber. Eccl's. 10. q dissipat sepem mordebit eū coluber. & in eodem. Si momorderit serpēs. Hiere. 7. & mordebūt vos ait dñs. Amos. 9. Ibi mādabo serpēti & mordebit eos. Mich. 3. Qui mordēt dētibus suis. Abach. 2. nunquid nō repente cōsurgent qui mordeant te. Significat etiā fenerare siue vsurā vel fenus accipere. Deut. 23. Nō fenerabis fratri tuo ad vsurā pecuniam nec fruges nec quālibet aliam rem. Et sequitur in hebreo: que feneratur. ideſt que commodatur ad vsurā. Et in eo. fratri autem tuo absq; vsura. Et inde נֶשֶׁךְ Nesech. i. vsura. fenus. vt in predicto loco. & Exo. 22. Nec vsuris opprimes. pro q

Mordere. Fenerare. נֶשֶׁךְ Vsura.

© Biblioteca Nacional de España

hebrei legunt. Non pones super eum vsuram. Ps.14. Pecuniam suam non dedit ad vsuram. Item נִשְׂגָּה Nisca.i.gazophylaciū.camera. Thesaurus. Nec.3. Post eos edificauit mosolam filius barachie contra gazophylaciū suū. Et in eodem.13. Vt faceret ei thesaurum.i. gazophylaciū seu camerā. Et cōmuniter scribitur cū littera lamed & dicitur לִשְׂכָּה Liscba.de quo dictū est supra in littera lamed. Et in plurali נְשָׂכוֹת Nezachoth. Nec.12. Recensuerūt quoq; in die illa viros super gazophylacia.

נִשָּׂא gozophylacium. Thesaurꝰ.

נְשָׂכוֹת gozophylacia.

נָשַׁל Nasal.expellere.eiicere.elabi;sine euelli.defluere.discalciare. Deut.7.Et deleuerit gētes multas coram te i.expulerit vel eiecerit coram te. Et in eodem.19. Ferrūq; elapsum de manubrio amicū eius percusserit. Et in eodem 28. Quia defluent & deperibunt. Pro quo hebrei legunt. Quia euellētur. 4. Reg.16. Et eiecit iudeos de haila. Iob. 27. Et non liberet deus animā eius. Pro quo hebrei legūt. Quia euellet siue expellet vel eiiciet deus animam eius. Significat etiam discalciare vel soluere.s.calciamentum. Exo. 3. Solue calciamētum de pedibus tuis. Ios.5. Solue inquit calciamentum tuum.

Expellere. Elabi. Defluere. Eiicere. Euellere. Soluere calciamentū

נָשַׁם נְשָׁמָה Nasam.spiraculū.spiramētū.halitus.flatus.spiritus. & scribitur cum he vel thau in fine. Et dicitur נְשָׁמָה Nesama.siue נִשְׁמָת Nismath. Geñ. 2. Et inspirauit ī faciem eius spiraculum vite. Et in eodem. 7. Et cūcta in quibus spiraculum vite est in terra. Ios.10. Et omne quod spirare poterat interfecit. Pro quo he.le.omne spiraculū.i.omnē animā vel omne quod spirare poterat interfecit. 3. Reg.17. Et erat langor fortissimus ita vt non remaneret in eo halitus. Iob.26. Quē docere voluisti: nōne eū qui fecit spiramentū Et in eodem.34. Spiritum illius & flatum ad se trahet. Et in eodem.37. Flante deo concrescit gelu. Pro quo hebrei legunt. A flatu dei. Et in eodem. Flante deo periſſe. Pro quo hebrei legunt. A flatu dei peribunt. Ps.150. Omnis spiritus laudet dominū. & beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Omne quod spirat laudet dominum. Esa.2. Cuius spiritus in naribus eius est. Et in eodem. 42. Dans flatum populo qui est super eam. Dañ.10. Sed & halitus meus intercluditur. Et inde תִּנְשֶׁמֶת Thinsameth. genus auis immunde. Pro quo beatus hieronymus trāstulit cignum. vt Leuit.11. Et cignum & onocrotalum & porphyrionē. est etiā genus reptilis. Pro quo beatus hieronymus transtulit talpam. vt in eodem. Et stellio & lacerta & talpa.

Spiraculus Halitus. Spiramētū. Flatus. Spiritus. Qđ spirat

תִּנְשֶׁמֶת cignus.

נָשַׁף Nasaph.flare.sufflare. Exo.15. Flauit spiritus tuus & operuit eos mare. Esa.40. Repente flauit in eos & aruerunt. Item נֶשֶׁף Neseph.i.caligo.vesper.nox.obscurum tenebre.1.Reg.30. Et percussit eos Dauid a vespera vsq; ad vesperam alterius diei. 4. Reg.7. Surrexerunt ergo vesperi vt venirent ad castra syrie. Iob.3. Obtenebrentur stelle caligine eius. & in eodem.7. Et replebor doloribus vsq; ad tenebras. Et in eodem.24. Oculus adulteri obseruat caligi nem. ps.118. Preueni i maturitate & clamaui. Pro quo beatus hieronymus in psal. iuxta he.ve.trāstulit. Surgebā ad huc in tenebris & clamabā. Prouer.7. Graditur in obscuro. Esa.5. Et potandum vsq; ad vesperam. Et in eodem.21. Babylō dilecta mea posita est mihi in miraculum. Pro quo hebrei legūt. Nox siue nocte desiderii mei vl' dilectionis mee posuit me in terrorem siue in stuporem vel in miraculum Sed aliquando babylon appellatur hoc nomine נֶשֶׁף Neseph. vt in eodem.13. Super montem caliginosum leuate signum. & premittitur onus babylonis. Hiere.13. Et anteq; offendant pedes vestri ad montes caliginosos. Et inde יַנְשׁוּף Ianſuph. nomen auis que nocte volitat: secundum

Flare. Vesper. caligo. Tenebre. Obscurus. caligiosus

יַנְשׁוּף

hebreos. Pro quo beatus hieronymus trāstulit Ibin. Leuit. 11. Et mergulum & ibin. Esa.34. Et ibis & coruus habitabunt in ea.

Ibis.

נָשַׁק Nasac.oscular̄i. deosculari.obedire.adorare.adhere re.armari. Geñ.27. Et da mihi osculum filī mi.idest osculare me. Et in eo.31. Et non es passus vt osculer filios meos. & in eo.29. Et adaquato grege osculatus est eā. Et in eodē. Et in oscula ruens. Pro quo hebrei leguut. Et osculatus est eum. Et in eodem. 33. Et osculans fleuit. 2. Reg.19. Quasi osculās eum. 3. Reg.18. Osculer oro patrem meum & matrem meam. Iob.31. Et osculatus sum manum meam ore meo. ps.88. Iustitia & pax osculate sunt. Prouer.7. Apprehensumq; deosculatur iuuenem. Et in eodem.24. Labia deosculabitur qui recta verba respondit. Canti.1. Osculetur me osculo oris sui. Et inde נְשִׁיקוֹת Nesicoth.i.oscula & solum inuenitur in numero plurali. Prouer.27. Meliora sunt vulnera diligentis q̄ fraudulenta oscula odientis. Canti.1. osculo oris sui. Quod in hebreo legitur pluraliter: scilicet osculis oris sui. Significat etiam adherere: more de osculātiū. Ezech.3. Et vocē alarū animaliū percutientiū alterā ad alteram.i.adherētiū. ps.2. Apprehēdite disciplinā. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Adorate pure. potest etiam legi sic. Adorate filium siue osculamini filium. De quo vide supra in dictione בַּר Bar. Osee.13. Vitulos adorant. Ponitur etiam pro obedire. Geñ. 41. Et ad tui oris imperium cunctus populus obediet. Hebrei tamen in predicto loco dicunt q̄ significat regere vel gubernare. Item נָשַׁק Nasac.i.armari.1. Paralipo.12. Tendentes arcum. Pro quo hebrei legunt. Armati arcu. ps.77. Filii ephraim intendētes & mittentes arcum. Pro quo hebrei legunt. filii ephraim armati & mittentes arcum. Et inde נֶשֶׁק Nesec.i. Arma siue armamentariū. Iob.20. Fugiet arma ferrea. Esa.22. Armamentarium domus saltus. Ezech.39. Et succendent & comburent arma. Ponitur etiam pro bello. ps.139. Obumbrasti caput meū in die belli.

Deosculari נְשִׁיקוֹת Oscula Adherere Adorare Obedire נָשַׁק Armari Arma Armamentarium Bellum

נָשַׁק Nasac.cum puncto cebolet.incendere.succendere.accendere. ps.77. Et ignis succensus est in iacob. Esa. 44. Et succendit & coxit panes. Ezech.39. Et succendent & comburent arma clypeum & hastam.

נָשַׁק Succēdere

נֶשֶׁר Nesser.aquila. Deut.14. Aquilā & halietum. Et in eodem.32. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos. Ps.102. Renouabitur vt aquile iuuentus tua. Prouer. 30. Viam aquile in celo. Ezech.17. Aquila grandis magnarum alarum. Et in plurali נְשָׁרִים Nesarim. Exo.19. Quomodo portauerim vos super alas aquilarum. Esa.40. Assument pēnas sicut aquile.

נֶשֶׁר aquila נְשָׁרִים aquile

נָשַׂר Nasar. cum puncto ceboleth in littera sin. Serrare. & scribitur sine nun.1. Paralipo.20. Fecit super eos tribulos & trahas & ferrata carpenta transire. pro quo hebrei legunt. Et serrauit eos serra vel tribulis ferreis. Et inde מַשּׂוֹר Masor. idest serra. Esa.10. Aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur.

נָשַׂר Serrare מַשּׂוֹר Serra

נָשַׁת Nasath. Arescere. emarcescere. Esa.19. & arescet aqua de mari. & in eo.41. lingua eorū sitī aruit. Hiere.51. deuoratū est robur eorum. i. emarcuit robur eorum. Vide etiam de hoc in dictione נָשָׁה Nasa. Et inde נִשְׁתָּוָן Nisteuan Pro quo beatus hieronymus transtulit accusationē. Esd. 4. Epistola autē accusationis scripta erat syriace. E aliquādo scribitur cum he vel aleph in fine. vt in eo. Accusationē quam misistis ad nos.

נָשַׁת arere emarcescere נִשְׁתָּוָן accusatio.

נָתִב Nethib. semita. via. iter. Iob.28. Semitam ignorabit auis. Ps.77. Viam fecit semite ire sue. Ps.118. De-

נָתִב Semita Via

© Biblioteca Nacional de España

duc me in semitam mādatorum tuorum: quia ipsam volui. Scribitur etiam cum he vel thau in fine ꝙ denotat genus femininū. Iob.30. Dissipauerunt itinera mea. Quod in hebreo legitur singulariter. s. iter meum. Prouer.12. Iter autem deuium ducit ad mortem. Vbi ponitur pro deuio. Esa. 43. Et in aquis torrentibus semitam. Et in plurali נְתִיבוֹת Nethiboth. Prouer.1. Prohibe pedem tuū a semitis eorum. Et in eodem.8. In mediis semitis stans. Esa..42. In semitis quas ignorauerunt ambulare eos faciam.

Iter. Deuium. נְתִיבוֹת Semite.

נָתַח Nathach. dimēbrare. i. concidere in mēbra vel in frusta aut in partes. siue secare. vel concidere. Exo.29. Ipsum quoꝙ arietem secabis in frusta. Leuit.1. Artus in frusta concidens. Pro quo hebrei legunt. & dimembrabit seu concidet eū per membra sua seu per artus suos. Iudi.19. Et cadauer vxoris cū ossibus suis in duodecim partes ac frusta concidens. Et in eodem.20. Quā arreptā in frusta concidi. Et inde נֵתַח Nétach. i. membrū. frustum. particula. vt in locis predictis. & Leuit.1. Membra que sunt cesa de sup ordinabis. Ezech.24. Cōgere frusta eius in eam: omnem partem bonam.

Secare. Concidere Dimēbrare. נֵתַח Membrū. Frustum.

נָתַךְ Nathah. stillare. fluere. mulgere. fundere. cōflare. Exo.9. Nec vltra stillauit pluuia super terrā. 2. Reg.21. Donec stillaret aqua de celo. 2. Paralipo.12. Et non stillabit furor meus super ierusalem. & in eodem.34. Magnus enim furor domini stillauit super nos. & in eodem. Idcirco stillauit furor meus super locū istum. Iob.3. Et quasi innūdantes aque sic rugitus mei. Pro quo hebrei legūt. Et fluxerūt quasi aque rugitus mei. Et in eodem.10. Nōne sicut lac mulsisti me. Pro quo hebrei legunt. Stillare vel fluere me fecisti Dañ.9. Et stillauit super nos maledictio. Naū.1. Et indignatio eiꝰ effusa est vt ignis. Significat etiam conflare. 4. Reg. 33. Conflauerūt serui tui pecuniam. 2. Paralipo.34. Argentum quod repertū est in domo dñi conflauerunt. Hiere.7. Ecce furor meus & indignatio conflatur super locū istum. Et in eodē. 42. Sicut cōflatus est furor meus & indignatio mea super habitatores ierusalem: sic cōflabitur indignatio mea sup vos. Ezech.22. succendā in ea ignē ad cōflādū. & in eodē. Et conflabo vos & congregabo vos. Et in eodem. Et conflabimini in medio eiꝰ vt conflatur argētū in medio fornacis. & in eodē. Sic eritis in medio eiꝰ. Pro quo hebrei legunt. Sic conflabimini in medio eius.

Stillare. Fluere. Mulgere. Conflare.

נָתַן Nathan. dare. donare. tribuere. largiri. tradere. ponere permittere: vel dimittere. Geñ.3. Mulier quam dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno. & in eodē.12. Semini tuo dabo terram hanc. & in eodem.15. Domine deus quid dabis mihi. Et in eodem.23. Agrum trado tibi. Et in eodem 24. Fratribus quoꝙ eius & matri dona obtulit. i. dedit. Et in eodem.25. Largitꝰ est abraham munera. & in eodē.29. Et hāc quoꝙ dabo tibi. Et in eodē.38. Ne liberi fratris nomine nascerentur. Pro quo hebrei legūt. vt non daret semē fratri suo. & in eodem. Et non eū accepisset marītum. Pro quo hebrei legunt. E ipsa non esset ei tradita in vxorem. & est idem sensus cū littera nra. Et in eodē. Vnus protulit manum. i. dedit manū. Exo.5. Non do vobis paleas. Et in eodem. Palee non dantur nobis. & in eodē.22. Si quis cōmendauerit amico suo pecuniā aut vas in custodiā. Pro quo hebrei legunt. Si quis dederit vel tradiderit. Leuit.11. Si autē quispiam aqua sementē perfuderit. Pro quo hebrei legūt. Et si data fuerit aqua super sementē. Et in eodē.26. Dabo vobis pluuias tēporibus suis. & in eodē. Et trademini in manibus hostiū. Nu.13. Dabisqꝫ dono leuitas Aarō & filiis eius quibus traditi sunt. Deut.10. Et dat ei victū & vestitū. Iudi. 8. Vt demus exercitui tuo panes. & in eodē. Libētissime dabimus. 1. Reg.1. Anne autē dedit vnā partē tristis. 3. Reg.3. Quid vis vt dem tibi. & in eodē. 4. Dedit quoꝙ deꝰ sapiētia salomoni. 4. Reg.19. Da mihi manū: qui dedit ei manū suā. 1. Paralipo.29. Et cūcti filii dauid dederūt manū & subiecti fuerunt salomoni. Iob.2. Oīa q̄ habet homo dabit pro aīa sua. p̄s.1. Quod fructū suū dabit in tēpore suo. Ps.80. Sumite psalmū & date tympanū. p̄s.135. Qui dat escā omni carni.. Esa.35. Gloria libani data est ei. & ī eodē.37. Et dederunt deos earū igni. Et in eodē.41. Dabit quasi puluerem gladiū suū. & in eodem. Et ierusalē euāgelistā dabo. Hiere. 38.. Tradendo tradetur ciuitas hec in manu exercitus regis babylonis· Threñ.5. Egypto dedimus manū. Et aliquādo scribitur sine nū in principio: vt in aliquib⁹ locis predictis. & Geñ.14. Da mihi animas. & in eodē.24. & dedit ei oues & boues. & in eodem.30. Da mihi vxores & liberos meos. Et aliquādo scribitur sine nū finali. vt in aliquib⁹ locis predictis. & Ios.6. Ecce dedi in manꝰ tuas hiericho. Ps.60. Dedisti hereditatē timētibus nomen tuū. Esa.42. Dedi spūm meū super eum. Scribitur etiam aliquando sine nun tam in principio q̄m in fine. & tunc duplicatur littera thau. Geñ. 29. vt minores ante tradamus ad nuptias. Deut.28. Ne det eis de carnibus filiorū suorū. Ios.2. Cūqꝫ tradiderit nobis dñs terrā. Iudi.8. Cū ergo tradiderit dñs zebee & salmana in manꝰ meas. 2· Reg.22. Inimicos meos dedisti mihi dorsum. Significat etiā ponere aut cōstituere. vt Geñ.41. & prepositum esse scirent vniuerse terre egypti. Exo.25. In qua pones testimoniū. Nu.14. Constituamus nobis ducem. 3. Reg.6. Vt poneret ibi arcam federis domini. 2. Paralip. 25 Nūquid consiliarius regis es. Pro quo hebrei legunt. Nunquid consiliarium regi posuerunt vel constituerunt te. Et in eo.35. ponite arcā in sanctuario tēpli. signāt ēt pmittere vel dimittere. vt Geñ.20. Et non dimisi vt tangeres eam. i. non permisi. Et in eodem.31. & tamen non dimisit eum de us vt noceret mihi. Et inde מַתָּן Mathā. i. donū. munus. Geñ. 34. Augete dotem & munera postulate. Prouerb.18. Donum hominis dilatat viā eiꝰ. Scribitur etiā cū he vel thau in fine. vt Nu.18. Et tradidi donum domino vt seruiant in tabernaculo eius. Deut.16. Sed offeret vnusquisqꝫ secundū quod habuerit. pro quo hebrei legunt. vnusquisqꝫ secūdū donū manus sue. Ponitur etiā pro robore. Eccl's.7. Et perdet robur cordis eius. scribitur etiam sine nun & cū duplici thau & dicitur מַתַּת mathath. i. donū. 3. Reg.13. & dabo tibi munera. Eccl's.5. Hoc donū dei est. Et in plurali מַתָּנוֹת Mathanoth. Ps.67. Accepisti dona in hominibus. & in lingua chaldaica dicitur מַתְּנָן Mathenan. Dañ.2. munera & donū & honorem multum accipietis. Et inde נְתִינִים Nethinim idest nathinei qui erant traditi in ministerium templi. Esdre.2. Omnes nathinei & filii seruorum salomonis. & i eo. 8. Et de nathineis quos dederat dauid & principes ad ministeria leuitarum.

Preponere Ponere. Cōstituere. Dimittere permittere מַתָּן Munus. Donum. מַתָּת Munus. Robur. מַתָּנוֹת Dona'. מַתְּנָן Munera. נְתִינִים Nathinei.

נָתַס Nathas. dissipare. euertere. Iob.30. Dissipauerūt itinera mea.

נָתַע Nathaa. confringere. conterere. Iob.4. & dentes catulorum leonum contriti sunt.

נָתַץ nathas. destruere. demoliri. dissipare. cōfrigere. Exo. 34. aras eorū destrue. Leuit.11. siue cibanꝰ siue chytropodes destruētur. Deut.7. Aras eorū subuertite. i. destruite. & in eo.12. dissipate aras eorū. Iudi.6. viderūt destructā arā baal. & in eodē. Quia destruxit arā baal. & in eo.8. Destruā turrī hāc. 2. Paralip.33. īstaurauit excelsa q̄ demolitꝰ fuerat ezechias pr eiꝰ. Iob.19. destruxit me vndiqꝫ. p̄s.51. ꝓterea deꝰ destruet te ī finē. p̄s.57. molas leonū cōfriget dñs. Esa. 22. Et destruxistis domos. Hier.1. vt euellas & destruas. & i

Destruere subuertere Dissipare. Demoliri. Cōfringere.

© Biblioteca Nacional de España

eodem. 4. Et omnes vrbes eius destructe sunt. Et in eo. 33. Et ad domos regis iuda que destructe sunt. Ezech. 16. Et de molientur prostibulum tuum.

נָתַק Nathac. euellere. abstrahere. rumpere. disrūpere. dissoluere. dissipare. Leui. 22. Omne animal quod vel cō tritis vel tunsis vel sectis ablatisq; testiculis est. Vbi ponitur pro sectis. Pro quo hebrei legunt. ruptis seu euulsis. Ios. 4. Et siccam humum calcare cepissent. Pro quo hebrei legūt. Euulse sunt plante pedum sacerdotum ad aridam. i. ad siccam humū. Sed btūs hieronymus transtulit sensum. Et in eodem. 8. Donec persequentes ab vrbe longius protrahan tur. Pro quo hebrei legunt. Donec euellamus eos ab vrbe. Et in eodem. Cumq; recessissent a ciuitate. Pro quo hebrei legūt. Et euulserūt eos a ciuitate. Iudi. 20. vt abstrahereteos de ciuitate. Et in eodem. 16. Qui rupit vincula. & in eodem. Qui ita rupit vincula quasi fila telarum. & in eodē. 20. Sed & filii Beniamin audacter eruperunt de ciuitate. Iob. 17. Cogitationes mee dissipate sunt. Ps. 2. Dirumpamus vincula eorum. Eccl's. 4. Funiculus triplex difficile rumpitur. Esa. 5. Nec rumpetur corrigia calciamenti eius. Hiere. 2. A seculo confregisti iugū meū: rupisti vincula mea. Pro quo hebrei legūt Rupi vincula tua. Et in eodem. 5. Et vincula eius ruperunt. Et in eodem. 10. Et omnes funiculi mei di rupti sunt. & in eodem. 12. Congrega eos quasi gregem ad victimam. Pro quo hebrei legūt. Euelle eos. scilicet de loco suo. Et in eodem. 22. Inde euellam eum. Ezech. 17. Nōne radices eius euellet. Naū. 1. Et vincula tua dirumpam. Ponitur etiam pro consumere. Hiere. 6. Malicie eorum nō sunt consumpte. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Et

נֶתֶק mali seu malicie non sunt conuulsi. Item נֶתֶק Nethec. i. tinea: seu plaga lepre corrosiue que nascitur in capite vel in barba. Leuit. 13. Quia lepra capitis & barbe est. & in eodem. Sin autem viderit locum macule equalem vicine carni. Et

צָתִיק in eodem. Si nō creuerit macula. Et inde צָתִיק Athic. idest edificium quoddam in atrio tēpli fundatum: seu muro templi iunctum. Pro quo beatus hieronymus transtulit porticum. vt Ezech. 42. Vbi erat porticus iuncta porticui tripli ci. Et in eodē. Quia supportabant porticus que ex illis emi nebant. Et aliquando beatus hieronymus posuit ipsum he braicum. s. Ectheca. vt in eodē. 41. Cōtra faciem eius quod erat separatū ad dorsum ecthecas ex vtraq; pte. Et in eodē. Ecthecas per circuitum per tres partes.

נָתַר Nathar. saltare. soluere. dissoluere. Leuit. 11. Crura per que salit super terram. Ps. 145. Dominus soluit compeditos. Esa. 58. Solue fasciculos deprimentes. Abach. 3. Aspexit & dissoluit gentes. Item נֶתֶר Nether. i. Nitrum quo pāni mundantur. Hiere. 2. Si laueris te nitro.

נָתַשׁ Nathas. euellere. dissipare. destruere. Deut. 29. Et eicit eos de terra sua. i. euulsit eos. 3. Reg. 14. Et euellet israel de terra bōa. Ps. 9. Et ciuitates eorū destruxisti. Hiere 1. vt euellas & destruas. Et in eo. 18. Aut euelli possunt aque erumpentes frigide. Et in eodem. 31. Et sicut vigilaui super eos vt euellerem. Et in eodē. Non euelletur & non destruetur in perpetuum. Et in eodem. 42. Plantabo & non euellam. Ezech. 19. Et euulsa est in ira in terraq; iecta. Mich. 5. Et euellam lucos tuos de medio tui. Ponitur etiam pro derelinquere sicut נְטַשׁ Natas cum littera tet. De quo supra dictum est. Hiere. 23. Et derelinquam vos & ciuitatem quā dedi vobis.

De incipiētibus a littera. ס. Samach.

סָס Sas. tinea. Esa. 51. Et sicut lanā sic deuorabit eos tinea.

סָס Et solum inuenitur in predicto loco.

סְאָה Sea. genus est mēsure aridorum. Pro quo beatus hieronymus trāstulit modium vel satum. 4. Reg. 7. Modius simile vno statere. & in eodem. Factusq; est modius similе statere vno. Et in plurali סְאִים Seim vel סָאתַיִם Satha'im. Geñ. 18. Accelera tria sata simile. 4. Reg. 7. Et duo modii ordei statere vno. Duplicatur etiam aliquando littera samach & littera aleph & dicitur סַאסְאָה Sasea. i. duplex mensura. Pro quo beatus hieronymus transtulit mensura contra mensuram. Esa. 27. In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit iudicabit eam.

סָאַן Saon. preliare. pugnare. predari. Esa. 9. Quia omnis violenta predatio cū tumultu. Pro quo hebrei legunt. Quia omnis bellās vel pugnans pugnat cum tumultu: seu omnis predans predatur cū tumultu. quasi dicat. Alia bella fiunt cum tumultu: sed hoc bellum fiet sine tumultu & sine sanguine ab angelo percutiente. Vt habetur infra Cap'o. 37. Et predicta dictio solum inuenitur in predicto loco.

סָבַב Sabab. circuire. circundare. circunducere: vallare. gyrare. vertere. reuerti declinare. Geñ. 2. Ipse est qui circuit omnem terram euilla. 1. Reg. 7. Et ibat per singulos annos circuiens Bethel & galgala. Deu. 32. Circunduxit eū & docuit. p̄s. 54. Die ac nocte circundabit eam super muros eius. p̄s. 117. Omnes gentes circundederunt me. Et in eodem. Circundantes circundederunt me. Eccl's. 1. Et flectitur ad aquilonem. Pro quo hebrei legunt. & circuit seu gyrat ad aquilonem. Hiere. 31. Femina circundabit virum. Et cōmuniter scribitur cū simplici beth. Geñ. 19. Viri ciuitatis vallauerunt domū. & in eodem. 37. Vestrosq; manipulos adorare. Pro quo hebrei legūt. Et ecce circundabāt eū vestri manipuli & adorabāt manipulū meū. Exo. 13. Sed circūduxit per viā deserti. Nu. 34. Qui circuibunt australe plagā. & in eodē. Ibitq; p gyrū termin⁹ ab asemona. 1. Reg. 5. Circunducatur arca dei israel & circunduxerūt arcā. & in eo. Illis autē circunducētibus eā. & in eodē. Adduxerūt ad nos arcā dei israel. i. circūduxerunt ad nos. Iob. 16. Circūdedit me lāceis suis. Ps. 47. Circūdate sion. Esa. 23. Circue ciuitatē. & in eodē. 28. Nec rota plaustri sup cyminū circuibit. Eze. 41. Et platea erat in rotūdū ascēdēs sursum p cochleā. Pro quo he. le. Et lata erat & circūdabatur sursū sursū. Sed btūs hieronym⁹ trāstulit sensum. significat etiā declinare seu vertere vl' auertere aut reuertere siue cōuertere. Geñ. 42. Auertitq; se parumper & fleuit. idest declinauit se ab eis. Nu. 32. & nabo & baalmeō versisq; noibus. 1. Reg. 17. Declinauit paulisper ab eo. 2. Regum. 14. Vt verterem figuram sermonis huius. & in eodē. Reuertatur in domum suam & faciem meam non videat. 3. Regum. 2. Sed translatum est regnum & factum est fratris mei. idest conuersum est regnum. & in eo. 18. & tu conuertisti cor eorum iterum. 4. Reg. 20. & cōuertit faciem suam ad parietem. Esdre. 6. & conuerterat cor regis assyriorum ad eos. Eccl's. 2. Vnde cessaui renunciauit q̄ cor meum. pro quo hebrei legunt. & conuersus sum vt renunciaret cor meum. Hiere. 6. & transibunt domus eorum ad alteros. idest conuertentur ad alteros. & in eodem. 21. Ecce ego conuertam vasa belli que in manibus vestris sunt. Ezech. 1. Non reuertebantur cum incederent. Et inde

סָבִיב Sabib. idest circuitus. gyratio: siue in circuitu: vel in gyro. Exo. 25. faciesq; illi labium aureum per circuitum. 3. Regum. 6. per circuitū sculpsit variis celaturis. p̄s. 11. In circuitu impii ambulant. p̄s. 33. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum. Ezech. 1. Et splendor eius in circuitu. & in eo. 4. & pones arietes in gyro. & aliquando duplicatur & dicitur סָבִיב סָבִיב Sabib sabib. Eccl's. 1. & ī circuitu pergit spūs. pro quo hebrei legunt. In circuitu in circui

© Biblioteca Nacional de España

tu pergit spūs.Et in plurali declinatur tam masculine q̄ feminine.Masculine.Ps.49.Et in circuitu eius tempestas valida.Quod in hebreo legitur pluraliter scilicet & in circuitis eius.Ps.75.Omnis qui in circuitu eius affertis mūera. Hiere.49.Quia deuorauit gladius ea que per circuitum tuum sunt.Declinatur etiam feminine.Iob.22.Propterea circundatus est laqueis.Pro quo hebrei legunt. Propterea in circuitibus tuis laquei seu carbones.scilicet sūt. Et in eodem.29.Et in circuitu meo pueri mei. Et in eodem. 41. Per gyrum dentium eius formido.Ps.17.In circuitu eius tabernaculum eius.Eccl's.1.Et in circulos suos reuertitur. Scribitur etiam cum simplici beth & cum mem in principio & dicitur סָבַב Mesab.3.Reg.6.Et omnes parietes templi per circuitum.& in plurali מְסִבּוֹת mesiboth. Iob.34. Lustrans cuncta per circuitum.& inde סִבָּה Siba. ideſt circuitio.translatio nostra transtulit auersationem.3.Reg.12. Quoniam auersatus fuerat eum dominus.Et aliqui hebrei dicunt q̄ significat causam.& legunt.Quoniam a domino fuit causa.Potest etiam legi sic. Quia a domino fuit circuitio.ideſt dominus circumuenit eum vt sic responderet populo:vt suscitaret verbum suum.scribitur etiam cum nun in principio & dicitur נְסִבָּה Nesiba.2.Paralipo.10.vbi dicitur.Erat enim voluntas dei vt compleretur sermo ei? .pro quo he.le.a domino fuit circuitio vel causa.& inde מֵסֵב Mesib.ideſt accubitus:vbi sedent ad comedendū in conuiuio. eo quod conuiue sedebāt per gyrum siue in circuitum. Cāti.1.Cum esset rex in accubitu suo.& inde מְסִיב mesib.ideſt conuiua.& solum inuenitur in numero plurali.Ps 139.caput circuit? eorum. pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit.Amaritudo conuiuarum meorum.

Circuit
מֵסֵב
Per circuitum.
מְסִבּוֹת
Per circuitum.
סִבָּה
Causa.
נְסִבָּה
Voluntas.
מֵסֵב
Accubit?.
מְסִיב
Conuiue.

סָבָא Saba.Inebriari.potare.scilicet excessiue.cōuiuiis vacare.Esa.56.Venite sumamus vinum & implearmur ebrietate.ideſt inebriemur ebrietate.Naum.1.sic conuiuiū eorū pariter potantium.pro quohebrei legunt.Et in ebrietate vel in conuiuio eorum inebriati.& inde סֹבֵא sobe.ideſt potator. ebrius. Deut.21. Comessationibus vacat & luxuriis atq̄ conuiuiis.pro quo hebrei legunt. Comessator ē at q̄ potator. Prouer.23. Noli esse in conuiuiis potatorum. Et in eodem.Quia vacantes potibus & dantes symbola cō sumentur. Accipitur etiam סֹבֵא sobe.pro vino vel conuiuio.Esa.1.Vinum tuum mixtum est aqua. Osee. 4. separatum est conuiuium eorum. Item סָבָא saba. nomen est filii chus nepotis noe.Geñ.10.filii autem chus saba & euila & sabatha.Et ab eo nomen accepit terra saba. Que est prouicia in ethiopia.ps.71.Reges arabum & saba dona adducent. Esa.43.Dedi propiciationem tuā egyptū:ethiopiam & saba pro te.& inde dicuntur סְבָאִים sabaim.i.viri de saba. Esa.23.Adducebantur & veniebant de deserto. pro quo he.le.Adducebantur sabei de deserto.& in eo.45. Labor egypti & negociatio ethiopie & sabaim. & q̄n scribitur cū littera sin tunc deriuatur a שְׁבָא Saba filio rema. Geñ. 10. filii rema saba & dedan.& pōitur pro arabia.Ps.71. Reges arabum.Et in eodem.& viuet & dabitur ei de auro arabie. & de hoc vide infra in littera sin.

Inebriari
סָבָא
Potator.
סֹבֵא
Vinum.
סֹבֵא
Saba.
סָבָא
Sabei.
סְבָאִים

סָבַךְ Sabach.irretire.pplexū esse.cōplecti. Iob.8.Super aceruum petrarum radices eius densabuntur. pro quo hebrei legunt.super aceruum petrarum complectuntur si ue irretiuntur.Naum.1.Quia sicut spine se inuicem complectuntur.& inde סֹבֶךְ sebach.ideſt vepres seu ramus condensus vel irretitus: aut arbusta secundum translationem chaldaicam.Geñ.22.Viditq̄ post tergum arietem interpres herentem cornibus.Ponitur etiam pro silua vel saltu Ps.73.Quasi in silua lignorum securibus. & beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.In saltu lignorū secures.Et in plurali סְבָכִי sibache.pro quo beatus hieronymus transtulit Condensa.Esa.10.Et subuertentur condensa saltus ferro. Ponitur etiam pro cubili vel tugurio animalium: eo quod fit ex frondibus vel ramis arborum se īuicem complectētibus.Hiere.4. Ascēdit leo de cubili suo. & aliquando scribitur cum sin loco samach.2.Reg.18.Cūq̄ ingressus fuisset mulus subter condensam quercum. De quo vide infra in littera sin in dictione שְׂבָךְ sebach.

complecti
סָבַךְ
Vepres. Silua.
סֹבֶךְ
Condensa.
סְבָכִי
Cubile.

סָבַל Sabal. portare. supportare. sustinere. Nec.4. Debilitata est fortitudo portantis.Esdre.7.Et ponant fundamenta supportantia.Esa.46.Ego portabo. Et in eodem. 53.Et dolores nostros ipse portauit. Threñ.5.Et nos iniquates eorum portauimus. Ponitur etiam pro impinguari vel incrassari.eo quod pinguedo ē homini quasi onus grue.Ps.143.Boues eorum crasse, Eccl's.12. Et impinguabitur locusta. Et aliqui hebrei legunt. Et onerabitur locusta. Et dicunt q̄ pro locusta intelligitur dorsum. & inde סֶבֶל sebel.siue סַבָּל Sabal.ideſt onus.3.Reg.5.Septuaginta millia eorum qui onera portabant. ps.80. Diuerti ab oneribus dorsum eius.Ponitur etiam pro tributo. 3. Reg.11.Constituerat eum super tributum domus ioseph. Et in plurali. סִבְלוֹת Sibloth.ideſt onera.Exo.1.vt affligerēt eum oneribus.Ponitur etiam pro ergastulo.Vt in eodem.6.Et educā vos de ergastulo egyptiorum.pro quo hebrei legunt. Educam vos de subter oneribus egyptiorum.

Portare. supportaſ.
סָבַל
Incrassari impīguari
סָבַל
סָבָל
Onus.
Tributū.
סִבְלוֹת
Onera. Ergastulū

סָבַר Sabar.In lingua chaldaica significat putare.seu cogitare. Dañ.7.Et putabit q̄ possit mutare tempora & leges.

Cogitare. Putare.
סָבַר

סָגַד Sagad.curuari.procidere.adorare.Esa.44.fecit sculptile & curuatus est ante illud.Et in eodem. Curuatur ante illud & adorat.Et in eodem.Ante truncum ligni procidam.Dañ.2.Et danielem adorauit.

Curuari. adorare. Procidere.
סָגַד

סְגֻלָּה Segula.peculium.seu peculiare.aut thesaurus. Exo. 19.Eritis mihi in peculiū de cunctis populis. Deut. 14.Vt sis ei in populum peculiarem.1.Paralip.29. De peculio meo aurum & argentum do in templum dei mei.Ps. 134.Israel in possessionem sibi.Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit. Israel in peculium sibi.Eccl's.2.Coaceruaui mihi argentum & aurum & sustātias regum.1.Thesauros regum.

Peculiū. Peculiaſ
סְגֻלָּה
Substātia
סְגָן

סְגָן Segan.princeps.seu magistratus. Et solum inuenitur in numero plurali.scilicet סְגָנִים Seganim.Nec.2. Magistratus autem nesciebant quo abissent.Et in eo.5.Et increpaui optimates & magistratus.& in eodem. Iudei quoq̄ & magistratus.Esa.42.Et adducet magistratus quasi lutum.Ezech.23.principes & magistratus iuuenes cupidinis.& in lingua chaldaica dicitur סִגְנָיָא Signaia. Dañ.3. Magistratus & iudices duces & tyrannos.

Magſtatuſ
סְגָנִים
Principes
סִגְנָיָא
Magſtatuſ

סָגַר Sagar.claudere.concludere.includere. tradere. Geñ. 5.Et inclusit eum dominus de foris. Et in eo.19.Clauserunt q̄ ostiū.Exo.14.Conclusit eos desertū.Leuit.13.Recludet eum sacerdos septem diebus.Et in eodem.14.Egredietur ostiū domus & statī claudet illā.Nu.12.Separetur septē diebus extra castra.p quo he.le.recludatur septē dieb? extra castra.Nā extra castra erat quoddā tētoriū vbi leprosi recludebātur.& in eo.Exclusa est itaq̄ maria extra castra. Ios.2.Cumq̄ porta clauderetur in tenebris.Et in eo.6.hierico aūt clausa erat atq̄ munita.1.Reg.1. Dominus autē cōcluseratvuluā eius.Et in eo.23.Conclususq̄ est introgress? vrbē.3.Reg.11.& coequauitvoraginē ciuitatis dauid patris sui.pro quo he.le.Et clausit rupturam seu diuisionem vel diruptionem ciuitatis dauid patris sui.Ps.34.Et conclude

Includere Claudere. Recludere
סָגַר
Cōcludere

© Biblioteca Nacional de España

eos qui persequũtur me. Esa. 22. Et claudet & non erit qui aperiat. Et in eodem .24. Clausa est omnis dom⁹ nullo in troeunte. Et in eodem. 26. Et claude ostia tua super te. Significat etiam tradere. idest concludere in manu vel in potestate alterius. Deut. 23. Non trades seruum domino suo qui ad te confugerit. 1. Regum. 23. Vt tradamus eum in manu regis. Et in eodem. Si tradent me viri ceile in manus eius. Et in eodem. Et dixit dominus tradent. Et in eo. 24. Quod tradiderit te dominus in manu mea. Et in eodem. 26. Conclusit deus inimicum tuum in manu tua. & inde

Tradere.

סָגַר Masger. idest clausura: vel carcer. Esa. 24. Et claudentur ibi in carcere. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Et in eodem. 42. Vt educeres de conclusione vinctum. idest de clausura siue de carcere. Et in plurali מִסְגְּרוֹת Misgeroth. 2. Regum. 22. & contrahentur in angustiis suis idest in clausuris. ps. 17. Et claudicauerunt a semitis suis. p quo btūs hiero. in psalterio iuxta hebraicam veritatē transtulit. Et contrahentur in angustiis suis. & inde סָגַר Sugar. idest carcer seu cauea: vbi vincti clauduntur. Ezech. 19. Et miserunt eum in cauceam. Et aliqui hebrei dicunt q̄ significat lignū perforatum quo pedes seu colla victorū constrīgūtur. & inde מִסְגֶּרֶת Misgereth. idest illud quod constringit aliquam rem & eam continet in circuitu. Exo. 25. Et ipsi labio coronam interrasilem altam quattuor digitis & super illam alterā coronam aureolam. pro quo hebrei legūt. Et facies ei clausuram ad mensuram pugni. idest alta quatuor digitis in circuitu. & facies circulum seu labium ipsi clausure in circuitu. & in plurali מִסְגְּרוֹת Misgeroth. p quo beatus hieronymus transtulit Interasile seu coronulas vel sculpturas. 3. Regum. 7. Et ipsum opus basium interrasile erat. Et in eodem. Et sculpture inter iuncturas. Et in eodē. Variasq̄ sculpturas ex semetipso. & in eodem. et inter coronulas et plectas. & in eodem. & media intercolūnia quadrata non rotunda. Vbi pro eo quod in littera nostra est media intercolūnia in hebreo est מִסְגְּרוֹת Misgeroth. Ponitur etiam pro angulis. Vt in eodem. & in angulis cherubim. & inde סָגַר Segor. idest illud quod est clausum vel est interi⁹. Osee. 13. & dirumpam interiora cordis eorum. Ponitur ēt סָגוֹר Segor siue סָגוּר Sagur pro auro purissimo. eo quod clauditur & custoditur sub firma custodia. 3. Reg. 6. & operuit illud atq̄ vestiuit auro purissimo. Pro quo hebrei legūt. Auro sagur. Et in eo. 7. Et mortariola & thuribula de auro purissimo. Iob. 28. Non dabitur aurum obrizum pro ea. Vbi ponitur pro auro obrizo. & inde מַסְגֵּר masger. i. incluſor. 4. Regum. 24. Et omnem artificem & incluſorem. Et in eodem. Et artifices & incluſores mille. Hiere. 29. Et principes iuda & ierusalem & faber & incluſor. Et dicunt aliqui hebrei q̄ significat thesaurarium qui includit & seruat aurum & res pretiosas. & inde סָגְרִיר Sagrir. idest impetuosus imber: seu frigus excessiuum. eo quod recludit homines in domibus. Prouer. 27. Tecta perstillantia in die frigoris.

Carcer. Concluſio. Clauſura. Anguſtie. Clauſure. Cauea. Corona. clauſura. Interraſile. Sculpture coronule. anguli. Interiora. purissimū. .s. aurum. aurum. obrizum. Incluſor. Frigus

סַד Sad. lignum perforatum quo pedes vinctorum continentur. pro quo translatio nostra neruū transtulit. Iob. 13. Posuisti in neruo pedem meum.

סָדִין Sadin. sindon. linteum. Prouer. 31. Sindonem fecit & vendidit. Et in plurali סְדִינִים Sedinim. vt Iudi. 14. Triginta sindones & totidem tunicas. Esa. 3. Et sindones & vittas & teristra.

סֵדֶר Séder. ordo. regula. Et solū inuenitur in numero plurali. Iob. 10. Et nullus ordo. pro quo hebrei legunt. & non sūt ordines. & inde מִסְדְּרוֹנָה Misderóna. pro quo beatus hieronymus transtulit posticum. Iudi. 3. Per posticum

Neruus. Sindon. sindones. Ordo. Poſticus.

egressus est. Et aliquando scribitur cum sin loco samech. De quo vide infra in littera sin.

סַהַר Sáhar. Rotundum. pro quo beatus hieronymus transtulit tornatilem. Canti. 7. Vmbilicus tuus crater tornatilis. Item סֹהַר Sóar. i. carcer. seu lacus rotundus quo vincti claudūtur. Geñ. 40. Misit eos in carcerem. pro quo hebrei legunt. Misit eos in domum carceris.

סהר Tornatilis סֹהַר Carcer.

סָפַק Saphac. plaudere. cõplodere. stringere. siue constringere. percutere. sufficere. vel sufficere facere. Nu. 24. Iratusq; balac contra balaam cõplosis manibus ait. Hiere. 31. Et postq; ostẽdisti mihi percussi femur meum. Pro quo hebrei legunt. Plausi siue complosi super femur. s. manu. & in eodẽ. 48. Et allidet manu moab in vomitu suo. Threñ. 2. Plauserunt super te manibus. Ezech. 21. Idcirco plaudet super femur. Significat etiã percutere vel cõstringere. Iob. 34. Quasi impios percusserit eos in loco videntiũ. & in eodẽ Inter nos interim constringatur. Et aliquando scribitur cũ sin loco sámach. Vt in eodem. 27. Stringet super eũ manus suas. i. plaudet manib9 suis. Significat etiã sufficere. 3. Reg. 20. Si suffecerit puluis samarie pugillis omnis populi qui sequitur me. Esa. 2. Et pueris alienis adheserũt. Pro quo hebrei legunt. Et pueris alienis sufficere sibi fecerunt. vel secũdum primã significationem potest legi sic. & pueris alienis applauserunt. vide etiam de hoc infra in littera sin in dictione סָפָק Saphac. Et inde סֵפֶק Sephec. i. concussio seu percussio. Pro quo beatus hieronymus transtulit oppressionem. Iob. 36. Nõ te ergo supet ira vt aliquẽ opprimas. Pro quo hebrei legũt. Quia ira ne forte superet te siue persuadat tibi in oppressione. & est sensus sicut in littera nostra.

Plaudere Cõplodere. manu. Percutere Cõstrigere Stringere Sufficere. Oppresso.

סָפַר Saphar. Numerare. supputare. censere. narrare. nũcia re. ãnunciare. referre. Geñ. 15. Et numera stellas si potes. Leuit. 15. Numerabit septem dies purificatiõis sue. & in eodem. 23. Numerabitis ergo ab altero die sabbati. & in eodẽ. 25. Numerabis quoq; tibi septẽ hebdomadas. Nu. 23. Et nosse numerum stirpis israel. Pro quo hebrei legunt. Et numerare stirpẽ israel. 2. Reg. 24. Postq; numeratus est populus. 3. Reg. 3. Qui enumerari & supputari non potest. 2. Paralípo. 2. Numerauit igitur salomon omnes viros proselythos ps. 21. Numerauerũt omnia ossa mea. ps. 47. Narrate in turribus eius. Pro quo beatus hieronymus in psal. iuxta he. ve. transtulit. Numerate turres eius. Significat etiam narrare. siue referre vel nunciare. vt Geñ. 40. Referte mihi quid uideritis. Exo. 18. Narrauit moyses cognato suo cuncta que fecerat dñs pharaoni. Iudi. 7. Narrabat aliquis somniũ proximo suo. Iob. 28. Tunc vidit illam & enarrauit. Et in eodem. 37. Quis narrabit ei que loquor. & in eodem. 38 Quis enarrabit celorũ rationem. ps. 55. Vitam meã annũciaui tibi. Sed beatus hieronymus primã significationẽ sequens in psal. iuxta he. ve. transtulit. Secretiora mea numerasti. ps. 86. Dñs narrabit in scripturis populorum. ps. 118. In labiis meis pronũciaui omnia iudicia oris tui. Esa. 43. Laudem meã narrabit. & in eodem. Narra si quid habes vt iustificeris. & in eodem. 52. Quia quibus non est narratum de eo videbũt. Et inde סְפִירַת Sephirath. i. narratio. ps. 55. Sicut in narratione tua. Potest etiam legi sic. Sicut in libro tuo vel in scriptura tua. vt infra dicetur. Scribitur etiam cũ mẽ in principio & dicitur מִסְפַּר Mispar. Iudi. 7. Cũq; audisset Gedeon somniũ. Pro quo hebrei legunt. Cumq; audisset gedeon narrationem somnii. Significat etiam מִסְפַּר Mispar numerationem seu numerum. Exo. 33. Numerum dierum tuorum implebo. Deut. 33. Et sit paruus in numero. z. Paralipo. 12. Nec erat numerus vulgi. Iob. 25. Nunquid est numerus militum eius. Esa. 40. Qui educit in numero militiam eorum. Scribitur etiam sine mem & dicitur סוֹפַר Supar. 2. Paralípo. 12. Post dinumerationem quam dinumerauit dauid. Et inde סוֹפֵר Sopher. idest numerans seu scriba. Esa. 33. Vbi est litteratus: vbi verba legis ponderans: vbi doctor paruulorum. Pro quo hebrei legũt. Vbi est numerans. vbi ponderans: vbi numerans turres. Potest etiam intelligi sicut est in littera nostra. Nam סוֹפֵר Sopher etiam significat scribam seu litteratum vel legis doctorem. Vt. 2. Reg. 8. Saraias autem scriba. Esd. 6. Et ipse scriba velox in lege moysi. Hiere. 37. Vt comprehenderent Baruch scribam. Et in euangelio. Mathei. 13. Omnis scriba doctus in regno celorum. Vbi scriba accipitur pro litterato vel doctore. Et similiter pro eo quod in littera nostra est paruulorum in hebreo est מִגְדָּלִים Migdalim. Quod etiam potest significare paruulos: vt dictum fuit supra in dictione גָּדַל Gadal. Et in plurali סוֹפְרִים Sophrim. idest scribe. Ester. 3. Vocatiq; sunt scribe regis. Et inde סֵפֶר Sépher. idest liber seu libellus quem scriba scribit. Geñ. 5. Hic est liber generationis adam. Exo. 17. Scribe hoc monumẽtum in libro. Et in eodẽ. 32. Aut si non facies: dele me de libro tuo. Nume. 5. Scribetq; sacerdos in libello. Deut. 24. Scribet libellum repudii. Ios. 1. Non recedat volumen legis huius de ore tuo. Hiere. 32. Et scripsi in libro & signaui. Et in eodem. Et dedi librum possessionis Baruch filio nerie. Et in plurali סְפָרִים Sepharim. Dañ. 9. Intellexi in libris numerum dierum. Ponitur etiam pro litteris vel epistola. 4. Reg. 5. Vade & mittam litteras ad regem israel. Et in eodem. Cum acceperis epistolam hanc. Ester. 3. Et litere signate ipsius annulo misse sũt. Esa. 29. Et dabitur liber nescienti litteras. Et in eodem. Et respondebit. non scio litteras. idest nescio scripturam legere. Et inde סְפָרוֹת Sephoroth. idest scripture seu litterature. ps. 70. Quoniam non cognoui litteraturas. Item סַפִּיר Saphir. idest sapphyrus lapis preciosus. Vnde sapphyrus ab hebreo traxit originẽ. Exo. 24. Quasi opus lapidis sapphyrini. Et in eodem. 28. In secũdo carbũculus sapphyrus & hyaspis. Threñ. 4. Sapphyro pulchriores. Ezech. 10. Et ecce in firmamẽto quod erat super caput cherubim quasi lapis sapphyrus. Et in plurali סַפִּירִים Saphyrim. Esa. 54. Et fundabo te sapphyris.

Referre. Narrare. Enarrare. Annũciaf. pronũciaf. סְפִירַת Narratio. מִסְפַּר Numerus. סוֹפֵר dinũeratio סוֹפַר

litteratus. Doctor Numerãs סוֹפֵר Scriba. סוֹפְרִים Scribe. סֵפֶר liber. libellus. Volumen. סְפָרִים libri. littere. Epistola. סְפָרוֹת litterature סַפִּיר sapphyr9. סַפִּירִים Sapphyri סְפָרַד Bosphor9

סְפָרַד Sepharad. Nomen proprium loci vel Regionis. Pro quo Beatus Hieronymus transtulit Bosphorum. vt in Abdia. Et transmigratio iesuralem que in bosphoro est. Hebrei tamen dicunt quod significat Hispaniam. Et sic ipsi appellant hispaniam sepharad. Et sic est in translatione chaldaica. scilicet hispania.

סָקַל Sacal. lapidare. Exo. 17. Adhuc modicum & lapidabunt me. Et in eodem. 19. Sed lapidibus opprimetur. pro quo hebrei legunt. Sed lapidando lapidabitur. Et in eodem. 21. Lapidibus obruetur. idest lapidando lapidabitur. Deut. 13. Lapidibus obrutus necabitur. z. Regum. 16. Et mittens lapides aduersus eum. idest lapidabat eum. 3. Regum. 21. Et educite eum & lapidate. Et in eodem. Lapidatus est Nabal & mortuus est. Significat etiam lapides colligere. Esa. 5. & lapides collegit ex ea. & in eo. 62. planũ facite iter & eligite lapides. i. collígite ne offendant in eos iter agentes.

סָקַל lapidare. lapidibus opprimer

סָרַר Sarar. subuertere. peruertere. preuaricari. declinare. scilicet a vía recta. Threñ. 3. Semitas meas subuertit. Osee. 4. Sicut vacca lasciuiens declinauit israel. De quo vide supra in dictione סוֹר Sur. & inde סוֹרֵר Sorer. i. Peruersus: puaricator: aut declinans a vía recta. Deut. 21. Filium contumacem & proterunum. idest filium peruersum vel preuaricatorem. Et in plurali סוֹרְרִים Sorerim. Osee. 9. Omnes principes eius recedentes. ponitur etiam pro incredulo vel infideli. Ps. 67. Similiter eos qui exasperant qui habitant in sepulchris. Pro quo Beatus Hiero-

Subuertere סָרַר Cõtumax. Peruers9 סוֹרְרִים Recedẽtes. s. auia recta.

© Biblioteca Nacional de España

incredulí. nymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit. Incredulí autem habitauerunt in siccitate. Et in eodem. Et enim non credentes inhabitare dominum deum. Esa.1. Principes tui infideles. & in eodem.65. Ad populum incredulū. Hiere.6. Omnes isti principes declinantes.

Infideles. declinātes s. a uia recta.

סַרְבַּל Sarbal. in lingua chaldaica significat quoddam genus vestimenti. Pro quo beatus hieronymus transtulit Brachas. ideſt femoralia. Dañ.3. Vinctos cum brachis suis. Sed infra in eodem ipsam dictionem chaldaicam ponit in translatione. vbi dicitur. Et sarbala eorum non fuissent immutata.

Brache.

Sarbala.

סְרָה סִרְיָן Sire.lorica. & scribitur cum iod loco he & nun in fine & dicitur סִרְיָן Sirian. Hiere.51. Et non ascendet loricatus. Pro quo hebrei legunt. Et non ascendet in lorica sua. & cōmuniter scribitur cum sin loco sāmach. De quo vide infra in littera sin.

Lorica.

סָרַח Sarach. superesse. superfluere. extendere. luxuriari. corrumpere. Exo.36. Quod aūt superfluerit in saxis que parantur tecto. Et in eodem. Id est vnum saxum quod amplius est: ex medietate eius cooperies tabernaculi posteriora. Pro quo hebrei legunt. Ex medietate saxi quod amplius est extendes siue facies superfluere super tabernaculi posteriora. & in eodem. Vtrūq; latus tabernaculi proteges. Pro quo hebrei legunt. Superfluere facies super vtrūq; latus. i. extendes super vtrūq; latus. Ezech. 17. Creuit in vineam latiorem. i. extensam. Amos.6. Et lasciuistis in stratis vestris. Et in eodem. Auferetur factio lasciuientium. Et in de סְרוּחֵי Seruche. Pro quo beatus hieronymus transtulit thiaras. Ezech. 23. Et thiaras tinctas in capitibus eorum. Item סָרַח Sarach. i. corrumpere. corruptum esse: seu inutile esse lem esse: aut fetere. Hiere. 49. Inutilis facta est sapientia eorum. Pro quo hebrei legunt. Corrupta est siue fetuit sapientia eorum.

Supfluer. Extendere. Lasciuire. Thiare. inutile esse Corrūper.

סַרְנָא סַרְנַיָּא Archa. in lingua chaldaica significat principem: & solū inuenitur in numero plurali. s. סַרְנַיָּא Sarchaia Dañ.6. Super eos principes tres. & in eodem. Igitur daniel superabat omnes principes.

Principes.

סָרָן Saran. princeps. satrapa. axis. Et solū inuenitur in numero plurali. Iudi. 16. Veneruntq; ad eam principes philistinorum. Et in eodem. Et principes philistinorū conuenerunt in vnum. i. Reg. 5. Congregauerunt omnes satrapas philistinorum. & in eodem. 39. Sed satrapis nō places. Ponitur etiam pro axibus currus. 3. Reg. 7. Et axes erei.

princeps. Satrape. Axis.

סָרִיס Saris. eunuch⁹. seu priuat⁹ testiculis. Ester. 5. Sub manu egei eunuchi. Esa. 56. Et nō dicat eunuchus ecce ego lignū aridū. Hiere. 38. Audiuit autē abdemelech ethiops vir eunuchus. Et ī plurali סָרִיסִים Sariſim. Geñ. 40. Accidit vt peccarent duo eunuchi. Ester. 1. Septē eunuchis qui in conspectu eius ministrabant. Et in eodem. 6. Adhuc illis loquentibus venerunt eunuchi regis. Esa. 39. Et erūt eunuchi in palatio regis babylonis. Accipitur etiam pro ministro vel famulo quāuis nō sit priuatus testiculis. vt Geñ. 39. Emitq; eū putiphar eunuchus pharaonis. ideſt minister pharaonis: nam iste habebat vxorē: vt patet in eodē capīo.

Eunuchus Eunuchi. Ministet.

סַרְעָף Saraaph. arbustum. ramus. Ezech. 31. Et multiplicata sunt arbusta eius. Et solum inuenitur in predicto loco.

Arbustum

סָרַף Saraph. comburere. Amos. 6. Et tollet eum propinquus suus. & cōburet eum: vt efferat ossa de domo. & aliqui hebrei dicunt q̄ significat auūculum. i. fratrem matris. Vnde in predicto loco ipsi legūt. Et tollet eum patruus suus & auūculus suus vt efferat ossa de domo. Ad hoc enim q̄ significaret comburet eū debebat scribi cum littera sin loco sāmach. Sed frequēter ponitur sāmach pro sin & ecōuerso. vt in precedentibus dictum est.

Comburer auūculus.

סַרְפַּד Sirpad. vrtica seu spina. Esa. 55. Pro vrtica crescet myrtus. & solum inuenitur in predicto loco.

Vrtica.

סְתָו Sethau. hyems. cāti. 2. Iam enim hyems trāsiit: imber abiit & recessit. & solū inuenitur in predicto loco.

hyems.

סָתַם Satham. obturare. obstruere. claudere. abscondere. Geñ. 26. Omnes puteos quos foderant serui patris illius abraam illo tempore obstruxerunt implentes humo. Et in eodem. Et quos illo mortuo olim obstruxerant philistiim. 4. Reg. 3. Cūctosq; fōtes aquarum obturabitis. 2. Paralipo. 32. Vt obturaret capita fontium qui erant extra vrbem. & in eodē. Et obturauerūt cunctos fontes. & in eodē. Ipse est ezechias qui obturauit superiorem fontem aquarū gion. Nec. 4. Et quod cepissent interrupta concludi. Et alī quādo scribitur cū sin loco sāmach. Nu. 24. Dixit homo cui⁹ obturatus est oculus. Threñ. 3. Excluſit orationē meā. Pro quo hebrei legunt. Clausit orationem meā. i. clausit ne ingrederetur in conspectu eius. Et inde סָתוּם Sathum. i. clausum seu absconditum vel occultum: aut secretum siue arcanum. ps. 50. Incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi. Pro quo hebrei legunt. In absc̄dito & in occulto vel arcano sapientiā vel sapientie manifestasti mihi. Vnde beatus hieronymus in psal. iuxta he.ve. transtulit. Absconditū & arcanū sapiētie tue manifestasti mihi. Ezech. 28. Omne secretum non est obscōditū a te. Dañ. 12. Quia clausi sunt signatiq; sermones vsq; ad prefinitum tempus.

Obstruere Obturare. Cōcludere claudere. Occultum arcanum. secretum clausum

סָתַר Sathar. occultare. latere. abscondere. ptegere. vt Gñ. 4. Et a facie tua abscondar. Deut. 7. Qui te fugerint & latere poterint. Deut. 29. Abscondita dño deo nostro. i. peccata abscondita vel occulta diuino iudicio reseruātur punienda. & in eodem. 32. abscondam faciem meā ab eis. Iob 34. Ex quo absconderit vultū quis est qui cōtempletur eū. ps. 18. Nec est qui se absc̄dat a calore eius. ps. 53. Nōne dauid absconditus est apud nos. Prouer. 27. Melior est manifesta correctio q̄ amor absc̄ditus. Esa. 16. Absconde fugientes. & in eodem. 29. Et intellectus prudentium eius abscondetur. & in eodem. Vt a dño abscondatis cōsilium. & in eodem. 40. Abscondita est via mea a dño. & in eodē. 45. Tu es deus absc̄ditus. & in eodē. 49. In pharetra sua absc̄dit me. & in eodem. 53. Et quasi absconditus vultus eius. Et in eodē. 59. Peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis. Hiere. 36. Absc̄dit autē eos dñs. Significat etiā protegere. Vt. ps. 16. Sub vmbra alarū tuarū protege me. ps. 63. Protexisti me a cōuentu malignantium. Esa. 28. Et mēdacio protecti sumus. Scribitur etiā cum sin loco sāmach. vt. 1. Reg. 5. Et computrescebant prominentes extales eorum. Pro quo hebrei legunt. Et occultabantur eis ficus. i. quos habebāt in ano. Et inde סֵתֶר Séther. i. locus absc̄ditus vel occultus. latibulū seu ptectio vel refugiū. ps. 30. Absc̄des eos ī absc̄dito faciei tue. vbi pōitur verbū & nomē ab eo deriuatum. ps. 31 Tu es refugiū meū. ps. 80. Audiui te in absc̄dito tē pestatis. ps. 90. qui habitat ī adiutorio altissimi. p quo beatus hiero. in psal. iuxta he.ve. transtulit. Qui habitat in absc̄dito excelsi. Esa. 16. Esto latibulū corū. & in eo. 28. Et protectionē aque inundabūt. Scribitur etiā cū he in fine & dē סִתְרָה sithra. Deut. 32. & in necessitate vos ptegant. & alī qñ scribitur cū mem in principio & dē מִסְתָּר mistthar. siue מִסְתּוֹר Misthor. vt. ps. 9. Insidiatur ī absc̄dito quasi leo in spelunca sua. Esa. 4. Et securitatem & absconsionem a turbine & a pluuia. & in plurali מִסְתָּרִים Mistharim. ps. 9. sedet in insidiis cū diuitibus in occultis. Hiere. 23. Si occultabitur vir in absc̄ditis & ego non videbo eū. & in ligua chaldaica

occultare סֵתֶר absc̄ditus protectio latibulum סִתְרָה מִסְתָּר מִסְתּוֹר absconsio מִסְתָּרִים Occultꝰ. absc̄dita

© Biblioteca Nacional de España

מַסְתִּרְתָּא Abscõdita. dicitur מַסְתִּרְתָּא Mesatheratha. Dañ.2. Et ipse reuelat profunda & abscondita.

De incipientibus a littera. ע Aim.

עָב Grossitudo

עָב Aab. spissum. grossum. densum. nubes. s. dēsa. seu caligi nosa. 3. Reg. 7. Et epistylia super colūnas fecit. Pro quo hebrei legūt. Et grossitudo siue spissitudo super faciem earum. s. erat. Et in eodem. Grossitudo autem luteris triū vnciarum erat. Hiere. 52. Porro grossitudo eius quattuor digitorū erat. Ezech. 41. Et erant grossiora ligna in vestibuli fronte. Et in eodem. Secundum latera domus latitudinēq; parietum. i. secundum spissitudinem vel grossitudinem parietum. Vide etiam de hoc infra in dictione עֲבָה Aaba. signi ficat etiam nubem. Esa. 14. Ascēdam super altitudinem nubiū. Quod in hebreo legitur singulariter. scilicet nubis. Et in eodem. 19. Ecce dñs ascēdet super nubē leuem. Ponitur etiam pro caligine. Exo. 19. Iam nunc veniam ad te in caligine nubis. Item ponitur pro imbre. Prouer. 16. Quasi imber serotinus. i. quasi nubes imbris serotini. Et in plurali עֲבִים Aabim. Iudi. 5. Celiq; ac nubes stillauerūt aquis. Iob. 22. Nubes latibulum eius. Vide etiam de hoc infra in dictione עִיב Iib.

Grossitudo

Grossius

Nubes. Caligo. Imber. Nubes.

עֲבִים Nubes.

עָבַד Seruire.

עָבַד Aabad. seruire. ministrare. operari. laborare. Geñ. 14. Duodecim enī annis seruierunt chodorlaomor. Et in eodem. 15. Et subiicient eos seruituti. i. seruire facient eos. Et in eodem. 29. Gratis seruies mihi. & in eodem. Seruiā tibi pro rachel filia tua. Exo. 4. Dimitte filium meū vt seruiat mihi. Et in eodem. 21. Sex annis seruiet tibi. Nu. 18. Solis filiis leui mihi in tabernaculo seruientibus. Pro quo hebrei legunt. Et seruiet leui ipse in ministerio tabernaculi sederis. i. tribus leui. Deu. 6. Deum tuū timebis & ipsi seruies. Iudi. 4. Ne seruiatis hebreis. z. Reg. 21. Cui ego seruiturus sum. Et in eodem. Sicut parui patri tuo: ita parebo & tibi. Pro quo hebrei legunt. Sicut seruiui patri tuo: ita ero ante te. 3. Reg. 16. Et seruiuit baal & adorauit eum. Iob. 36. Si audierint & obseruauerint. Pro quo hebrei legunt. Si audierint & seruierint. Et in eodem. 39. Nunquid volet rhinoceros seruire tibi. p̄s. 2. Seruite domino ī timore. Eccl's. 5. Rex imperat seruienti. Esa. 14. & a seruitute dura quā ante seruisti. Et in eo. 19. Et colent eum hostiis atq; muneribus. Hiere. 27. Et seruient ei gentes multe. Et quādo in hebreo sequitur pronomen cum ista prepositione in: tunc ponitur p opprimere. Exo. 1. Omniq; famulatu quo terre operib? premebantur. Leuit. 25. Non eum opprimes seruitute famulorum. Significat etiam operari vel laborare. aut facere. Geñ. 3. Vt operaretur terram de qua sumptus est. Et in eodem. 4. Cum operatus fueris eam. Leuit. 25. Vsq; ad annum iubilei operabitur apud te. Deut. 21. Que non traxit iugum nec terrā scidit vomere. Pro quo hebrei legunt. Qua non fuerit operatum: que non traxerit iugum. i. que non arauerit terram nec traxerit iugum. 2. Reg. 9. Operare igitur ei terram. Esa. 19. Et confundentur qui operabantur linum. Hiere. 10. Dii qui celos & terram non fecerūt. Ponitur etiam pro arare: quod est idem quod terram operari. Ezech. 36. Et arabimini & accipietis semētem. Et inde verbum tertie cōiugationis. i. seruire facere. laborare facere. opprimere. Exo. 1. Et affligebant inuidentes & illudentes eis. Pro quo hebrei legunt. Et seruire fecerūt egyptii filios israel in violentia seu violenter. 2. Paralipo. 34. Et fecit omnes qui residui fuerāt in israel seruire domino. Esa. 43. Nō te seruire feci in oblatione. Hiere. 7. Et seruire faciam te inimicis tuis. Et inde עֶבֶד Aabed. siue עֵבֶר Eebed. idest seruus. minister. famulus. Geñ. 9. Seruus seruorum erit fratribus suis. Et in eo. 44. Manebo itaq; seruꝰ tuus pro puero. Et in eo. 41. Eiusdē ducis militum famulus. Exo. 21. Si emeris seruum hebreum. Deut. 15. Vt requiescat seruus tuus & ancilla tua. Iob. 7. Sicut ceruus desiderat vmbrā. debet legi. Sicut seruus. Et sic est in bibliis nostris antiquis. & in titulo. Ps. 17. Vbi dicitur in finem puero domini David. idest seruo vel famulo domini. Et in plurali עֲבָדִים Aabadim. idest serui. Geñ. 20. Vocauit seruos suos. & in eodē. 47. Tui erimus eme nos in seruitutem regiam. Pro quo hebrei legunt. Eme nos & terram nostram pro frumento: & erimus nos & terra uostra serui pharaonis. Deut. 6. Serui eramus pharaoni. p̄s. 122. Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. Et inde עַבּוֹדָה Aaboda. siue עֲבֹדוּת Aabduth. idest seruitus. opus. ministerium. Geñ. 21. Pro opere quo seruiturus es mihi. Exo. 1. Atq; ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris. Et in eodem. omniq; famulatu. Nume. 4. Ingredientes ad ministerium tabernaculi & onera portanda. Pro quo hebrei legunt. Omnis qui ingreditur ad operandum opus ministerii & ad opus oneris. Et est sensus sicut in littera nostra. 2. Paralipo. 12. Vt sciant distantiam seruitutis mee & seruitutis regni terrarum. Esd. 9. Et in seruitute nostra non derelinquit nos deus noster. Eccl's. 9. & opera eorum in manu dei. Esa. 28. Et operaretur opus suum. & in eodem. 32. Et cultus iustitie silentium. i. opus vel seruitus iustitie. Et in lingua chaldaica dicitur עֲבִידְתָּא Abidtha. Dañ. 2. Et constituit super opera babylonis sidrach misach & abdenago. Scribitur etiam cum mem in principio. vt Iob. 34. Nouit enim opera eorum. Et inde עֲבוּדָה Abuda. i. familia operātium. Iob. 1. Et familia multa nimis.

Famulus

Puer

Serui

Opus

Famulat' ministeriū

Seruitus

Cultus

Opus

Familia

עָבָה Impinguare

עָבָה Aaba. impinguare. incrassari. grossum esse. dēsum siue spissum esse. Deut. 32. Incrassatus impinguatus dilatatus. 3. Reg. 12. Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. Et ide עָבִי Oobi. idest crassitudo seu crassum aut pigue. 2. Paralipo. 4. In regione iordanis fudit ea rex in argilosa terra. Pro quo hebrei legūt. In piguedine terre siue in crassitudine terre: idest in pingui & dēsa terra sicut est terra argilosa. Iob. 15. Et pingui ceruice armatꝰ est. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מַעֲבֶה Naabe vt. 3. Reg. 7. In campestri regione iordanis fudit ea rex in argilosa terra. exponatur sicut supra.

Impinguare Grossū esse

עָבִי Crassitudo

Pinguis

מַעֲבֶה Argilosa.

עָבַט Pignus. Pignorare

עָבַט Aabat. pignorare. pignus auferre. mutuare. declinare. Deut. 24. Non ingrediaris domū eius vt pignus auferas. Pro quo hebrei legunt. Vt pignores pignus eius. Et inde עֲבֹט Aabot. idest pignus vt in predicto loco. Et in eodem. Et ille tibi proferet quod habuerit. Pro quo hebrei legunt. Et ille proferet tibi pignus foris. & quia super pignore mutuatur: ideo ponitur etiam predicta dictio pro mutuare. Deut. 15. Et dabis mutuum quo eum indigere perspexeris. Pro quo hebrei legunt. mutuans mutuabis ei quo indiget. significat etiam declinare. Ioel. 2. Non declinabunt a semitis suis.

Pignus

עָבְטִיט Dēsus lutū

עָבְטִיט Aabtit. dictio composita est: a עָב Aab. quod significat densum: & טִיט Tit. q̄ significat lutū. i. dēsum lutum. Abach. 2. Aggrauat contra se densum lutum.

עָבַר Transire

עָבַר Aabar. transire. preterire. progredi. transgredi. irasci. differre. concipere vel impregnare. Geñ. 15. Et lampas ignis transiens inter diuisiones illas. Et in eodem. 32. In baculo meo transiui iordanem istum. Et in eodem. 33. Et ipse progrediens adorauit. Pro quo hebrei legunt. Et ipse transiuit ante eos siue progressus est ante eos & adorauit. Exo. 12. Et transibo per terram egypti nocte illa. Nume. 12. Obsecro vt liceat mihi transi-

Progredi

© Biblioteca Nacional de España

re per terram tuam. Deut.28. Vt transeas in federe domini dei tui. Ios.1. Transi iordanem istum. 2. Reg. 16. Cum transisset dauid paululū montis verticem. & in eodem.17. Transierunt festinanter. Iob.13. Quodcunq; mihi mēs suggerit. Pro quo hebrei legunt. Et transeat super me quodcūq;. Sed beatus hieronymus trāstulit sensū. ps.16. Et non est inuēta in me iniquitas vt nō loquatur os meū. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatē transtulit. Et non inueniſti cogitationes meas non transire os meū. ps.36. Et transiui & ecce non erat. ps.80. Manus eius in cophino seruierūt. Pro quo beatus hieronymus in predicto psalterio transtulit. Manus eius a cophino recesserūt i. transierunt. Prouer.8. Ne transirent fines suos. Esa.40. Et a deo meo iudicium meum transibit. Hiere.2. Et dixisti non seruiam. Pro quo hebrei legunt. Et dixisti non transibo. Sed si scribatur cum littera daled que est quasi eiusdem figure sicut littera res: tunc significat seruiā sicut est in littera nostra. & in eodem.34. Et transierunt inter diuisiones eius. significat etiā transgredi. Nu.14. Quare transgredimini verbum dñi. Deut.17. Vt transgrediantur pactum illius.2.Paralipo.24. Quare vos trāsgredimini preceptū domini. ps.103. Terminū posuisti quem non transgredientur. Hiere.23. Et quasi homo madidus a vino, pro quo hebrei legūt. Et quasi homo quem trāscendit vinū. Et est sensus sicut in littera nostra. Dicitur etiā translatiue de moneta currente. i. hinc inde trāseunte per manus mercatorum. Genē.23. Quadringentos siclos argenti probate monete publice. Pro quo in hebreo legitur. Quadrigētos siclos argenti transeuntis mercatori. Et inde verbū tertie coniugationis. i. transire facere: traducere. trāsferre. Genē.32. Traducētis omnibus que ad se ptinebant. & in eodē.47. Et cūctos populos ei? a nouissimis terminis egypti. Pro quo hebrei legunt. Et cunctos populos trāsire fecit siue trāstulit ad ciuitates: a nouissimis terminis egypti. i. habitatores vniuscuiusq; ciuitatis fecit transire ad aliam: vt nullus que sua erant possideret. Exo.36. Iussitq; moyses preconis voce cantari. Pro quo hebrei legunt. Iussitq; moyses & transire fecerunt vocem. i. preconem per castra. Leuit.25. Et clāges buccina mēse septimo. Pro quo hebrei legunt. Et transire facies buccinā mēse septimo. Deut.18. Ne inueniatur in te qui lustret filiū aut filiā suam ducens per ignē. Pro quo hebrei legunt. Non inueniatur in te transire faciens vel transferens filium aut filiam suā per ignē. Ios.7. Quid voluisti traducere populum istum iordanē. 1. Reg. 2. Vt trangredi faciatis populum dñi. & in eodē. 20. Iecit aliam sagittā trans puerū. Pro quo hebrei legunt. iecit sagittā vt trāsire faceret eū. 2. Reg. 12. Et traduxit in typo laterū. i. transire fecit. & in eodem. 19. Et traduceret eum iordanem. Et in eodem. Trāsierunt vada vt traducerent domū regis. 2. Paralipo. 15. Et abstulit idola de omni terra iuda. Pro quo hebrei legunt. Et transire fecit siue transtulit idola de omni terra iuda. Et in eodem 33. Et trāsire fecit filios suos per ignem. Hiere. 15. Et adducam inimicos tuos de terra quā nescis. i. transferā. Et inde עֵבֶר Eeber. i. trās. exaduerso. ante. pars. Exo. 25. Vt luceat ex aduerso. Esa. 9. Trans iordanē galilee. Ezech. 9. Vnūqd̄q; ante faciem suam gradiebatur. & preponitur ei littera beth. Et dicitur בְּעֵבֶר Beeber. Deut. 1. Hec sunt verba que locutus est moyses trans iordanem. Ios. 1. Quam tradidit vobis moyses trans iordanem. i. in altera parte iordanis. Et aliquando scribitur cum littera mem in principio & dicitur מֵעֵבֶר Meeber. Ios. 18. Que est trans flumen ethiopie. Ponitur etiam עֵבֶר Eeber. pro parte. 1. Reg. 14. Separamini vos in partem vnam: & ego cū ionatha filio meo ero in parte altera. Esa. 43. vnusquisq; in via sua errauerunt. idest in partem suam. Et in plurali עֲבָרִים Aabarim. Hiere. 49. Ex omni confinio eorum adducam interitum super eos. Pro quo hebrei legunt. Ex omnibus partibus eorum. Et in de הָעֲבָרָה Haabara. i. transitus seu vadum fluminis. Vt. 2. Reg. 19. Et irrumpentes iordanem transierunt vada. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מַעֲבַר Maabar siue מַעְבָּרָה Maabara. Genē. 32. Transiuit vadum iaboc. Esa. 10. Transierunt cursim. Pro quo hebrei legunt. Transierūt vadum vel transitum aut transitu. Et in plurali מַעְבָרוֹת Maabaroth. Ios. 2. Secuti sunt eos per viā que ducit ad vada iordanis. Iudi. 3. Et occupauerunt vada iordanis. Hiere. 51. Et vada preoccupata sunt. Et inde עִבְרִי Ibri. idest hebreus. Genē. 14. Nunciauit Abram hebreo. Et in eodem. 41. Erat ibi puer hebreus. Et in plurali עִבְרִים Ibrim. idest hebrei. Exo. 2. Conspexit duos hebreos rixantes. Et in eodem. 3. Dominus deus hebreorum vocauit nos. Ponitur etiā עֵבֶר Eeber in singulari pro hebreis. Nu. 24. vastabunt assyrios vastabuntq; hebreos. & vocantur sic eo quod patres eorum habitauerunt trans flumen eufratem: & inde venit Abraam qui fuit dictus hebreus. quod interpretatur transitor. Ios. 24. Trans flumen habitauerunt patres vestri ab initio. Et infra in eodem. Tuli ergo patrem vestrum Abraam de mesopotamie finibus. pro quo hebrei legunt. De trans flumen. Et inde בַּעֲבוּר Baabur. idest idcirco. vt. pro. propter. propterea. Exo. 9. Idcirco autem posui te. 2. Reg. 12. Propter infantem cum adhuc viueret ieiunasti. ps. 104. Vt custodiāt iustificatiōes eius. ps. 131. Propter dauid seruū tuum. Amos. 2. Et pauperem pro calciamentis. Mich. 2. Propter immūditiam suam corrumpetur. Scribitur etiam aliquando cum lamed in principio & dicitur לְבַעֲבוּר Lebaabur. Exo. 20. Vt enim probaret vos venit deus. Item עָבַר Aabar. quando est verbum quarte coniugationis tunc significat irasci: siue differre. Deut. 3. Iratusq; est dominus mihi. ps. 77. Audiuit dominus & spreuit. idest iratus est. Et in eodem. Et hereditatem suam spreuit. Pro quo hebrei legunt. Contra hereditatem suam iratus est. ps. 88. Distuliſti christum tuum. Pro quo Beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit iratus es aduersus christum tuum. Prouer. 14. Stultus transiuit & confidit. Pro quo hebrei legunt. Et stultus irascitur & cōfidit. Potest etiā legi sicut est in littera nostra secundū primā significationem. & in eodem. 26. Sic qui transit & impatiens. idest irascens commiscetur rixe alterius. Et inde עֶבְרָה Eebra. idest ira. indignatio. ps. 77. Indignationem & iram & tribulationem. Prouer. 27. Et virga ire sue consumabitur. Esa. 10. Et contra Populum furoris mei mandabo illi. Et in eodem. 16. Et indignatio eius pluſquam fortitudo eius. Hiere. 7. Reliquit generationem furoris sui. Et in plurali עֲבָרוֹת Eebroth. Iob. 21. Ad diem furoris ducetur. Quod in hebreo legitur pluraliter. scilicet ad diem furorum vel indignationum. Et in eodem. 40. Dispergе superbos in furore tuo. Pro quo hebrei legunt. Dispergе indignationes furoris tui. ps. 7. Exaltare in finibus inimicorum meorum. Pro quo hebrei legunt. Exaltare in indignationibus siue in furoribus hostium meorum. Vnde Beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Exaltare indignans super hostes meos. Potest etiam legi sic. Exaltare in partibus vel in finibus inimicorum. Nam עֵבֶר Eeber significat partem vel cōfinium. vt supra dictū est. Item עבר Ibbar. i. concipere. Iob. 21. Bos eorum concepit. Hebrei tamen legunt. Bos eorū ipregnauit. Item עָבוּר Aabur. i. fructū seu frumentum. aut fruges. Ios.

Trāsgredi.
Trāscēdere.
Trāsferre. Traducere.
Trāsgredi facere.
Auferre.
Adducere
ex aduerso. Trans. Ante.
Trans.
Trans.
Pars.

עֲבָרִים Confinia. Partes.
הָעֲבָרָה Vadum.
מַעְבַּר Maabar
מַעֲבָרָה Transitus
מַעְבָּרוֹת Vada.
עִבְרִי Hebreus.
עִבְרִים Hebrei.
עֵבֶר Hebrei.
בַּעֲבוּר Idcirco. Propter. Vt. Pro.
לְבַעֲבוּר Vt
עָבַר Irasci.
Differre.
עֶבְרָה Indignatio Ira. Furor.
עֲבָרוֹת Furores.
עֵבֶר
עָבַר Concipere Impregnare.
עָבוּר

© Biblioteca Nacional de España

Fruges. 5. Et comederunt de frugibus terre. Et in eodem. Defecit mana postquam comederunt de frugibus terre. Et dicunt hebrei ꝙ significat frumētum anni transacti: a prima signi

עָבַר Affigere. ficatiōe deriuatum. Item עָבַר Aabar. ideſt affigere. 3. Reg. 6. Et affixit laminas clauis aureis. Et aliqui hebrei ſecūdū primam ſignificationem legunt. Et tranſire fecit laminas aureas. ideſt tranſire fecit eas in pariete ab vno angulo parietis in alterum.

עָבַשׁ Computreſcere. עָבַשׁ Aabas. Computreſcere. Ioel. 1. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. & ſolū inuenitur in p̄dicto loco.

עָבֹת Denſum. frondoſū. עָבֹת Aaboth. Denſum. frondoſum. coherens. vinculum. Leuit. 23. Et ramos ligni denſarum frōdium. Ezech. 6. Subter omnem quercum frondoſam. & in eodem. 31. Et dedit ſummitatem ſuam virentem atq; condenſam. Et in

Condenſa. עָבֹתִים עָבֹתוֹת plurali עָבֹתִים Aabothim. ſecundum terminationem pluralem maſculinorum ſiue עָבֹתוֹת Aabothoth. ſecundum terminationem pluralem femininorum. Ps. 117. Conſtituite diem ſolennem in condēſis. Ezech. 31. & inter condenſas

Condenſa. Condēſe. frondes. frondes eleuatum eſt cacumen eius. Ponitur etiam pro funiculis vel laqueis ſeu vinculis ſibi inuicem coherentibus ad ſimilitudinem ramorum arboris condenſe ſe inuicem complectentium. Exo. 28. Duas catenulas auri puriſſimi

Coherētes Funes. laqueus. ſibi inuicem coherentes. Iudi. 16. Si ligatus fuero nouis funibus. p̄s. 2. Et proiiciamus a nobis iugum ipſorum. Pro quo beatus hiero. in pſal. iuxta he. ve. tranſtulit. Et proiicia mus a nobis laqueos eorum. Eſa. 2. Et quaſi vinculum plau

Vinculum Vincula. ſtri peccatum. Oſee. 11. In vinculis charitatis. & inde verbum עָבַת Aabath. ideſt intricare ſiue peruertere. ſecundū hebreos. Beatus hieronymus tranſtulit conturbare. Mich.

Cōturbaſ. 7. Et conturbauerunt eam.

עָגַב Amare. Inſanire. עָגַב Aagab. Amare. ſcilicet mulierē. inſanire. ſcilicet pre amore. Hiere. 4. Contēpſerūt te amatores tui. Ezech. 23. Et in omnibus in quos inſaniuit in immundiciis eorū. Et in eodem. Super quos inſaniuit libidine. & in eodem. Pluſq̄ illa inſaniuit libidine. Et in eodem. & inſaniuit in amatores ſuos. & in eodem. Et inſaniuit ſuper eos concupiſcentia oculorum. & inde עֲגָבִים Aagabim. ideſt canticū dul

Canticum muſicum ſuaue et dulce. ce & ſuaue quod amatores inſani canunt. Ezech. 33. Quia i canticum oris ſui vertunt illos. Et in eodem. Et es eis quaſi carmen muſicum quod ſuaui dulciq; ſono canitur. & inde

Organum עוּגָב Vgab. ideſt organum. Geñ. 4. Ipſe fuit pater canentium in cithara & organo. Iob. 30. Et organum meū invocē flentiū. Ps. 150. Laudate eum in chordis & organo.

Detinere. עָגָה Aaga. Detinere. retinere. Ruth. 1. Si eos expectare velitis donec creſcant & annos pubertatis impleāt ante eritis vetule q̄ nubatis. Pro quo he. le. Num eos expectare vultis donec creſcant: num pro eis detente vel retente eritis vt non habeatis maritum. ideſt nunquid retēte eritis in viduitate vt non habeatis maritos donec illi creſcant. Et beatus hieronymus tranſtulit ſenſum. & ſolum inuenitur in p̄dicto loco. & dicūt aliqui ꝙ eius primitiuum eſt עָגַן Aagan cum nun in fine: loco he.

Rotundū. עָגֹל Aagul. Rotundum. vitulus. 3. Reg. 7. Intercolumnia quadrata non rotunda. 2. Paralip. 4. A labio vſq; ad

Tentoriū. מַעְגָּל labium rotundum per circuitum. & inde מַעְגָּל Maagal. i. tentorium rotundum: ſeu locus caſtrorum qui foſſato circundatur. 1. Reg. 26. Et ſaulem dormientem in tentorio.

Magala. locus circundatus. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur מַעְגָּלָה maagala. vt in eodem. 17. Et venit ad locum magala. ideſt ad locum foſſato circundatum in quo erant caſtra. ſignificat etiam

Iter. Semita. Callis. מַעְגָּל Maagal ſemitam ſiue iter. Ps. 139. Iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi Prouer. 2. Et omnem ſemitam bonam. & in eodem. 4. Dirige ſemitam pedibus tuis. Eſa. 26. rectā callis iuſti ad ambulandum. & in plurali מַעְגְּלוֹת Maagaloth. ſiue מַעְגָּלִים Maagalim. Ps. 16. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis. Ps. 22. Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitie. Prouer. 2. & infames greſſus eorum. ideſt ſemite eorum. Et in eo. Et ad inferos ſemite ipſius. & inde עָגִיל Aagil. ideſt ornamētum rotundum vel circulus ex aure pendens. Beatus hieronymus tranſtulit dextralia. Num. 31. annulus dextralia & murenulas. & in plu. עֲגִילִים Aagilim. Ezech. 16. & circulos i auribus tuis. Item עֵגֶל Eegel. ideſt vitulus. Exo. 29. Tollevitulum de armento. Et in eodem. 32. Et fecit ex eis vitulū conflatilem. Ps. 28. Et comminuet eas tanq̄ vitulum. & in plurali עֲגָלִים Aagalim. Oſee. 9. Vitulos adorant. & in genere

עֶגְלָה עֶגְלַת femínino עֶגְלָה Eegla. ſiue עֶגְלַת Aagalath. i. vitula. Geñ. 15. Sume inquit tibi vaccam trienem. pro quo hebrei legunt. vitulam trienem. Iudi. 14. Si non araſſetis in vitula mea. Oſee. 10. Ephraim vitula docta. Et in plurali feminino עֶגְלוֹת Aagaloth. Oſee. 10. Vaccis bethauen coluerūt habitatores ſamarie. Et ide עֲגָלָה Aagala. ideſt currus ſeu plaſtrum. ſic dictum a rotūditate rotarum. 1. Reg. 6. facite plaſtrum nouum vnum. Eſa. 28. Nec rota plaſtri ſuper cyminum circuibit. & in plurali עֲגָלוֹת Aagaloth. Geñ. 45. Quibus dedit Ioſeph plaſtra ſecundum pharaonis imperiū. Nu. 7. Sex plaſtra tecta cum duodecim bobus.

Vitula. Vitule. Vitulí. Vacca. Vitula. Vitule. Plauſtrū. Plauſtra.

עָנַם Compati. עָנַם Aagam. compati. cōtriſtari. Iob. 30. Compatiebatur anima mea pauperi. & ſolum inuenitur in p̄dicto loco

עָגוּר hirundo. ciconia. עָגוּר Aagur. Nomē auis. Pro quo beatus Hieronymus trāſtulit hirundinem. Eſa. 38. Sicut pullus hirundinis ſic clamabo. In alio vero loco traduxit ciconiam. Hiere. 8. turtur hirundo & ciconia. & aliqui hebrei dicunt ꝙ ſignificat gruem.

עַד Donec. עַד Aad. Donec. vſq;. vſq; ad. vſq; in. aduſq;. vſquequo. ſiue vſq; quaq;. Dum. tanq̄. eternū. ſiue in eternum. preda. Et quando preponitur verbo tunc ſignificat donec. ſeu in eternum. Sed quando preponitur nomini vel pronomini tunc ſignificat vſq;. Geñ. 3. Donec reuertaris in terram. Et in eodem. 19. Donec ingrediaris illuc. Exo. 15. Donec pertranſeat populus tuus domine. Leuit. 11. Donec impleantur dies purificationis ſue. Nu. 32. Donec introducamus eos ad loca ſua. Deut. 1. donec veniretis ad locū iſtum. Et in eodem. 7. Donec deleas omnes atq; diſperdas. Ioſ. 2. Donec reuerterentur qui fuerant perſecuti. Iudi. 3. Donec erubeſcerent. 2. Regum. 10. Donec creſcat barba veſtra. Iob. 8. donec impleatur riſu os tuū. Ps. 17. & nō conuertar donec deficiant. Ps. 56. donec tranſeat iniquitas. Eſa. 22. donec moriamini. & in eodem. 36. donec veniam & tollam vos. & in eodem. 62. donec ſtabiliat & donec ponat ieruſalem laudem in terra. & additur ei aliquando dictio אֲשֶׁר Aſer. ſiue dictio יְ Chi. que eſt dictio relatiua. quaſi diceret. dōec ꝙ. Geñ. 50. donec veniat qui mittendus eſt. Nu. 20. donec tranſeamus terminos tuos. Ioſ. 1. donec det requiem dominus. Canti. 2. Donec aſpiret dies. Eſa. 6. Donec deſolentur ciuitates. Oſee. 5. Donec deficiatis & queratis faciem meā. Significat etiam vſq; ſiue vſq; ad. Geñ. 7. Ab homine vſq; ad pecus. & in eodem. 11. Veneruntq; vſq; aram. Et in eo. 12. Pertranſiuit Abram terram vſq; ad locum ſichem & vſq; ad conuallem illuſtrem. Exo. 10. Vſq; in preſentem diem. Et in eodem. 14. Vſq; in ſempiternum. Nume. 21. laſſi peruenerunt in iophe & vſq; medaba. pro quo hebrei legunt. Vſq; nophe & vſq; medaba. Deut. 1. Vſq; ad cadeſbarne. 1. Reg. 18. Vſq; ad gladium & arcum ſuum. 4. Reg. 9. venit vſq; ad eos. Iob. 18. Vſq; ad quē finē verba iactatis. Ps. 17. Dauid & ſemini eius vſq; in ſeculum. Eſa. 1. A plāta pedis vſq; ad verticem. Significat etiam dū ſiue adhuc. Iudi.

Donec. Vſq; ad. Vſq; in. Dum.

© Biblioteca Nacional de España

Adhuc. 3. Dū illi turbarentur effugit. Iob. 1. Adhuc loquebatur ille & ecce ali? intrauit. Ione. 4. Cū adhuc essem in terra mea. ideſt dū essem in terra mea. & quandoq; preponitur dictioni מְהֵרָה mehera. que significat velociter: vel dictioni מְאֹד Meod: que significat nimis. ideſt vsq; velociter. siue vsq; nimis: aut vsq; quaq: licet in trāslatiōe nostra aliquādo omittitur dictio vsq;. 1. Reg. 25. Erat enim ebrius nimis. ꝓ quo he. le. vsq; nimis. 3. Reg. 1. Erat autē puella pulchra nimis. Ps. 147. Velociter currit sermo eius. Ps. 118. Non auferes de ore meo verbū veritatis vsq; quaq;. Esa. 64. Ne irascaris domine satis. pro quo he. le. Ne irascaris domine vsq; nimis. Significat etiam tam: siue quam. Geñ. 7. Ab homīe vsq; ad pecus tam reptile q̄ volucres celi. Significat etiā eternitatem seu in eternum vel in perpetuū aut iugiter. Exo. 15. Dominus regnabit in eternum & vltra. pro quo hebrei legunt. Dominus regnabit in seculum & in eternum. Iob. 20. Hoc scio a principio. pro quo hebrei legunt. Si hoc scis ab eterno. Ps. 110. Cōfirmata in seculum seculi. pro quo beatus hieronymus in ps. iuxta he. ve. transtulit. firmata iugiter in sempiternum. Ps. 111. Iustitia eius manet in seculum seculi. ideſt in eternum. ps. 148. Statuit ea in eternū. Esa. 26. Speraſtis in domino in seculis eternis. & in eodem. 57 excelsus & sublimis habitans eternitatem. Vide ēt de hoc infra in dictiōe עוֹד Ood. pōitur etiā pro tpe futuro. Soph. 3. Qua ꝓp expecta me dicit dñs in die resurrectionis mee in futurum. De quo vide infra in dictione עוֹד ood. & aliq̄ scribitur cū iod in fine. Nu. 23. Audi fili sephor. ꝓ quo he. le. Audi vsq; ad me. ideſt audi me fili sephor. & in eo. 24. Et ad extremum etiā ipsi peribunt. pro quo hebrei legūt. Et etiam ipsi vsq; ad perditionem. scilicet erūt. Et ē sensus sicut in littera nostra. 4. Reg. 9. venit nuncius ad eos & nō reuertitur. ideſt vsq; ad eos. Iob. 4. Tetigit te & conturbatus es. pro quo he. le. pertingit vsq; ad te & conturbatus es Et in eo. 32. Et donec putabam vos aliquid dicere considerabam. Mich. 4. Vsq; ad te veniet. & quandoq; scribitur cū nū in fine & dicitur עֲדֶן Aaden. & significat adhuc siue vsq; adhuc. Eccl's. 4. Et feliciorem vtroq; iudicaui qui nec dum natus est. pro quo he. le. qui vsque adhuc non fuit. scribitur etiam cum he in fine & dicitur עֲדֶנָה Aadéna. 1. Paralip. 12. Magna enim pars eorū adhuc sequebatur domū saul. Eccl's. 4. Et laudaui magis mortuos quā viuētes. ꝓ quo he. le. Et laudaui mortuos qui iam mortui sunt magis q̄ viuentes qui viuunt adhuc. Et qñ preponitur ei lra beth & dr בְּעַד Bead tūc signāt pro. ꝓpter. per. sup. Geñ. 7. & inclusit eum dñs de foris. pro quo he. le. Et clausit dñs pro eo. Et in eodem. 26. Prospiciens abimelech rex philistinorum per fenestram. Exo. 8. Rogate pro me. Leuit. 16. Orabit ꝓ se & pro domo sua. 4. Reg. 1. Geciditq; ochozias per cancellos. 4. Reg. 4. Et claude ostium tuum cum intrinsecus fueris tu & filii tui. Pro quo he. le. & claude ostium tuum pro te & pro filiis tuis. ideſt super te & super filios tuos. Et ī eo. & clausit ostiū super se & super filios suos. 2. Paralip. 20. Dominus bonus ꝓpiciabitur cunctis qui in toto corde reqrūt dñm. Pro quo he. le. Dñs bonus ꝓpiciabitur pro cunctis siue per cunctos. ps. 137. Dñs retribuet ꝓ me. Prouer. 6. preciū enim scorti vix est vnius panis. pro quo he. le. Quia ꝓ muliere meretrice vsq; ad tortā panis. & est sensus sicut in lra nra. Esa. 32. Tenebre & palpatio facte sunt super speluncas. Hiere. 11. In tpe afflictionis eorū. pro quo he. le. pro malo vel ꝓ afflictiōe eorū. Ioel. 2. Sed & per fenestras cadent. & in eo. Per fenestras intrabūt quasi fur. Amos. 9. & nō veniet super nos malum. Scribitur ēt cū mem in principio & dicitur. מִבַּעַד Mibaad. ideſt intrinsecus. Canti. 4. Absque eo quod intrinsecus latet. Item עֵר Aad. ideſt preda seu spolium. Geñ. 49. mane comedet predam. Esa. 33. Tunc diuidentur spolia predarum multarum. De quo vide infra ī dictione עוֹד Ood. Item עֵד Eed. ideſt testis de quo vide infra in dictione עוֹד Ood. & inde עִדִּים Iidim. ideſt macule. scilicet panni menstruate. eo quod est testis sue inmūdicie. Esa. 64. & quasi pannus menstruate.

Nimis. Velociter. vsq;quaq; Satis. Tam. Quam. In eternū. Eternum. Iugiter. Eternitas. Futurum. vsq;adhuc Adhuc. Pro. Per. Super. Intrinsecus עֵר Preda. Spolium. עֵר עִדִּים mēstruata.

עָדַד Aadad. Erigere. subleuare. suscipere. sustentare. Ps. 19. Nos autem surreximus & erecti sumus. Ps. 145. Pupillum & viduam suscipiet. Ps. 146. Suscipiens mansuetos dominus. ideſt sustentans.

עָדַד Erigere. Suscipere Sustētare

עָדָה Aada. ornare. transire. auferre. siue ammittere. Ezech. 16. & ornaui te ornamento. & in eodem. Et ornata es auro. Et in eodē. 31. Adhuc ornaberis tympanis tuis. Osee 2. Et ornabatur inaure sua. & inde עֶדְיִי Eedi. ideſt ornamētum. siue ornatus. Exo. 33. Et nullus ex more inductus est cultu suo. Pro quo he. le. Et nullus posuit ornamentū suum super se. & in eodem. Iam nunc depone ornatum tuum. Et in eodem. Deposuerunt ergo filii israel ornatum suum a monte oreb. Ezech. 7. Et ornamentum monilium suorū in superbiam posuerunt. vbi ponitur pro monili. & in eo. 16. Et peruenisti ad mundum muliebrem. pro quo hebrei legunt. Et venisti cum ornamento ornamentorum. vbi ponitur tam in singulari q̄ in plurali. Ponitur etiam pro ore vel maxilla. ps. 31. In chamo & freno maxillas eorum cōstringe. ps. 102. Qui replet in bonis desiderium tuum. Pro quo hebrei legunt. Qui replet in bonis os tuum. sed beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem secundū primam significationem transtulit. Qui replet in bonis ornamentum tuum. & inde עֲדוּת Eeduth. ideſt ornamentum. decus. secundum hebreos. 4. Regum. 11. Et posuit super cū diadema & testimonium. pro quo hebrei legunt. Et posuit super eum diadema et ornamētum: scilicet regium. sed magis proprie significat testimonium. sicut est in littera nra. De quo vide infra in dictione עוֹד ood. Et in titulo. Ps. 79. Vbi dicitur in finem pro his qui commutabunt psalm? pro assyriis: testimonium Asaph. vbi etiam hebrei pro testimonio legunt ornamentum seu decus. Item עָדָה Aada. ideſt transire vel aufferre. Iob. 28. nec pertransiuit per eā leena. & supra in eodem. 25. Et luna etiam non splendet. Pro quo hebrei legunt. Ecce aufert lunam & non splendebit. ideſt aufert lumen lune. Potest etiam legi sic. Ecce adhuc luna non splendebit. de quo vide supra in dictione עָר Aad. Prouer. 25. & āmittit pallium in die frigoris. ideſt aufert a se pallium. Dañ. 2. Transfert regna atque constituit. Et in eodem. 7. Aliarum quoq; bestiarum ablata esset potestas. Et in eodem. Potestas eorum que non auferetur. Itē עֵדָה Eeda. ideſt cetus seu congregatio hominum. De quo vide supra in dictione יַעַר Iaad.

עָדָה Erigere. עָדַד Suscipere Sustētare עָדָה Ornare. עֶדְיִי ornamētus ornatus. Monile. Mundus muliebris. Maxilla. עֲדוּת testimōius ornamentum. עָדָה pertrāsire. Auferre. Ammittet Trāsferre. עֵדָה Cetus

עָדַן Aadan. deliciare. deliciis abundare. deliciis affluere. delectari. voluptati operam dare. Nec. 9. & abundauerūt deliciis in bonitate tua magna. & inde עֵדֶן Eeden. ideſt voluptas delicie. Geñ. 2. Plantauerat autem dominus paradisum voluptatis a principio. & in eodem. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis. Ezech. 31. & emulata sunt eū omnia ligna voluptatis. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur עֶדְנָה Eedna. Geñ. 18. Postq̄ consenui & dominus meus vetulus est voluptati operam dabo. & in plurali עֲדָנִים Aadanim. 2. Reg. 1. Qui vestiebat vos coccineis in deliciis. Hiere. 51. Repleuit ventrem suum teneritudine mea. ideſt deliciis meis. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מַעֲדַנִּים maadanim. Prouer. 29. & dabit delicias anime tue. Reperitur etiam מַעֲדַנֹּת maadanoth secundum ter

Gbidare delicijs. עֵדֶן Voluptas. Voluptas עֲדָנִים Delicie. מַעֲדַנִּים מַעֲדַנֹּת

© Biblioteca Nacional de España

minationē pluralem femininorū. 1. Reg. 15. Et oblatus est ei Agag pinguissimus tremens. pro quo hebrei legunt. & abiit ad eum Agag deliciis. i. delicatus siue cū delectatione quia non timuit mortem: sed habuit eā pro deliciis. Sicut exponunt aliqui hebrei. alii vero dicunt ꝙ significat vinculā: & ꝙ deriuatur a dictione עֲנָג Aanad: & legunt sic. & abiit ad eum. ideſt oblatus est ei Agag in vinculis. ideſt ligatus. Et similiter. Iob. 38. Vbi nos legimus. Nunquid coniungere valebis micantes stellas pliadas. Pro quo ipsi legunt. Nūquid colligabis colligationes seu applicationes chima. Et est chima nomen cuiusdam constellationis stellarū: vt dictum est supra in littera chaph. & inde עֲדִינָה Aadina. ideſt delicata seu tenera. Esa. 47. Audi hec delicata. Et in genere masculino עֲדִין aadino. 1. Reg. 23. Ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus. Item עִדָּן Iidan. In lingua chaldaica significat tempus siue horā. Dañ. 2. Quod tempus redimitis. & in eo. Et ipse mutat tempora & etates. & in eo. 7. Vsꝙ ad tempus & tempora & dimidium temporis.

Vincula.

Colligationes.

עֲדִינָה Delicata.

עָדִין tenerrimꝰ.

עִדָּן Tempus.

עָדַף Aadaph. supereſſe. excedere. superfluere. excedens vel excrescens esse. Exo. 16. Nec qui plus collegit habuit amplius. Pro quo hebrei legunt. & non excessit siue nō superfluit illi qui plus collegit. Et in eo. 26. Quod autē supfuerit in saxis. ideſt vnum saxū quod amplius est. Nu. 3. qui excedunt numerū leuitarū. & in eo. Precium eorū qui supsunt. & in eo. Pecuniam eorū qui fuerant amplius.

Excedere. Superesse. Esse āpliꝰ

עָדַר Aadar. Deesse. deficere. priuare. auferre. Bellare. seu expedire. fodere. seu putare. ideſt abscindere. 1. Regū. 30. Nec defuit quisq̄ a paruo vsq̄ ad magnum. 3. Reg. 4. Cum ingenti cura prebebant in tempore suo. pro quo hebrei legunt. Non deficiebant in aliqua re. siue in aliquo verbo. sed beatus hieronymus transtulit sensum. Esa. 34. vnū ex eis nō defuit. & in eo. 40. Neq̄ vnū reliquū fuit. i. neq̄ vnū defuit. Et in eo. 59. & facta est veritas in obliuiōe. Pro quo hebrei legunt. Et facta est veritas priuata vel deficiens ideſt non inuenitur in eis veritas. Significat etiam bellare. siue aciem instruere vel expedire. 1. Paralipo. 12. Expediti ad pugnā corde perfecto. & supra in eo. In auxiliū non in corde duplici. pro quo he. le. Ad bellandum seu ad instruendam aciem non in corde & corde. ideſt non corde duplici: sicut est i littera nostra. Item עָדַר Aadar. i. fodere seu sarrire. Esa. 5. Non putabitur & non fodietur. Et in eo. Et omnes montes qui in sarculo sarrientur. & inde מַעְדֵּר maeeder. ideſt sarculus seu fossoriū. vt in predicto loco. Item עֶדֶר Eeder. ideſt grex. Ps. 77. Et pduxit eos quasi gregē in deserto. Canti. 6. Sicut grex caprarū. & i plu. עֲדָרִים Aadarim siue עֶדְרֵי Eedre. Gen. 29. Tres quoq̄ greges ouiū. Et in eo dem. mosq̄ erat vt cunctis ouibus cōgregatis deuoluerent lapidem. Pro quo hebrei legunt. & congregabantur illuc omnes greges & deuoluebant lapidem. Ioel. 1. Sed & greges pecorum dispersierunt. Ponitur ēt pro caulis pecorū. 2. Paralip. 32. Et presepia iumentorū caulasq̄ pecoribus.

Deesse.

Deficere.

Expedire.

עָבַר Fodere. Sarrire.

מַעְדֵּר Sarculus

עֶדֶר Grex

עֲדָרִים עֶדְרֵי Greges.

Caule.

עֲדָשׁ עֲדָשִׁים Aadas. lens. & solum inuenitur in numero plurali. s. עֲדָשִׁים Aadasim. ideſt lentes. Gen. 25. Accepto pane & lentis edulio. Quod in hebreo legitur pluraliter. scilicet lentiū. 2. Reg. 23. Erat quippe ibi ager plenus lēte. Ezech. 4. Et tu sume tibi frumētū & hordeū & fabam & lentem.

Lentes.

עוּן operire. Foquere.

עוּגָה Vug. coquere. scilicet panes subter prunas. vel operire. Ezech. 4. & stercore quod egreditur de homine operies illud in oculis eorum. i. coques illud cooperiendo stercore sicut cooperiendo prunis. & inde עוּגָה Vuga. ideſt torta seu panis sub prunis vel cinere cocta. vt supra in eodem. Et quasi subcinericium hordeaceum comedes illud. 3. Regum. 19. Et ecce ad caput suum subcinericius panis.

Subcinericius panis.

Osec. 7. Subcinericius panis qui non reuersatur. Et in plurali עֻגוֹת Vugoth. Gen. 18. Et fac subcinericios panes. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מְעוֹג maog. 3. Regum. 17. Viuit dominus deus tuus quia non habeo panem. Ponitur etiam מָעוֹג maog pro subsānatione. Ps. 54. subsānauerunt me subsānatione. Et alii exponunt sic. Subsānauerunt me pane. quasi dicat. pro cibo eis dato ab aduersariis meis.

עֻגוֹת Subcinericii panes.

מְעוֹג subcinericius panis. Panis.

מָעוֹג subsānatio

עוד Aauad. Testificari. testimonium prebere. contestari. predari. spoliare. Gen. 43. Denunciauit nobis vir ille sub attestatione iusiurandi dicens. pro quo hebrei legunt. Contestando contestatus est nos vir ille dicens. Exo. 19. descende & contestare populum. Et in eodem. 21. Et contestati sunt dominum eius. Deut. 4. Testes inuoco hodie celum & terram. ideſt testificor seu contestor celum & terram contra vos. & in eodem. 30. Et inuocabo contra eos celum & terram. ideſt contestabor. 1. Regum. 18. Contestare eos & predic eis ius regis. 3. Regum. 21. Et falsum testimoniū dicant. Pro quo hebrei legunt. Et testificent eum dicentes. i. testimonium dicant contra eum. Nec. 9. Contestatus es eos vt reuerterentur. Et in eodem. Et contestatus es eos in spiritu tuo. Et in eodem. Que testificatus es eis. Ps. 80. Audi populе meus & contestabor te. Ps. 94. Israel & testificabor te. Esa. 8. & adhibui mihi testes fideles. Pro quo hebrei legunt. Et testificatus sum mihi. ideſt contestatus sum mihi testes fideles. ideſt testes adhibui mihi sicut est in littera nostra. Hiere. 6. Cui loquar & ad quem contestabor. Et in eodem. 32. Et scripsi in libro & signaui & adhibui testes. Amos. 3. Audite & contestamini in domo iacob. Malach. 2. Dominus testificatus est inter te & vxorem tuam. Ponitur etiam pro comparare. vt Threñ. 3. Cui comparabo te. Potest etiam legi sic. Quem testificabor in te. ideſt quos testes adducā vt testificētur si talia aliquando aliquis passus sit sicut tu. Vnde idem erit sensus cum littera nostra. & inde עֵד Eed. ideſt testis. Gen. 31. Tumulus iste testis erit. Leuit. 5. Testisq̄ fuerit. Deut. 17. Nemo occidatur vno contra se dicente testimoniū. Pro quo hebrei legunt. Nemo occidatur in ore vnius testis. 1. Regum. 12. Testis est dominus aduersus vos & testis xp̄us ei9. Ps. 88. Et testis in celo fidelis. Hiere. 29. Ego sum testis & iudex. Ponitur etiam pro testimōio. Gen. 31. Quem vocauit labam tumulum testis: & iacob aceruum testimonii. Exo. 20. Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. scribitur etiam cum he in fine & dicitur עֵדָה Eeda. Gen. 21. Vt sint mihi in testimonium. Et in eodem. 31. Tumulus inquam iste & lapis erit in testimonium. & in plurali עֵדִים Eedim. ideſt testes. Deut. 17. In ore duorum vel trium testium. Iob. 10. In stauras testes tuos contra me. Esa. 44. vos testes mei. & inde עֵדוּת Eeduth. ideſt testimonium siue testamentum. vel testificatio. Exo. 16. Posuitq̄ illud Aaron in tabernaculo reseruandum. Pro quo hebrei legunt. posuitq̄ illud Aarō coram testimonio. ideſt coram arca testamenti vel testimonii. Et in eodem. 25. In qua pones testimonium quod dabo tibi. Et in eodem. 38. Hec sunt instrumenta tabernacu li testimonii. Et in eodem. 40. Posuit & testimonium in arca. Ps. 77. Et suscitauit testimonium in iacob. p̄s. 92. Testimonia tua credibilia facta sūt nimis. p̄s. 118. Beati qui scrutantur testimonia tua. p̄s. 131. Et testimonia mea hec que docebo eos. Scribitur etiam cum tau in principio & dicitur תְּעוּדָה Theuda. Esa. 8. Liga testimonium. & in eodem. Ad legē & ad testimoniū. Itē עָוַד Aauad. ideſt spoliare. seu predari. translatio nostra traduxit circumplecti. Ps. 118. Funes peccatorū circūplexi sunt me. & beatus hieronymus in

Contestari.

Testificare. Testimonium dicere.

Adhibere testes.

Testis.

Testimōiū

Testimōiū עֵדָה

Testimōiū עֵדִים

Testes. עֵדוּת

Testimōiū

תְּעוּדָה testimoniū

עָוַד circūplecti

© Biblioteca Nacional de España

Implicare
Depredari
עָדַד
Preda. spolia.

psalterio iuxta he.ve.transtulit.Implicauerunt me . p quo hebrei legunt.Depredati sunt me.& inde עָדַד Aad.ideſt preda.seu spolium.Geñ.49. Mane comedet predam.Esa.33. Tunc diuidentur spolia predarum multarum.Soph.3.qua propter expecta me dicit domin9 in die resurrectiõis mee in futurum . pro quo hebrei legunt . In die resurrectionis mee ad predam seu ad spolium.potest etiã legi sic. ſ. in die resurrectionis mee in eternum.De quovide supra in dictione עַד Aad.Item עוֹד ood.ideſt adhuc.vltra.rursus.amplius.

Adhuc.

Geñ.7.Adhuc enim & post dies septem.Et in eo . 8. Cunctis diebus terre.pro quo hebrei legunt.Adhuc cunctis diebus terre.& in eo.45.adhuc pater meus viuit. Exo. 9.adhuc retines populum meũ.1.Reg.20.& si vixero facies mihi misericordias domini.pro quo hebrei legunt . & non si adhuc ego vixero & non facies mecũ misericordias domini.Et est idem sensus cũ littera nostra . nam due negatiões valent pro vna affirmatione.Ester.6.Adhuc illis loquentibus venerũt eunuchi regis.Iob.1.Cumq; adhuc ille loqueretur venit alter.& in eo.2.Adhuc tu permanes in simplicitate tua.Et in eo.27.Quia donec supereſt halitus ī me.ps. 83.In secula seculorum laudabũt te .Pro quo beatus hieronymus in psal.iuxta he.ve.transtulit. Adhuc laudabunt te semper.ps.140.Quoniam adhuc & oratio mea ī beneplacitis eorum.Esa.5.Sed adhuc manus eius extenta . Osee. 11.Iudas autem testis descendit cum deo.Proquo hebrei legunt. Iudas autem adhuc descendit cum deo. Potest etiam legi sic.Adhuc dominatus est cum deo.Amos.4.Cum adhuc tres menses supereſſent. Significat etiam vltra.siue rursus aut amplius.Geñ.8.Nequaquam vltra maledicam terre propter hominem.& in eodem.Non igitur vltra percutiam omnem animam.Et in eodem.9.& non erunt vltra aque diluuii.Et in eodem.46.Et inter amplexus fleuit.pro quo hebrei legunt.Et fleuit super collum eius vltra siue amplius.Exo.4.Dixitq; dominus rursum mitte manum tuam in sinum tuum.Et in eodem. 10. Caue ne vltra videas faciem meam.Ps.87.Quorum non est memor amplius. & Prouer.31.Et doloris sui nõ recordetur amplius.Esa.62. Non vocaberis vltra derelicta . Et communiter significat tempus infinitum vel indeterminatũ.Quandoq; vero accipitur pro tempore finito vel determinato. vt in aliquib9 locis predictis:&.4.Reg.6.Et vltra non venerũt latrones syrie in terram israel.ideſt post certum tempus .scribitur ēt cum beth vel mem in principio & dicitur בְּעוֹד Beod. siue מְעוֹד Meod.ideſt dum adhuc:siue cum adhuc.Geñ.25. Dũ adhuc ipse viueret.& in eo.40. Tres propagines tres adhuc dies sunt:post quos recordabitur pharao ministerii tui Pro quo hebrei legunt.tres propagines tres dies sunt: dũ adhuc tres dies.ideſt in spacio trium dierum recordabitur pharao ministerii tui.Nu.22.Cui semper sedere consueuisti vsq; in presentem diem.pro quo hebrei legunt . Cui sedere consueuisti dum adhuc tu :vsq; in presentem diem.i. ex eo tempore quo cepisti sedere super iumentum . Deut. 31.Adhuc viuente me.2.Regum.12.Ecce cum paruulus adhuc viueret.Et in eodem.Propter infantem cum adhuc viueret ieiunauí.Amos.4.Cum adhuc tres menses supeſſẽt. & inde עַד Aad.ideſt eternum siue eternitas . De quo vide supra in dictione עַד aad.

Vltra.
Rursum.
Amplius.
בְּעוֹד
מְעוֹד
Dũ adhuc
Adhuc.
Eternitas.

עָוָה Aaua. Iniq; vel iniuste agere.peccare.curuum esse . 2. Reg.19.Ne reputes mihi domine mi iniquitatem : ne memineris iniuriarum serui tui.pro quo hebrei legunt.ne q; memineris q; iniq; egerit seruus tuus . Ester.1 . Non solũ regẽ lesit regina vasthi.Pro quo hebrei legunt .nõ cõtra regem solũ peccauit seu iniq; egit vasthi regina . Hiere. 9.

Iniq; agere
Lædere.

Vt iniq; agerent laborauerunt . Dañ. 9 . Iniquitatem fecimus impie egimus.Et quia illud quod iniquũ est non est rectum & similiter quod curuũ est non est rectum.ideo ponitur etiã pro curuari.Ps.38.Miser factus sum & curuat9 sum vsq; in finem.Pro quo hebrei legunt.Curuatus sum & humiliatus sum vsq; quaq;.Et beatus hieronymus in psal.iuxta he.ve.transtulit.Afflictus sum & incuruatus sum. vide ēt de hoc infra in dictione עָוָת Aauath . Ponitur etiam pro affligere.Esa.24.& affliget faciem eius.Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. & incuruabit faciem eius . Et inde.עָוֶה Aaua.ideſt iniquitas.Ezech.21.Iniquitatem iniquitatem iniquitatem ponam eam.vbi ponitur ter predicta dictio.& inde עָוֹן aauon.ideſt iniquitas.peccatũ.Geñ. 4. maior est iniquitas mea quam vt veniam merear.Et in eodẽ. 15.Necdum enim complete sunt iniquitates amorreorũ. Quod in hebreo legitur singulariter.scilicet necdũ enī cõpletum est peccatũ seu iniquitas amorrei.Et in eodẽ . 44. Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum.Ps.50.Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.ps.68.appone iniquitatem super iniquitatem eorum .& in plurali עֲוֹנוֹת aauonoth.Iob.13.Quantas habeo iniquitates.Et in eodem. Et consumere me vis peccatis adolescentie mee . Ps .129. Si iniquitates obseruaueris domine.Prouer.5.Iniquitates sue capiunt impium.Reperitur etiam עֲוֹנִים aauonim secũdum terminationem pluralem masculinorum.vt Esa.64. Et iniquitates nostre quasi ventus abstulerunt nos.& in eodem.In manu iniquitatis nostre . Quod in hebreo legitur pluraliter.scilicet iniquitatum nostrarum.Hiere.14.Si iniquitates nostre responderunt nobis.& inde עֲוֹנֵינוּ Iuuim. Pro quo beatus hieronymus transtulit vertiginem. Esa.19 Dominus miscuit in medio eius spiritũ vertiginis . Potest etiam legi.spiritum erroris vel iniquitatis.

Iniquitã facere.
Curuari.
Affligere.
עָוָה
Iniquitas
עָוֹן
Iniquitas
Peccatũ
עֲוָת
iniquitatẽ
Peccata.
עֲוֹנִים
iniquitatẽ
עֲוֵינוּ
Vertigo.

עָוַל aaual.Iniq; agere.Ps.70.& de manu contra legem agentis & iniqui.pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit . De manu iniqui ideſt iniq; agentis & nocentis.Esa.26. In terra sanctorum iniq; gessit.& inde עָוֶל aaual.siue עָוִיל aauil . ideſt iniquus. Iob.16.Concluſit me deus apud iniquum.& in eodem.29. Conterebam molas iniqui.Soph.3.Nesciuit autem iniqu9 confusionem.ideſt erubescentiam . & inde עַוְלָה aauel. ideſt iniquitas.Leuit.19 . nolite facere iniquum aliquid in iudicio in regula in pondere & in mensura.Ezech.28.In multitudine iniquitatum tuarum in iniquitate negotiationis tue.Et in eodem.33.Confusus in iustitia sua fecerit iniquitatem.& in eodem.In iniquitate sua quam operatus est:in ipsa morietur . Scribitur etiam cum he in fine & dicitur עַוְלָה aaula.2.Reg.7.necaddent filii iniquitatis vt affligãt eum.Iob.6. Respondete obsecro absq; contentione . Pro quo hebrei legunt.absq; iniquitate.& in eodem. Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem.Et in eodem. Nũquid deus indiget vestro mendacio.Pro quo hebrei legunt.nunquid pro deo loquemini iniquitatem.Et est sensus sicut in littera nostra.Et in eodem.34.Qui bibit subsannationem quasi aquam.pro quo hebrei legunt . Qui bibit quasi aquam iniquitatem.ps.106 . Et omnis iniquitas oppilauit os suum.Ezech.28.Donec inuenta est iniquitas in te . ponitur etiam pro infructuoso.Iob.24. Et conteretur quasi lignum infructuosum.Dicitur etiam עַוְלָה oola.Iob.5. Iniquitas autem contrahet os suum.& in plurali עוֹלוֹת ooloth. ps.57.Etenim in corde iniquitates operamini.ps.63.scrutati sunt iniquitates. anteponitur ēt littera lamed lĕ vau & dĕ לְעַוְלָה aalua.ideſt iniquitas.Osee.10 . Super filios iniquitatis.Item עוּל vul.infans paruulus.lactens.vt Esa.49.

Iniquitas
infructuosum.
עַוְלָה
iniquitas.
עוֹלוֹת
iniquitates.
לְעַוְלָה
iniquitas.
עוּל

© Biblioteca Nacional de España

Infans. עֲוִילִים

Nunquid obliuiſcitur mulier infantem ſuum. Et in eodem 65. Non erit ibi amplius infans dierum. & in plurali עֲוִילִים Aauilim. Iob. 19. Stulti quoq; deſpiciebant me. pro quo hebrei legunt. Paruuli quoq; deſpiciebant me. Poteſt etiã legi ſic ſecundum primam ſignificationẽ. ſcilicet iniqui quo q deſpiciebant me. Et in eodem. 21. Egrediũtur quaſi greges paruuli eorum. & in plurali feminino עֲלוֹת Aaloth. i. fetæ. ſeu lactantes. Geñ. 33. Oues & boues fetas mecũ. 1. Reg. 6. Et duas vaccas fetas quibus non eſt impoſitum iugum. Et in eodem. Et tollentes duas vaccas que lactabãt vitulos Eſa. 40. fetas ipſe portabit. & inde עוֹלֵל Oolel. cum duplici lamed. ideſt infans. paruulus. lactens. 1. Regum. 15. Interfice a viro vſq; ad mulierem & paruulum. & in plurali עוֹלְלִים oolelim. Ps. 8. Ex ore infantium & lactẽtiũ. Threñ. 1. Paruuli eius ducti ſunt in captiuitatem. vide etiã de hoc infra in dictione עָלַל Aalal. Item עוּל ool. ideſt iugum. De quo vide infra in dictione עָלַל Aalal. Item עוּל Vul. in lingua chaldaica ſignificat intrare ſeu ingredi vel introducere. Dañ. 2. Daniel ingreſſus rogauit regem. & in eodẽ. poſt hec daniel ingreſſus ad arioch. & in eodem. Introduc me in conſpectu regis. & inde מָעֲלֵי Maale. ideſt occaſus ſolis. ſ. quando ingreditur ſub noſtro hemiſperio. Dañ. 26. & vſq; ad occaſum ſolis laborabat.

Paruuli. עוֹלְלִים

Lactentes Paruuli. עוֹל עוּל

Ingredi. Introducere.

מָעֲלֵי occaſus.

Habitaculum. Templum

עוֹן מָעוֹן מְעוֹן Oon. Habitaculum ſiue habitatio. vel templum. & ſcribitur cum mem in principio & dicitur מָעוֹן maoon. ſiue מְעוֹן Meoon. Deut. 26. Reſpice de ſanctuario tuo. pro quo hebrei legunt. De habitaculo ſancto tuo. 1. Reg. 2. Que precepi vt offerrentur in templo. & in eodem. & videbis emulum in templo. 2. Paralip. 30. peruenit oratio in habitaculũ ſanctum celi. Ps. 70. Eſto mihi in deum protectorem. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit Eſto mihi robuſtum habitaculum. Ps. 89. Domine refugium factus es nobis. pro quo beatus hieronymus tranſtulit Domine habitaculum factus es nobis. Ps. 90. Altiſſimum poſuiſti refugium tuum. pro quo beatus hieronymus tranſtulit. Excelſum poſuiſti habitaculum tuum. Hiere. 10. Habitacula draconum. Naum. 2. Vbi eſt habitaculum leonũ. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur מְעוֹנָה meoona. Deut. 33. Habitaculum eius ſurſum. Soph. 3. Et non peribit habitaculum eius. & in plurali מְעוֹנוֹת Meoonoth. Naum. 2. Et cubile ſuum rapina. Quod in hebreo legitur pluraliter. ſcilicet habitacula ſua. ſiue cubilia ſua. Ponitur etiã pro antris. Iob. 38. Quando cubant in antris. & inde מְעוֹנִים Meoonim. ideſt habitatores. 1. Paralip. 4. Et percuſſerunt tabernacula eorum & habitatores qui inuenti ſunt ibi. Itẽ עוֹנָה oona. ideſt tempus ſtatutum ſeu determinatum. Exo. 21. & veſtimenta & precium pudicitie non negabit. p quo hebrei legunt. & veſtimentum eius & horam eius non minuet. ideſt tempus determinatum vt reddat ei debitum qđ vir debet reddere vxori ſue. Item עָנַן oonen. augurari. ariolari. veneficia exercere. ſomnia obſeruare. Deut. 18. aut qui ariolos ſciſcitetur. 4. Regum. 21. & hariolatus eſt & obſeruauit auguria. Eſa. 2. & augures habuerunt vt philiſtiim Et in eodẽ. 57. Vos autem accedite huc filii auguratricis. Hiere. 27. & augures & maleficos. Mich. 5. Et diuinatores non erunt in te. ideſt malefici ſiue harioli. Significat etiam obſeruare ſomnia. Leuit. 19. Nec obſeruabitis ſomnia. 2. Paralip. 33. & obſeruauit ſomnia. & dicunt aliqui hebrei q deriuatur a predicta dictione עוֹנָה oona & quod ſignificat obſeruare tempora vel horas: ſicut dicunt augures talis dies vel talis hora eſt bona ad tale opus incipiendum vel dimittendum. Alii vero dicunt q deriuatur a dictione עֲנָן Aanan. de qua infra dicetur.

מְעוֹנָה hitaculi. מְעוֹנוֹת

Habitacula. Intra.

מְעוֹנִים Habitatores.

עוֹנָה Tempus. עוֹנֵן

Hariolari. Augurari

Diuinare.

obſeruare. ſomnia.

עוף Vuph. volare. aduolare. caligare. obſcurare. deficere. laſſare. Deut. 4. vel auium ſub celo volantium. Iob. 20 Velut ſomnium aduolans non inuenietur. ps. 54. volabo & requieſcam. Ps. 89. Quoniam ſupernenit manſuetudo & corripiemur. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Quoniam tranſibimus cito & aduolabimus. Ps. 90. A ſagitta volante in die. Prouer. 23. ne erigas oculos tuos ad opes quas nõ potes habere: quia faciẽt ſibi pẽnas quaſi aquile: & volabũt in celũ. vbi ponitur etiam pro erigere. Eſa. 6. Et volauit ad me vn? de ſeraphim. & in eodem. 60. Qui vt nubes volant. Et aliquando ſcribitur cum duplici pe. vt Geñ. 1. Et volatile ſup terram. Pro quo hebrei legunt. Et volatile volitet ſuper terram. Eſa. 6. Et duabus volabat. Ezech. 32. Cum volare ceperit gladius meus ſuper faciem eorũ. Oſee. 9. Ephraim quaſi auis aduolabit. & aliquando ſcribitur ſine vau. Eſa. 11 Et volabunt in humeros philiſtiim. Zach. 5. Volumen volans. & inde מְעוּף Muaph. i. volitatio ſeu volãs. Eſa. 8. Et non poterit aduolare de anguſtia ſua. pro quo hebrei legunt. Quia non eſt volans ſiue quia non eſt volitatio cui eſt anguſtia vel tribulatio. Et eſt ſenſus ſicut in littera noſtra. Dañ. 9. Cito volans tetigit me. & inde עוֹף ooph. ideſt auis. volucris ſeu volatile. Geñ. 1. Et omne volatile ſecundum genus ſuum. Et in eodem. Aueſq; multiplicentur ſuper terram. Et in eodem. 6. De volucribus iuxta genus ſuũ. Leuit. 1. Siue de auib? holocauſtum obtulerit. Iob. 12. Et volatilia celi indicabunt tibi. Et in hebreo ponitur in predictis locis in numero ſingulari: & ponitur ſingulare pro plurali. Significat etiam predicta dictio עוף Vuph. caligare. vel obſcurare: ſecundum hebreos. Beatus hieronym? tranſtulit oriri. Iob. 11. Orieris vt lucifer. pro quo hebrei legunt. Si obſcuraberis: vt aurora eris. Quod exponunt ſic. obſcurum quod in te eſt: erit lucidum ſicut lumen matutinum. & inde עֲיָפָה Eepha. ideſt obſcurum vel nebuloſum Iob. 11. Terram miſerie & tenebrarum. ideſt terram obſcuram vel caliginoſam ſicut tenebre. Amos. 4. faciens matutinam nebulam. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מָעוּף mauph. Eſa. 8. Et ecce tribulatio & tenebre. & inde עֲפַף Aphaph. ideſt palpebra. & ſolum inuenitur in numero plurali. Iob. 16. Et palpebre mee caligauerunt. ps. 129. Et palpebris meis dormitationem. Hiere. 9. Et palpebre noſtre defluant aquis. Ponitur etiam pro ortu. ſcilicet aurore. Iob. 3. Expectet lucem & non videat: nec ortum ſur gentis aurore. Significat etiam predicta dictio עוף Vuph deficere vel laſſare aut ſitire. & tunc ſcribitur ſine vau vel cum iod in medio loco vau. Iudi. 4. Qui ſoporem morti ſocians defecit & mortuus eſt. 2. Reg. 21. Deficiente autem dauid. Ps. 63. In terra deſerta inuia & inaquoſa. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. In terra inuia & ſitiente ſine aqua. ps. 142. ſicut terra ſine aqua tibi. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit. Quaſi terra ſitiens ad te. Eſa. 29. Laſſus adhuc ſitit. vbi vtrunq; ſignificatum complectitur noſtra tranſlatio. ſcilicet laſſare & ſitire. & in eodem. 32. Et vmbra petre pro minentis in terra deſerta. ideſt in terra ſitiente. Hiere. 4. Quia defecit anima mea propter interfectos. vide etiam de hoc ſupra in dictione יָעַף Iaaph. & infra in dictione עָיֵף Aiaph.

עוף Volare. Aduolare

Erigere.

מוּעָף Volans. Volitatio.

עוֹף Volatile. Auis. Volucris.

oriri obſcurare

עֲיָפָה Tenebroſa nebula. Tenebre.

עֲפַף Palpebre

עֲפַף ortus

Deficere

Sitire

laſſare

עוּר vur. Excitare. ſuſcitare. vigilare. expergiſci. ſurgere. exſurgere. cõſurgere. ſuffodere. nudare. vel ſpoliare. exceCarevt Iudi. 5. Surge ſurge debbora: ſurge ſurge & loquere canticũ. i. expgiſcere expgiſcere. Iob. 40. Nõ q̃ſi crudelis ſuſcitabo eum. Ps. 7. Et exſurge ad me in precepto quod

עוּר Expgiſci ſuſcitare.

Exſurget.

© Biblioteca Nacional de España

Exſurgere. mandaſti.ps.43.Exſurge quare obdormis domīe.ps.57.
Exſurge gloria mea:exſurge pſalterium & cithara.Canti.
Vigilare. 5.Ego dormio & cor meum vigilat. Hiere. 25. Et turbo
magnus egredietur a ſūmitatibus terre.pro quo hebrei le-
gunt. Et turbo magnus exſurget a ſūmitatibus terre. Et in
conſurgef eodem.50.& reges multi conſurgent a finibus terre .Ioel.
3.Conſurgant & aſcendant gentes.Abach.3.ve qui dicit li
gno expergiſcere:ſurge lapidi tacenti.Zach.3. Quia con-
ſurrexit de habitaculo ſancto ſuo.Et quando eſt verbū ter-
tie coniugatiōis tunc ſcribitur cum iod in medio loco vau.
Suſcitare. z.Paralipo.36.Suſcitauit dominus ſpiritum cyri regis per
ſarum.ps.34.Exſurge intende in iudicio meo.ps. 77. &
non accendit omnem iram ſuam.pro quo hebrei legunt.
& non facit ſuſcitare vel non facit exſurgere omnem iram
ſuam.Eſa.41.Suſcitaui ab aquilone.vnde in aliquibus lo-
cis vbi in hebreo habetur עיר Iir.quod ſignificat ciuitatē:
vt infra dicetur:aliqui hebrei legunt.ſuſcitare vel exſurge-
re.ps.72.Domine in ciuitate tua imaginem eorum ad ni-
hilum rediges.pro quo ipſi legunt. Dominus in excitādo
vel in conſurgendo imaginem ipſorum contemnes. vnde
premittitur velut ſomniū ſurgentis. Oſee.7.Quicuit pau
lulum ciuitas.pro quo hebrei legunt.quieuit paululum ex
citans.Mich.6.Vox domini ad ciuitatem clamat.pro quo
hebrei legunt. Vox domini ad excitandum vel ad conſur-
gendum clamat.Et aliquando ſcribitur cum duplici res.ſ.
עוֹרֵר quando eſt verbum quarte coniugationis.& dī עוֹרֵר O-
Excitare. rer.ps.79.Excita potentiam tuam &veni.Iob.17.& inno
Suſcitare cens cōtra hypocritam ſuſcitatur. Et ī eodem.31.Et exulta
ui cum inueniſſet eum malum.pro quo hebrei legunt. Et
ſuſcitatus ſum cum inueniſſet eum malum.Canti.2. Ne ſu
ſcitetis neq3 vigilare faciatis dilectam.Eſa.10. & ſuſcitabit
ſuper illum dominus exercituum flagellum. Significat eti
leuare. ſci am vibrare ſeu leuare haſtam.1.Paralip.11. Ipſe leuauit ha
licet haſtā. ſtam ſuam contra trecentos vulneratos. Item ſignificat ſuf
Suffodere fodere.Eſa.23.Suffoderunt muros eius. Et quandoq3 du-
plicatur littera aim. Eſa.15.Clamorem contritionis leua-
bunt.pro quo hebrei legunt.Clamorem contritionis ſuſci
tabunt. & aliquando duplicatur littera res & littera aim &
dicitur עֲרַעַר Aaraar.Hiere.51.Murus babylonis ille altiſſi
Suffodere mus ſuffoſſione ſuffodietur.Significat etiam עֲרַעַר Aaraar
Humilis. Humilem ſeu vacuum.Ps.101.Reſpexit in orationem hu-
milium.Pro quo beatus hieronymus in pſ.iuxta he.ve.trā
Vacus. ſtulit.Reſpexit ad orationem vacui.Et aliqui hebrei ſecū-
dum primam ſignificationem legunt.Reſpexit ad oratio-
עֵר nem excitati vel excitantis.& inde עֵר Eer.idest excitans.p
quo beatus hieronymus tranſtulit magiſtrum.eo quod ex
Magiſter. citat mentem diſcipulorum.Malach.2.Magiſtrum & diſci
עִיר pulum de tabernaculo Iacob.& ide עִיר Iir.idest vigil.Dañ.
Vigil. 4.Vigil & ſanctus de celo deſcēdit.Et in plurali עִירִין Iirin
עִירִין Vt in eodem.In ſententia vigilum decretum eſt. Item עור
Vigiles. vr.idest nudare.ſeu expoliare.Eſa.32.Exuite vos & confū
עור demini.pro quo hebrei legunt.Et nudamini.Abach.3. Su
Nudare. ſcitans ſuſcitabis arcum tuum.pro quo hebrei legunt. Nu
מָעוֹר datione nudabis arcum tuum.& inde מָעוֹר Maor. ideſt nu
Nuditas. ditas.Abach.2.vt aſpiciat nuditatem eius.Et inde עַר Aar.
עֵר ſiue עִיר Iir.idest hoſtis ſiue aduerſarius:vel ille qui ſurgit
עִיר contra alium.1.Regum.28.Et tranſierit ad emulum tuum
Emulus. hoſtis. pro quo hebrei legunt.& tranſierit ad hoſtem vel inimicū
tuum.Ps.138.Accipient in vanitate ciuitates tuas. p quo
beatus hieronymus in pſal.iuxta he.ve. tranſtulit. Eleuati
Aduerſarius. ſunt fruſtra aduerſarii tui.Eſa.14. Nec implebunt faciem
orbis ciuitatum.pro quo hebrei legunt. Nec implebunt fa
ciem orbis hoſtium vel inimicorum.Hiere.15. niſi ſuper
ciuitatem repente terrorem.pro quo hebrei legunt.niſi ſu
per eam repente hoſtem & terrores.poteſt etiam legi ſicut
eſt in littera noſtra.nam communiter ſignificat ciuitatē:vt
infra dicetur in dictione עיר Iir.& in lingua chaldaica cō-
muniter ponitur pro hoſte.Dañ. 4. Et interpretatio eius
hoſtibꝰ tuis ſit.Item עֵר Aauar.ideſt cecare.excecare.Exo.
23.non accipies munera que etiā excecant prudētes.Deut.
16.Quia munera excecant oculos ſapientum.2.Regū.25.
Et oculos eius effodit.pro quo hebrei legūt. Et oculos eze
chie excecauit.& inde עִוֵּר Iiuer.ideſt.cecus. Exo.4.viden
tem aut cecum.Leuit.21.Si cecꝰ ſi claudus.Et in plu.עִוְרִים
Iiurim.2.Regū.3.niſi abſtuleris cecos & claudos. Eſa.42.
Et deducam cecos in viam.& in genere feminino עִוֶּרֶת A-
uereth.vt Leuit.22.Si cecum fuerit ſi claudum. & in plura-
li feminino עִוְרוֹת Iiudroth.Eſa.42. vt aperiret oculos ce
corum.Quod in hebreo legitur in genere feminino. & in
de עִוְרוֹן Iiuaron.ideſt cecitas.Deut.28.Percutiat te domi-
nus amentia & cecitate.Zach.12.Et omnem equum popu
lorum percutiam cecitate.Item עוֹר Oor.ideſt pellis.cutis.
Geñ.3.Fecit quoq3 dominus ade & vxori eius tunicas pel
liceas.pro quo hebrei legunt.Tunicas pellis.ideſt pelliceas
Leuit.4.Pellem vero & omnes carnes.Iob.2.Pellem pro
pelle & cuncta que habet homo dabit pro anima ſua. Et in
eodem.7.Cutis mea aruit & contracta eſt.Et in plu. עוֹרוֹת
Ooroth.Geñ.27.Pelliculaſq; hedorū circundedit manibꝰ
Exo.26.fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietū
Reperitur etiam in genere maſculino.Threñ. 1. Pelles no
ſtre quaſi clibanus exuſte ſunt.Item עור vur.in lingua chal
daica ſignificat fauillā ſeu paleas minutiſſimas. Dañ.2.&
redacta ſunt quaſi in fauillam ſtiue aree.
עוש Vus.Congregare.cōuenire. Beatus hieronymus trā
ſtulit.erumpere.Ioel.3.Erumpite & venite.pro q̄ he.
le.Congregamini & venite.& inde עָשׁ Aas.ideſt quedā col
lectio ſeu congregatio vel conſtellatio ſtellarum. pro quo
beatus hieronymus tranſtulit arcturum.Iob. 9. Qui facit
arcturum & oriona.& aliqui hebrei dicunt. q̄ ſignificat cō
gregationem ſtellarum circa caudam arietis. Scribitur eti
am cum iod in medio & dicitur עָיְשׁ áis.pro quo beatus hie
ronymus tranſtulit veſperum.Iob.28.Et veſperum ſuper
fines terre conſurgere facis.Pōitur etiam עָשׁ Aas pro tinea
Iob.4.Conſumētur velut a tinea.
עות Aauath.iniq3 agere.peccare. puertere . curuare . obli-
quū eſſe.tempus conſtituere.Eſter.1.non ſolū regē le
ſit vaſthi ſed & omnes principes. pro quo hebrei legunt.
non contra regem ſolum iniq3 egit ſeu peccauit vaſthi re-
gina.Ps.118.Confundantur ſuperbi quia iniuſte iniquita-
tem fecerunt in me Eccl's.7.Quod nemo poſſit corrigere
quem ille deſpexerit.pro quo hebrei legunt. Quis poteſt
corrigere vel rectificare quod ille curuauit: vel obliquare
fecit aut peruertit.& in eodem.12. Et nutabunt viri fortiſ
ſimi.ideſt curuabuntur vel obliquabunt.Threñ.3.vt peruer
teret hominem in iudicio ſuo.& inde מְעָוָּת meuuath. ideſt
iniquum ſeu peruerſum vel curruum.Eccl's.1.peruerſi diffi
cile corriguntur. Pro quo hebrei legunt. Iniquum ſeu per
uerſum vel curuum non poteſt corrigi vel non poteſt recti
ficari.ideſt difficile corrigitur vel rectificatur.& inde עָוָת A
uath.ideſt iniquitas.Threñ.3. vidiſti domine iniquitatem
illorum aduerſum me.Et inde נַעֲוָת naauath. ideſt iniqua
ſeu peruerſa.1.Regum.2.filius mulieris vltro virum rapiē
tis.Pro quo hebrei legunt.filius mulieris inique vel per-
uerſe & rebellis.Item עות vuth.ideſt tempus cōſtituere:vel
tempus cōgruum eligere ad aliquid agendum: vel vt mul
to tempore duret.pro quo btūs hieronymus tranſtulit ſu-

עֵר Excecare.
עִוֵּר cecus.
עִוְרִים cecī.
עִוֶּרֶת
עִוְרוֹת
עִוְרוֹן cecitas.
עוֹר Pellis
cutis
עוֹרוֹת Pellicule Pelles
עור Faullla
עש congregaf
עָשׁ Arcturus
עָיְשׁ Veſperus
עָשׁ Tinea
עות Iniq3 agef Iniquitas tem facere
curuare.
perucrtere
מְעָוָּת peruerſus.
עָוָת Iniquitas
נַעֲוָת Peruerſa.
עות

© Biblioteca Nacional de España

Sustētare Tēpus cōstituere.

ftentare. Esa.50. Dominus dedit mihi linguam eruditam vt sciam sustentare eum qui lassus est verbo. Pro quo hebrei legunt. Vt sciam tempus constituere lasso: verbo. idest vt sciam quo tempore erudire debeam lassum verbo. Et in

עֵת Tempus.

de עֵת Eth.1. Tempus siue hora. Geñ.24. Eo tempore quo solent mulieres egredi. Et in eodem.29. Nec est tempus vt recludantur ad caulas greges. Leuit.26. Dabo vobis pluuias in tempore suo. Ios.5. Eo tempore ait dominus ad ioſue.4.Reg.4. In hac eadem hora. Ruth.2. Quando hora vescendi fuerit. ps.118. Tempus faciendi domine. Eccl's.3. Omnia tempus habent. Et in eodem. Tempus nascendi & tempus moriendi. Et in eodem.7. Ne moriaris in tempore non tuo. Et in eodem.8. Tempus & responsionem cor sapientis intelligit. & in eodem.9. Nescit homo finem suum. Pro quo hebrei legunt. Nescit homo tempus suum. i. tempus determinatū vite suę. Esa.14. Prope est vt veniat tempus eius. Ezech.7. Venit tēpus appropinquauit dies. Et in

Hora

plurali עִתִּים Iithim. i. Paralipo.12. De filiis quoq; issachar qui nouerāt singula tempora. & in eodem.29. Et temporū que transierunt sub eo. Nec.13. In temporibus constitutis & in primitiis. Ester.1. Interrogauit sapientes qui ex more regio semper ei aderant. Pro quo hebrei legunt. Interrogauit sapiētes scientes horas vel tempora. Iob.24. Ab omnipotente non sunt abscondita tempora. Esa.33. Et erit fides in temporibus suis. Ezech.12. Et in tempora lōga iste prophetat. Reperitur etiam עִתּוֹת Iithoth. secundum terminationem femininorum. ps.9. Adiutor in opportunitatibus in tribulatiōe. & in eodem. Despicis in opportunitatib⁹ in tribulatione. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Despicis in temporibus angustie. ps.30. In manu tua sortes mee. Pro quo beatus hieronymus transtulit. In manu tua tēpora mea. Et inde עִתִּי Iithi. Pro quo beatus hieronymus transtulit paratum. Leuit.16. Emittet illum per hominē paratum in deserto. i. per hominē assuetum qui multis temporibus abiit in illum desertū: sicut exponunt hebrei. Et inde עַתָּה Aatha. aduerbium temporis. i. nunc. modo. Geñ.3. Nunc ergo ne forte mittat manū suam Et in eodem.22. Nunc cognoui q timeas dominum. Et in eodem. 29. Nunc quoq; copulabitur mihi maritus meus. Nu.24. Videbo eum sed non modo.3. Reg.1. Ecce nunc Adonias regnat. ps.12. Nunc exurgam dicit dñs. Esa.29. Non modo confundetur Iacob. Dañ.10. Nihil enim in me remansit virīū. Pro quo hebrei legunt. Et ego a modo non remansit in me virtus

Hore

Tempora.

עִתּוֹת Tempora.

עִתִּי Paratus.

עַתָּה Nunc.

Modo.

עֵז Eez. capra. Et est promiscui generis. quia accipitur tam pro masculo ♂ pro femina. Geñ.15. Sume inquit mihi vaccam trienē & capram trinā. Leuit.3. Si capra fuerit eius oblatio. Et ī purali עִזִּים Iizim. Geñ.30. Et separauit in die illa capras & oues. & in eodem.32. Capras ducentas hircos viginti. Exo.26. Facies & saga cilicina. idest saga de pilis caprarum. 1. Reg.25. Ouium tria millia & mille capre. Et inde עֲזָאזֵל Aazazel. Pro quo beatus hieronymus transtulit caprum emissarium. vt Leuit.16. Et alterā capro emissario. Et est dictio cōposita ab עֵז Eez. i. caper. & אָזַל Aazal idest abiit. Et aliqui hebrei dicunt q est nomen deserti ad quod caper emittebatur & q ab eo nomen acceperit. Alii vero dicunt q deriuatur a dictione sequenti: & q significat desertum asperum atq; saxosum.

Capra.

עִזִּים Capre.

עֲזָאזֵל caper emissarius.

עָזַז Aazaz. fortificare. roborare. confortare. prevalere. impudentē seu procacissimū esse. Et cōmuniter scribitur cum simplici zaim. Iudi. 6. Et oppressi sunt valde ab eis. Pro quo hebrei legunt. Et fortificata est siue inualuit manus Madian contra israel. Et beatus hieronymus transtulit sensum. ps.51. Et prevaluit in vanitate sua. ps.67. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis. Eccl's.7. Sapientia confortauit sapientem. Esa.30. Expectantes auxilium in fortitudine pharaonis. Pro quo hebrei legūt. Ad fortificandum se in fortitudine pharaonis. Significat etiam librare. Prouer.8. Et librabat fontes aquarū. Sed etiā in predicto loco hebrei legūt. Et fortificabat fontes abyssi. Et inde עַז Aaz. i. fortis. Esa.19. Et rex fortis dñabitur eorū. Et ī plurali עָזִּים Aazim. ps.58. Irruerunt in me fortes. Et inde עֹז Iizuz. idest fortis seu fortitudo. aut virtus. ps.23. Dominus fortis & potens. ps.77. Et virtutes eius & mirabilia eius que fecit. ps.154. Et virtutem terribilium tuorum dicent. Esa.42. Effudit super eum indignationem furoris sui & forte bellum. Et communiter scribitur cum simplici zaín & dē עז Oz. siue עזּ Vuz. vt Exo.15. Fortitudo mea & laus mea dñs. ps.21. Dñs in virtute tua letabitur rex. ps. 27. Dominus diutor meus & protector meus. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Dominus fortitudo mea & scutum meum. Et in eodem. Dominus fortitudo plebis sue. ps.28. Dominus virtutem populo suo dabit. ps.115. Laudate eum in firmamento virtutis eius. Ponitur etiam pro imperio. Geñ.49. Maior ī donis & maior in imperio. 1. Reg.2. Et dabit imperium regi suo. Scribitur etiam cum mē in principio & dicitur מָעוֹז Maoz Esa.17. Et erunt ciuitates fortitudinis eius derelicte. Et in eodem.23. Quia deuastata est fortitudo vestra. & in eodem 30. Et erit vobis fortitudo pharaonis in confusionē. Hiere. 16. Dominus fortitudo mea & robur meum. Scribitur etiā cum nun post litteram zaín. Esa.23. Vt contereret fortes eius. Ponitur etiam מָעוֹז Maaoz pro petra. Iudi. 6. Tolle carnes & azymos panes & pone supra petram illam. Et inde dicunt aliqui hebrei q deriuatur עֲזָאזֵל Aazazel. & q significat desertum: asperum atq; saxosum. De quo dictum est in dictione p̄cedenti. Item עַז Aaz. idest impudens: seu procacissimus. Deut.28. Gentem procacissimam. Scribitur etiam cum nun in principio & dicitur נעז Noaz. Esa.33. Populum imprudentem non videbis. debet legi impudentē. Prouer.7. Et procaci vultu blanditur dicens. Inde עַזְנִיָּה Oznia. nomen auis īmunde. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Halietū. Leuit.11. Gryphum & halietum.

Fortis.

עֲזִּים Fortes.

עֹז Fortis. Virtus.

עזּ

עוֹז Fortitudo

Imperiū. מָעוֹז Fortitudo

Petra. עֲזָאזֵל

עַז Procacissima נעז

Impudēs. עַזְנִיָּה

Halietus. עָזַב

עָזַב Aazab. relinquere. derelinquere. dimittere. adiuuare. subleuare. fortificare. Geñ.2. Quam ob rem relinquet homo patrem suum & matrem. & in eodem.28. Nec dimittam te nisi compleuero vniuersa que dixi. Exo.9. Et dimisit seruos suos & iumenta in agris. Nume.10. Noli inquit nos relinquere. Ruth.2. Quod reliqueris parentes tuos. 4. Reg.2. Viuit dominus & viuit anima tua quia non derelinquam te. & in eo.9. A die qua relinquit terram. Nec. 4. Nū dimittent eos gentes. & in eodem.13. Quare dereliquimus domum dei. Iob.10. Dimittam aduersum me eloquium meum. & in eodem.18. Nunquid propter te derelinquetur terra. ps.9. Tibi derelictus est pauper. ps.21. Quare me dereliquisti. ps.36. Et non vidi iustum derelictum. Esa. 6. & multiplicabitur que derelicta fuerat. & in eodem.7. Derelinquetur terra quam tu detestaris. & in eodem.17. Derelicte ciuitates Aroer: gregibus erunt. Et in eodem.32 Multitudo vrbis relicta est. & in eodem.62. Non vocaberis vltra derelicta. Significat etiam adiuuare vel subleuare. Exo.23. non pertransibis: sed subleuabis cum eo. Pro quo hebrei legunt. & deseris adiuuare eum: adiuuando adiuuabis cum eo: vel subleuando subleuabis cum eo. vel secundum primam significationem potest legi sic. Dimittens dimittes cum eo. idest dimittes odium quod habebas

Relinq̄re. Dimittere

derelinq̄re

Subleuar Adiuuare

© Biblioteca Nacional de España

in corde tuo cum eo. Et sic est in translatione chaldaica. Significat etiam secundum hebreos fortificare vel roborare. Nec.3. Et dimiserunt ierusalem vsq; ad murum platee latioris. ideſt extenderuut murum eius. vt exponit Nicolaus de lyra. Pro quo hebrei legunt. Et fortificauerunt. ideſt munierunt ierusalem vsq; ad murum platee latioris. Hiere. 25. Dereliquit quasi leo tabernaculum suum. Et in eodem. 49. Quomodo dereliquerunt ciuitatem laudabilem. Pro quo hebrei legunt. Quomodo non fuit fortificata ciuitas laudabilis. Potest etiam legi sic. Quomodo non fuit derelicta ciuitas laudabilis. ideſt quomodo non fuit derelicta ab obsidione. Et inde עָזוּב Aazub. ideſt dimissus vel residuus. Deut.32. Clausi quoq; defecerunt: residuiq; consumpti sunt. Vbi pro clausis ponitur עָצוּר Aasur. quod significat retentum. vel seruatum aut clausum. & pro residuis ponitur עָזוּב Aazub. quod significat dimissum vel derelictum. Et dicunt aliqui hebrei q; per עָצוּר Aasur intelligitur substantia argenti & auri quam homo retinet & claudit apud se. Et per עָזוּב Aazub intelligitur substantia pecoris & armenti. Et eadem verba habentur. 4. Reg. 14. Vbi dicitur & q; consumpti essent vsq; ad clausos carceris & extremos. Vbi pro clausis carceris ponitur עָצוּר Aasur. & pro extremis ponitur עָזוּב Azub. & inde עָזְבֹן Iizebon. ideſt mercatus siue mundine. Ezech.27. Proposuerūt in mercato tuo. & in eodem. Argento: ferro: stanno: plūboq; repleuerunt nundinas tuas.

Fortificar. — עָזוּב Residuus. — Extremus — עָזְבֹן Mercatus Mundine.

עָזַק Aazac. sepire. Esa.5. Et sepiuit eam & lapides collegit ex ea. Et solum inuenitur in predicto loco. Item עָזְקָא Iizca. siue עָזְקְתָא Iizchetha. in lingua chaldaica significat annulum. Dañ.6. Quē obsignauit rex annulo suo & annulo optimatum eius.

Sepire. — עָזְקָא עָזְקְתָא Annulus.

עָזַר Aazar. auxiliari. adiuuare. auxilium prebere. Genē. 49. Deus patris tui erit adiutor tuus. ideſt auxiliabitur tibi. 1. Reg.7. Huc vsq; auxiliatus ē nobis dominus. 3. Reg.1. Qui adiuuabant partes adonie. 2. Paralipo.26. Adiuuit eū dominus contra philistiim. Et in eodem. Vt adiuuarent regi contra inimicum. Et in eodem. Eo quod auxiliaretur ei dominus. Pro quo heberi legunt. Quia mirabiliter adiutus est. Et in eodem.28. Dii regum syrie auxiliātur eis. Et in eodem. Et aderunt mihi. ideſt auxiliabuntur mihi. ps.27. In ipso sperauit cor meum & adiutus sum. Ps. 45. Adiuuabit eam deus mane diluculo. Esa.41. Vnusquisq; prixímo suo auxiliabitur. Et in eodem. Confortaui te & auxiliatus sum tibi. Et in eodem. 50. Dominus deus auxiliator meus erit. ideſt auxiliabitur mihi. Dañ. 11. Cum q; corruerint subleuabuntur auxilio paruo. ideſt adiuuabuntur. Et inde עֹזֵר Oozer. ideſt auxiliator siue adiutor. Esa.31. Et corruet auxiliator. Et inde עָזוּר Aazur. ideſt adiutus siue ille cui prestatur auxilium. Esa.31. Et cadet cui prestatur auxilium. Et inde עֶזֶר Eezer. ideſt adiutorium siue auxilium. Genē. 2. Faciamus ei adiutorium simile sibi. Deut.33. Et adiutor illius contra aduersarios eius erit. Pro quo hebrei legunt. Et adiutorium eius. ps.123. Adiutorium nostrum in nomine domini. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur עֶזְרָה Eezra. ps. 45. Adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Auxilium in tribulationibus inuentus est validum. Iob.6. Ecce non est auxilium mihi in me. Et inde עֲזָרָה Aazara. ideſt atrium templi in quo implorabant auxilium diuinum. Sicut exponunt hebrei. Beatus hieronymus transtulit crepidinem. Ezech.43. Et de sinu terre vsq; ad crepidinē nouissimā. Et in eodem. Et a crepidine minori vsq; ad crepidinē maiorē. & in eodem. Et crepido quattuordecim cubitorum erat.

auxiliator. — עָזוּר — עֶזֶר Adiutorium — עֶזְרָה auxilium. — עֲזָרָה Crepido.

עֵט Eet. stilus. calamus. Iob.19. Stilo ferreo & plumbi lamina. Ps.44. Lingua mea calamus scribe velociter scribentis.

Stilus. Calamus. — עֵט

עָטָה Aata. inuoluere. induere. operire. contexere. amicire. diuertere. vagari. Leuit.13. Os veste contectum Pro quo hebrei legunt. Et super labia inuoluat vel cooperiat: Et est sensus sicut in littera nostra. Ps.83. Etenim benedictionem dabit legislator. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Benedictione quoq; amicietur doctor. ps.103. Amictus lumine sicut vestimento. ps.108. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur. Et in eodem. Et operiantur sicut diploide confusione sua. Esa.22. Et quasi amictum subleuabit te. Pro quo hebrei legunt. Et amicies amiciet te. siue inuoluens inuoluet te. Hiere.43. Et amicietur terra egypti: sicut amicitur pastor pallio suo. Ezech.21. Amicti ad cedem. Et inde מְעִטֶּה Maate. ideſt pallium siue amictum. Esa.61. Pallium laudis pro spiritu meroris. Significat etiam predicta dictio diuertere seu vagari. 1. Reg.15. Sed versus ad predam es. ideſt diuertisti ad predam. Canti.1. Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Et aliqui hebrei secundum primam significationem legunt. Ne sim sicut inuolutа vel cooperta post greges vel super greges sodalium tuorum. Et Origenes super cantica legit sic. Ne quando fiam sicut coopertus super greges sodalium tuorum. Ponitur etiam pro auersari. 1. Reg.25. Et auersatus est eos. & aliqui hebrei dicunt q; deriuatur a dictione עַיִט Aáit. de quo infra dicetur in suo loco.

Inuoluer. — Amicire. — Operire — מְעִטֶּה Pallium. — Diuertere Vagari. — auersari. — עַיִט

עַטַלֵף Aataleph. vespertilio. Leuit.11. Vespertilionem & vpupam. Et in plurali עֲטַלֵּפִים Aatalephim. Esa. 2. Vt adoret talpas & vespertiliones.

vespertilio — עֲטַלֵּפִים vespertiliões

עָטִין Aatin. viscera. secundum translationem nostram. Iob 21 Viscera eius plena sunt adipe. Hebrei tamen dicunt q; significat vas in quo lac mulgent. Et pro adipe hebrei legunt lacte: nam eisdem litteris vtrunq; scribitur in hebreo.

Uiscera. — עָטִין

עָטַף Aataph. deficere. anxiari. mestum esse: cooperire. inuoluere seu occultare. serotinum seu posteriorē esse. ps.60. Anima eorum in ipsis defecit. ps.141. In deficiendo ex me spiritum meum. ps. 142. Et anxiatus est super me spiritus meꝰ. Et in titulo. ps.101. Vbi dicitur oratio pauperis cum anxiaretur. Threñ.2. Cum deficeret paruulus & lactens. Et in eodem. Cum deficerēt quasi vulnerati. Et in eodem. Qui fame pereunt in capite omnium compitorum ideſt qui fame deficiunt. Significat etiam cooperire vel inuoluere. vt Iob.23. Si me vertam ad dexteram non videbo illum. Pro quo he.le. Inuoluetur siue coopietur ad dexterā & nō videbo. quasi dicat. si in pte dextera. i. in pte meridionali coopuerit vel occultauerit se non videbo eum. ps.72. Operti sunt iniquitate & impietate sua. ps.64. Et valles abundabunt frumento. Pro quo hebrei legunt. Operientur frumēto. Esa.57. Quia spiritus a facie mea egredietur. Pro quo hebrei le. quia spiritus a facie mea inuoluetur vel cooperietur. Alii vero secundum primam significationem legunt. Quia spiritus a facie mea anxiatur. ideſt orat cum anxia & gemitu. Inde מְעַטְפוֹת Moatiphoth. ideſt palliola. Esa.3. Mutatoria & palliola & linteamina. Item עֲטַף Aataph. ideſt serotinū seu posteriorem esse. Genē.30. Quā do vero serotina admissura erat & conceptus extremus

Deficere. anxiari. — Inuoluer. — Operire. — Egredi. — מְעַטְפוֹת Palliola. — עֲטַף Serotinū esse

© Biblioteca Nacional de España

non ponebat eas. & in eodem factaq; sunt ea que erant sero tina laban: & que primi temporis iacob.

עטר Lingere i modū corone. Coronare.

עָטַר Iter.coronare.circuire.s.in modū corone.1.Reg.23. In modum corone cingebant Dauid & viros eius. ps.5. vt scuto bone voluntatis tue coronasti eum.ps.8.Gloria & honore coronasti eum.ps.64. Benedices corone anni benignitatis tue. Pro quo hebrei legunt. Coronasti annum bonitate tua. Beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Voluetur annus in bonitate tua. ps. 102. Qui coronat te misericordia & miserationibus. Cāti.3. In diademate quo coronauit eum mater sua. Et inde עֲטָרָה Aatara. idest corona seu diadema. vt in pdicto loco.& Ps. 21. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Pro uer.4. Corona inclyta proteget te. Esa.28. Pedibus concul cabitur corona superbie. Ezech.1. Aufer cidarim: tolle coronam. Et in plurali עֲטָרוֹת Aataroth. Zach.6. Et facies coronas & pones in capite iesu. Et inde מַעֲטָרָה Maatira. idest coronata. Esa.33. Quis cogitabit hoc super tyrum quō dam coronatam.

עָטָרָה Corona.

עטרות Corone. מַעֲטָרָה

עטש Sternutare עי Aceruus. עִטֵּשׁ Aatas.sternutare.Iob.41. Sternutatio eius splendor ignis.& solum inuenitur in predicto loco.

עיב Obtegere caligine. Nubes. עִי Ii. aceruus.s. lapidum. de quo vide infra in dictione עִיָּה Aaia.

עִיב Aaiab. obnubilare. obtenebrare. caligine obtegere. Threñ.2. Quomodo obtexit caligine. Et inde עָב Aab idest nubes. caligo.3. Reg.18. Et ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Prouer.6. Quasi imber serotinus. idest sicut nubes serotini imbris. Esa. 14. Ascēdam super altitudinem nubium. Quod in hebreo legitur singulariter. scilicet super altitudinem nubis. Et in eodem.18. Sicut nubes roris in die messis. Et in eodem. 19. Ecce dominus ascendet super nubem leuem. Ponitur etiam pro caligine. Exo.19. Iam nuc veniam ad te in caligine nubis. Et in plurali עֲבִים Aabim. Iudi.5. Celiq; ac nubes stillauerūt aquis. Reperitur etiam עָבוֹת Aaboth. secundum terminationem femininorum.2. Reg.23. Mane absq; nubibus rutilat. ps.76. Multitudo sonitus aquarū. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Excusserunt aquas nubila. Significat etiam loca ardua & inaccessibilia ad similitudinem nubium. Hiere. 4. Ingressi sunt ardua ascenderunt rupes.

Caligo עֲבִים Nubes עָבוֹת Nubes Nubila Ardua.

עִיָּה Aceruus. מֵעִי עִי cōsumptio עִיִּים acerui. Aaia.aceruus.s.lapidum. siue deuastatio. Et scribitur sine he.& dicitur עִי Ii.Michee.1. Et ponam ierusalem quasi aceruum lapidum. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מֵעִי Mei. vt Esa.29. Et erit sicut a ceruus lapidum in ruina. Ponitur etiam עִי Ii. pro deuastatione. vel consumptione. Iob.30. Verūtamen non ad consumptionem eorum emittit manum. Et in plurali עִיִּים Iim. ps.78. Posuerunt ierusalem in pomorum custodiam. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Posuerunt ierusalem in aceruos lapidum. Mich.3. Et ierusalem quasi aceruus lapidum erit. Quod in hebreo legitur pluraliter. s. quasi acerui lapidum.

עזז cōgregare confugere עָזַז Aaiaz. congregare. confugere. Exo.19. Mitte ergo iā nunc & congrega iumenta tua. Significat etiam confugere: secundum hebreos. Esa.10. Migrauit medemena: habitores gabim confortamini. Pro quo hebrei legunt. Habitatores gabim confugite. Potest etiam legi congregamini: scilicet in arcem vel munitionem. Hiere.4. Confortamini nolite stare. Pro quo hebrei legūt. Congregamini vel confugite. scilicet in arcem vel in munitionem. Et in eodem. 6. Confortamini filii Beniamin in medio ierusalem. Pro quo hebrei legunt. Confugite filii Beniamin de medio ierusalem. Potest etiam deriuari a dictione עֲזָז Aazaz que significat confortare. vt supra dictum est.

עיט Volucris. Auis. עַיִט Aait. auis. volucris. & solum inuenitur in numero singulari. Et ponitur aliquando singulare pro plurali. Geñ.15. Descenderunt volucres super cadauera. Esa. 18. Et relinquentur simul auibus montium. Et in eodem. Et estate perpetua erunt super eum volucres. Et in eodem. 46. Vocans ab oriente auem. & sic est in bibliis nostris correctis. s. auem. & dicitur de cyro rege persarū: qui dictus est auis propter eius velocitatem. Hiere.12. Nunquid auis discolor hereditas mea mihi: nunquid auis tincta per totum. Ezech. 39. Auibus omniq; volatili. Et inde dicunt aliqui q deriuatur verbum עָט Aat.i.abigere ad similitudinem auium.1. Reg.25. Et auersatus est eos. Pro quo ipsi legūt. & abegit eos. siue inuectus est in eos.

עט Abigere.

עים Fortitudo עַיִם Aaiam. fortitudo. Esa.11. In fortitudine spiritus sui. & solum inuenitur in predicto loco.

עין Oculus עַיִן Aain. siue עֵין Een. oculus. aspectus. color. fons. Exo. 21. Oculum pro oculo. Deut.33. Habitabit israel confidenter & solus oculus iacob. Et in eodem.34. Non caligauit oculus eius. Iob.10. Ne oculus me videret. Prouer.30. Oculum qui subsānat patrem. Esa.52. Oculo ad oculum videbunt. Zach.9. Quia dominus est oculus hominis. Ponitur etiam pro aspectu vel superficie. Exo.10. Que operiet superficiem terre. Pro quo hebrei legunt. aspectum vel colorem terre. Et in eodem. Operueruntq; vniuersam superficiem terre. Leuit.13. Et siquidem lepra vltra creuerit nec transierit in cute priores terminos. Pro quo hebrei legunt. Et ecce plaga in colore vel aspectu suo steterit: nec creuerit plaga in cute. Et in eodem. Et cum viderit faciem quidem pristinam non reuersam. idest colorem vel aspectum plage pristinum. Nume.11. Erat autem man quasi semen coriandri coloris bdelii. Pro quo hebrei legunt. Et man quasi semen coriandri albū. s. erat: & color eius sicut color bdelii. Prouer.23. Cū splenduerit in vitro color eius. Ezech.1. Quasi species electri. idest quasi aspectus electri. & in codē. Et scintille quasi aspectus eris candentis. Et in eodē. Quasi visio lapidis sapphyrini. idest q̄si aspectus lapidis sapphyrini. Et i plurali עֵינַיִם Eenaim. siue עֵינֵי Eene. Geñ.3. q̄ bonum esset lignum ad vescendū & pulchrum oculis. & in eodem. Hoc erit tibi velamen oculorum. Nu.10. Et eris ductor noster. Pro quo hebrei legunt Et eris nobis pro oculis. Sed beatus hieronymus transtulit sensum. Deut.11. Et inter oculos vestros collocate. z. Paralipo.16. Oculi enim domini contemplantur vniuersam terram. Iob.21. Videbunt oculi eius interfectionem suam. Ps.33. Oculi domini super iustos. Esa.3. Vt prouocarent oculos maiestatis eius. Et in eodem.33. Regem in decore suo videbunt oculi tui. Ezech.6. Et oculi eorum formicantes. Zach.3. Super lapidem vnum septem oculi sunt. & est tam generis masculini quam feminini vt patet in locis predictis. Et inde verbum עִין Iien. idest intueri. aspicere. siue oculos in aliquem inijcere.1. Reg.28. Non rectis igitur oculis saul aspiciebat Dauid. Ponitur etiam עֵינַיִם Eenaim pro biuio itineris. eo quod ibi viator apertis oculis aspicit quod iter capiat. Geñ.38. Sedit in biuio itineris. Pro quo hebrei legunt. Sedit in porta oculorum siue in apertura oculorum. Et in eodem. Vbi est meretrix que sedebat in biuio. vbi pro biuio ponitur עֵינַיִם Eenaim. Item עַיִן Aain. siue עֵין Een. idest fons. Geñ.14. Et vene-

עין Aspicere עֵינַיִם Biuium עַיִן עֵין

© Biblioteca Nacional de España

runt vsq; ad fontem mesphat. Et in eodem. 24. Ecce ego sto prope fontem aque. Iudi. 15. Fōs inuocatis de maxilla.

Tetendit arcum suum quasi inimicus. Et in plurali צָרִים Sarim. ps. 26. Ne tradideris me in animas tribulatiũ me. Esa. 9. Eleuabit dñs hostes rasin sup eum. & in eo. 26. Et ignis hostes tuos deuoret. scribitur etiã cũ duplici res & dr צָרַר Sorer. Ester. 9. Extra decẽ filiorũ Amã agagites hostis iudeorũ. & i plurali צָרְרִים Sorerim. Nu. 25. Quia ipsi hostiliter egerunt cõtra vos. Pro quo he. le. Quia ipsi hostes fuerunt vobis. Esa. 11. Et hostes iuda peribũt. Vide etiã de hoc infra in dictiõe צָרַר Sarar. Et inde צָרָה Sara. i. angustia: vel tribulatio. Iob. 27. Cũ venerit super eũ angustia. ps. 9. Despicis in opportunitatib9 in tribulatione. Hiere. 4. Vocem enim quasi parturientis audiui: angustiã vt puerpere. Zach. 8. Nec egredienti erat pax pre tribulatione. & in eo. 10. Et trãsibunt in maris freto. Pro quo he. le. Et transibit in mari angustia vel tribulatione. Põt etiã legi sic. Et transibit in mari angusto. Quod est idẽ sensus cũ littera nra. Hiere. 6. Tribulatio apprehendit me. Ponitur etiã pro emula vel inimica 1. Reg. 1. Affligebat quoq eã emula eius. Et in plurali צָרוֹת Saroth. Iob. 6. In sex tribulationibus liberabit te. Esa. 65. Qui obliuioni tradite sunt angustie priores. Et inde מָצוֹר Masor. i. obsidio. siue machina que fit ad obsidendas vrbes. Deut. 20. & extrues machinas donec capias ciuitatẽ. Et in eo. 28. In angustia & vastitate qua opprimet te hostis tuus. p quo hebrei legunt. In obsidione & angustia. Hiere. 10. Cõgrega de terra cõfusionẽ tuã: que habitas in obsidione. Ezech. 4. Et ordinabis aduersus eã obsidionẽ. Et in eo. Donec cõpleas dies obsidionis tue. Et in plurali מָצֹרוֹת Masuroth. Esa. 29. Et monumẽta ponã in obsidione tua. Pro quo hebrei legunt. Et statuã contra te obsidiones. Ponitur etiam pro munitiõe tam in singulari q in plurali: eo quod ciuitas munita non potest capi nisi longa obsidione & extructiõe machinarum. 2. Paralipo. 11. Ciuitates muratas habẽtes portas & vectes. i. munitas. & in eodem. Et edificauit ciuitates muratas in iuda. Pro q hebrei legũt. Et edificauit ciuitates pro munitione. ps. 59. Quis deducet me in ciuitatem munitã. Abach. 2. Et figam gradum super munitionẽ. Zach. 9. Et edificauit tyrus munitionem sibi. Scribitur etiã cum he in fine. 2. Paralipo. 14. Edificauit quoq vrbes munitas in iuda. Pro quo hebrei legũt. Et edificauit vrbes munitionis in iuda. Naũ. 2. Qui custodiat obsidionẽ. Pro quo he. le. Qui custodiat munitionẽ. Potest etiam legi sicut est in littera nra. ponitur ẽt pro aggere. Esa. 19. Attenuabuntur & siccabuntur omnes riui aggerũ. Significat etiam predicta dictio צוּר Sur ligare. Deut. 14. Et in precium rediges portabisq manu tua. Pro quo he. le. Et dabis pro argẽto: & ligabis seu includes argẽtũ in manu tua. 4. Reg. 5. Ligauit q duo talẽta argenti in duobus saccis. Esa. 8. Liga testimoniũ: signa legẽ. Ezech. 5. & ligabis eos in sũmitate pallii tui Itẽ ponitur pro effundere. 4. Reg. 12. Effundebãtq & numerabant pecuniã. Sed etiã in predicto loco hebrei legunt ligabantq. i. postq numerabant: ligabãt pecuniã. & est ordo ppositus. Significat etiã formare seu figurare. Exo. 32. Formauitq opere fusorio. ps. 138. Tu formasti me. Canti. 8. Si ostium est cõpingamus illud tabulis cedrinis. i. figuremus vel formemus illud. Hebrei tñ secundũ pcedẽtẽ significationẽ legũt. muniamus illud tabulis cedrinis. Esa. 43. Creãs te iacob: et formãs te israel. De quo vide etiã supra in dictione יָצַר Iasar. Et inde צוּרָה Sura. i. forma vel figura. aut exemplar. ps. 48. Et auxiliũ eorum veterascet in inferno. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Et figura eorum conteretur in infernum. Ezech. 43. Et erubescant ex omnibus que fecerunt: figuram domus & fabrice eius. Et in plurali צוּרוֹת Suroth. vt in eodem. Et in omnem descriptionem eius. Pro quo hebrei legũt. Et in oẽs figuras eius. Item צוּר Sur. i. petra. saxum. silex. Exo. 17. En ego stabo ibi coram te supra petram. & in eodẽ. Percutiesq petrã. Iob. 14. Et saxum trãsferetur de loco suo. Et in eodem. 18. Et trãsferetur rupes de loco suo. Esa. 2. Ingredere in petrã. Ezech. 3. Vt adamantem & silicem dedi faciem tuam. Et alibi qñ scribitur sine vau & dr צַר Sar. Esa. 5. Yngule equorum eius vt silex. Ponitur etiã צוּר Sur. pro forti. 1. Reg. 2. Et nõ est fortis sicut deus noster. Esa. 26. Sperastis in domino in seculis eternis: in dño deo forti in perpetuũ. Ponitur etiam צוּר Sur. pro deo. Deut. 32. Dei pfecta sunt opera. Et in eo. Deum qui te genuit dereliquisti. & in eodẽ. Nõne ideo quia deus suus vendidit eos. & in eo. Nõ enim est deus noster vt dii eorum. Et in plurali צוּרִים surim. i. fortes vel robusti seu petre aut rupes. 2. Reg. 2. Et vocatum est nomen loci illius ager robustorum. Esa. 2. Et intrabunt in speluncas petrarũ. Naũ. 1. Et petre dissolute sunt ab eo. Reperitur etiã צוּרוֹת Suroth. Iob. 28. In petris riuos excidit. Ponitur etiã צוּר Sur. pro petra acutissima vt gladius: seu pro gladio vel pro cultro. Exo. 4. Tulit illico sephora acutissimã petram. Ios. 5. Fac tibi cultros lapideos. ps. 88. Auertisti adiutoriũ gladii eius. Pro quo hebrei legũt. Auertisti acumen seu aciem gladii eius. Sed beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem trãstulit. Auertisti robur gladii eius. Vbi ponitur pro roborc. Et inde צִיר Sir cum iod in medio loco vau. idest legatus siue nuncius. Prouer. 25. Sicut frigus niuis in die messis ita legatus fidelis. Hiere. 49. Et legatus ad gentes missus sum. Et in abdia. Et legatum ad gentes misit. Et in plurali צִירִים sirim. Esa. 18. Qui mittit in mare legatos. Et in eodem. 57. Et misisti legatos tuos procul. Ponitur etiam pro doloribus vel angustiis. 1. Reg. 4. Irruerant enim in ea dolores. Esa. 13. Torsiones & dolores tenebunt. Et in eodem. 21. Et angustia possedit me quasi angustia perturiẽtis. Quod in hebreo legitur in plurali. s. angustie vel dolores possederunt me quasi dolores parturientis. Ponitur etiam pro erroribus. Esa. 45. Abierunt in confusionem fabricatores errorum. hebrei tamen legũt. fabricatores idolorum. ponitur etiam pro compagibus. Dañ. 10. In visione tua dissolute sunt compages mee. Vnde illud. 1. Reg. 4. vbi dicitur irruerant enim in ea dolores. Aliqui hebrei legunt dissolute fuerant in ea compages ei9. Ponitur etiam צִיר Sir. pro cardine. Prouer. 26. Ostium vertitur in cardine suo. Item צָוַר sauar. i. collũ. cervix. Nee. 3. Optimates autem eorum nõ suppposuerunt collum suũ in opere dñi sui. & cõmunitef scribitur cum aleph post vau. vt Genẽ. 41. & collo torquẽ aureã circũposuit. Esa. 8. Vsq ad collum veniet. Et in plurali צַוָּארִים sauarim. sive צַוָּארֵי sauare. Iudi. 5. Et supellex varia ad ornanda colla congeritur. Hiere. 27. Subiicite colla vestra sub'iugo regis babylonis. Reperitur etiam צַוָּארוֹת Sauaroth secundum terminationem pluralem femininorũ. Mich. 2. vnde non auferatis colla vestra. Et sepe ponitur in plurali licet loquatur de vno homine. Genẽ. 33. Stringensq collum eius. & in eodem. 45. Cũq amplexatus recidisset in collũ beniamin. Et in eodem. Illo quoq similiter flente super collum eius. Scribitur etiam sine aleph & cũ littera nũ & dicitur צַוָּרֹנִים Saueronim. Canti. 4. & in vno crine colli tui. Item צוֹר sor nomen prouincie. i. tyrus. ps. 86. Ecce alienigene & tyrus. Esa. 23. Quis cogitauit hoc super tyrum. Hiere. 47. Et dissipabitur tyrus & sidon.

צָחַח Sachach. Candere. lucidum vel clarum seu limpidum esse. arere. aut aridum vel siccum esse. Canti. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus. Esa. 18. Sicut meridiana

Figure צוּר Petra. Sarum Rupes. Silex צֵר צוּר Fortis. צוּר Deus. צוּרִים Robusti. Petre. צוּרוֹת צוּר Acutissima petra Culter. Adiutoriũ Robur צִיר Legatus צִירִים Legati. Dolores Angustie Errores Cõpages. צִיר Cardo. צָוַר Collum. צַוָּארִים Colla. צַוָּארוֹת Colla. צוֹרְנִים Collum צוֹר Tyrus צָחַח Cãdidũ eẽ

© Biblioteca Nacional de España

Clarũ esse. Arere

lux clara est.Hiere.4. Ventus vrens in viis que sunt in deserto.Pro quo hebrei legunt vētus clarus.Potest etiā legi secundum aliam significationem ventus aridus vel siccus aut vrens sicut est in littera nostra.Ezech.24.Super limpidissimam petram effudit illum.Et in eo.Dedi sanguinem eius super limpidissimam petram: ne operiretur.Threñ.4.Nitidiores lacte.ideſt candidiores.& inde צָחוֹת Sachoth.ideſt verba clara & plana.Esa.32.& lingua balborum velociter loquetur & plane.ideſt velociter loquetur verba clara seu plana aut polita.Scribitur etiam cum duplici sadic & cū duplici cheth & dicitur צַחֲצָחוֹת Sachsachoth. pro quo beatus hieronymus transtulit splendores.Esa.58.& implenit in splendoribus animam tuam.Significat etiam predicta dictio arere: aut siccum vel aridum esse.Esa.5.Et multitudo eius siti aruit.& inde צְחִיחָה Sechicha.ideſt siccitas. p̄s.67. Similiter eos qui exasperant:qui habitant in sepulchris.p quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit. increduli autem habitauerunt in siccitate.& inde צְחִיחִים Sechichim ideſt loca arida & sicca que sunt in cacumine petrarum vel in circuitu murorum.Nec.4.Statui in loco post murum per circuitum populum in ordine cum gladiis suis.

Ritida. צָחוֹת

Plana ⁊ ba clara. צַחֲצָחוֹת

Splēdores

Arere. צְחִיחָה

Siccitas צְחִיחִים

Locꝰ post murū.

צָחֵן Sachan.putredo.seu fetor.& scribitur cum he vel tau in fine.Ioel.2.Et ascendet putredo eius:quia superbe egit. Et solum inuenitur in predicto loco.

Putredo.

צָחַק Sachac .ridere.ludere.iocari.illudere . siue irridere. Geñ.17.Cecidit abraāin faciem suam & risit.Et in eo dē.18.Quo audito sara risit.Et in eodem. Negauit sara dicens nō risi.Et in eodem.21. Quicunq; audierit corridebit mihi.Et in eodem.Cumq; vidisset filium agar ludentem cum isaac.Et in eodem.26. Vidit eum iocantem cum Rebeca vxore sua.Exo.32.Et surrexerunt ludere.Iudi.16. Qui adductus de carcere ludebat ante eos.significat etiam illudere vel irridere.Geñ.39.Vt illuderet nobis.& in eodem.vt illuderet mihi. Et inde צְחֹק Sechoc.i.risus seu ludus.Geñ. 21.Risum fecit mihi dominus.Scribitur etiam cum sin loco sadic.De quo vide infra in littera sin in suo loco.

Bidere.

Ludere Iocari.

Illudere צָחַק

Risus.

צָחַר Sachar.Candidum seu nitidum.Ezech.27. Et lana coloris optimi.i.candida seu nitida.Et in plurali feminino צְחֹרוֹת Sechoroth.Iudi.5.Qui ascenditis super nitentes asinas.

Candidus. צָחֹרוֹת

Nitentes

צִיָּה Siia.siccitas. solitudo. desertum. Iob.24. Ad nimiū calorem transient ab aquis niuium.pro quo hebrei legunt. Ad siccitatem & calorem.Ps.77. In ira excitauerūt excelsum in inaquoso.ideſt in loco sicco vel deserto. Et in plurali צִיּוֹת Sioth.p̄s.104. Abierunt in sicco flumina.i.in locis siccis vel desertis.Et inde צִיּוֹן Saion. Pro quo beatus hieronymus transtulit sitim.Esa.25.Sicut estus in siti. & in eodem.32.Sicut riui aquarum in siti. Hebrei vero dicunt q̄ significat locum aridum & inaquosum.Et inde צִי Si.i. nauis vl trieris.Esa.33.Nec trieris magna trāsgredietur eū. Et in plu. צִיִּים sim.Nu .24. venient in trieribus de italia. Ezech.30.Egredientur nuncii a facie mea in trieribus.Scribitur etiam cum duplici iod & dicitur צִיִּים Siim. Esa.23. Asur fundauit eam. Pro quo nebrei legunt. Asur fundauit eam nauibus.ideſt fecit in ea portus pro nauibus vel trieribus.Dañ.11.Et venient trieres & romani super eum. Ponitur etiam pro ethiopibus.Ps.71.Coram illo p̄cidēt ethiopes.p̄.73.Dedisti eum escam populo ethiopum.Potest etiā legi populo nauium.ideſt nautis.significat etiam צִיִּים siim animalia mōstruosa seu bestias feras.Esa.13.Sed requiescēt ibi bestie.in alio vero loco beatus hieronymus transtulit demonia.Esa.34.Et occurrēt demonia onocentauris.

Siccitas

Inaquosum.

Desertum.

Siccum.

Sitis.

Trieris צִיִּים

Trieres.

צִיִּים

Naues.

Ethiopes.

Bestie.

Demonia.

צִיּוֹן Sion.titulus.vel tumulus.4.Regum.23.Quis est titulus ille quem video.Ezech.39.Statuent iuxta eum titulum donec sepeliant.& in plurali צִיּוֹנִים Siionim. pro quo beatus hieronymus trāstulit speculas.eò quod sunt in loco eminētiori.Hiere.31.Statue tibi speculas.Item צִיץ Saion.siccitas vel sitis.De quo vide supra in dictione precedenti.

Titulus. צִיּוֹנִים

Specule. צִיּוֹן

צִיץ Sis.florere.germinare.prospicere.Nume.17.Et turgentibus gemmis eruperant flores. pro quo hebrei legunt. Et produxit gēmas: & floruit florem:siue germinauit florem. p̄s.71. Et florebūt de ciuitate sicut fenū terre. Ps.91.Et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. Pro quo btūs hiero.in ps.iuxta he.ve.trāstulit.& floruerit omnes qui operantur iniquitatem.p̄s.131. Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.Esa.27.Florebit & germinabit israel.Ezech.7 Floruit virga:germinauit superbia.Significat etiam apparere.vel prospicere.Canti.2. Prospiciens per cācellos.Et inde צִיץ Sis.i.flos.Esa.28.Et fiori de cidenti glorie exultationis eius.Et in eodem.40.Exsiccatum est fenum:& cecidit flos.Scribitur etiam cum thau in fine & dicitur צִיצָת Sisath.Esa.28.Et erit flos decidens.& inde צִיצִים Sisim.i.celature vel picture in similitudinē floꝝ rum.3.Regum.6.Et picturas varias quasi prominentes de pariete & egredientes.& in eodem. Et celaturas valde eminentes.Item צִיץ Sis.ideſt ala siue penna:secundum hebreos.Hiere.48. Date florem Moab quia florens egredietur. pro quo hebrei legunt. Date alam siue pēnam moab: quia volans volabit. Potest etiam legi sicut est in littera nostra. De quo vide etiam supra in dictione נֵץ nos.& in dictione נָצָה Nasa.& inde צִיצִית Sisith.ideſt ala seu fimbria vestimenti.Nume.15.Vt faciant sibi fimbrias per angulos quatuor:ponētes in eis vittas hyacinthinas. & ide צִיצַת Sisath ideſt floccellus:vel cincinus capitis.Ezech.8.Et apprehendit me in cincino capitis mei. Item צִיץ sis.i.lamina aurea quam sacerdos gerebat in fronte.Exo.28. Facies & laminā de auro purissimo.Et in eodem.39.Fecerunt & laminam sacre venerationis.

Prospicere

צִיץ Flos.

צִיצַת

Flos

צִיצִים

Picture

צִיץ

Ala.

צִיצִית Fimbria

צִיצַת Cincinus.

צִיץ

Lamina.

צִיר Sir.legatus.nuncius.vt in Abdia.& legatū ad gentes misit. De quo vide supra in dictione צִיר Sur.

Legatus

צִיר

צִיתּ Sith.succendere.comburere.Esa.27.Succendam eam pariter.De quo vide supra in dictione יָצַת Iasath.

Succēdere

צֶל Sel.vmbra. De quo vide in dictione sequenti.

צֶלֶל Salal.vmbra.Iob.40.Protegunt vmbre vmbrā eius Et cōmuniter scribitur cum simplici lamed.& dicitur צֵל Sel.Geñ.19.quia ingressi sunt sub vmbra culminis mei Iudi.9.Venite & sub vmbra mea requiescite.Iob.7. Sicut seruus desiderat vmbrā.Ps.16. Sub vmbra alarum tuarum ptege me.p̄s.143. Dies eius sicut vmbra pretereunt. Eccl's 8.Sed quasi vmbra transeant.Significat etiam presidium vel protectionem.Nu.14.Recessit ab eis omne presidium Eccl's.7. Sicut protegit sapientia:ita protegit pecunia.pro quo hebrei legunt.Sicut vmbra seu protectio sapientie:ita vmbra vel protectio pecunie.Et in plurali צְלָלִים Selalim siue צִלְלֵי silele.Canti.2.Et inclinentur vmbre.Hiere.6. Quia longiores facte sunt vmbre vesperi. Et inde verbum צָלַל Silel.ideſt obumbrare.siue vmbram facere. Nec.13. factum est autem cum quieuisset porte ierusalem. pro quo hebrei legunt.cum obumbrassent.ideſt cum vmbre carū fierent lōgiores in vespere.Et inde מְצַל Mesal.i.obūbrans siue nemorosus:eo quod facit vmbram.Ezech.31. Et floribus nemorosus.Itē צָלַל salel.i.tinire seu tremere.4.Reg. 21. Vt quicunq; audierit tinniant ambe aures eius.Hiere. 19.vt omnis qui audierit tinniant aures eius.Abach.3. A voce tremuerunt labia mea.Et inde מְצִלְתַּיִם Mesilthaim.

Vmbra

צֵל

Vmbra

צֶלֶל

Vmbra

Presidiū.

Protectio

צְלָלִים

צְלָלֵי

Vmbre.

צֵלֶל

Obūbrare

מְצַל

nemorosus

צָלַל

Tinnire.

מְצִלְתַּיִם

© Biblioteca Nacional de España

idest cymbala.1.Paralip.15.In organis musicorum nablis videlicet & lyris & cymbalis. Et in eodē. In cymbalis eneis concrepantes. Et inde מְצִלּוֹת Mesiloth.i.tintinabula que ferūtur super equū causa ornatus. Zach.14. In die illa erit quod super frenū equi est sanctum dño. Scribitur etiam cū duplici sādic & cum duplici lamed: & dicitur צִלְצַל Silsal. Esa.18. Ve terre cymbalo alarum. Hebrei tamē secundum primā significationem legunt. ve terre obrūbrate alis: seu obumbranti alis. Vnde beatus hiero. in suis explanationibus sic ait. Verbum hebraicum צִלְצַל Silsal q̄ symmachus sonitum: theodotion aues interpretati sunt. & nos in cymbalum vertimus: aquila in vmbram transtulit. Sed sciendū q̄ vmbra צֵל Sel dicitur: hic autem syllaba ipsa geminatur: pro quo possumus dictum intelligere. Ve terre que in vmbra alarum suarum pollicetur auxilium. hec hieronymus. Et in plurali צְלְצָלִים Silsalin. 2. Reg.6. Et sistris & cymbalis. p̄s.150. Laudate eum in cymbalis bene sonātibus: laudate eum in cymbalis iubilationis. Item צִלְצָל Silsal.i. instrumētum quo pisces capiuntur. Pro quo beatus hieronymus transtulit gurgustium. Iob.40. & gurgustiū piscīū capite illius. Item צְלָצַל Selasal.i. rubigo que consumit fructus arborum & terre nascentia. Deut.28. fruges terre tue rubigo cōsumet. Item צָלַל Sasal.i. submergi. Exo.15. Submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementib⁹. & inde צְלִיל Selil.i. subcinericius panis. Iudi.7. Videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo voluī & in castra madiam descendere. Et aliqui hebrei dicunt q̄ deriuatur a dictione צָלָה Sala.

Cymbala. מְצִלּוֹת

tintinabula

Eō super frenū est. צֶלְצָל

Cymbala.

Obūbrās.

צְלְצָלִים

Cymbala. צָלְצָל

Gurgustiū

Rubigo. צֶלֶל

submergi. צָלַל

Subcineri ci⁹ panis.

צָלָא Sala.in ligua chaldaica significat orare. Dañ.6. Orabat: confitebatur q̄ coram deo.

Orare. צָלָה Sala.assare. Exo.12. Edent carnes tantum assas igni. 1.Regum.2. Da mihi carnem vt coquam sacerdoti. p quo hebrei legunt. Da mihi carnem vt assem sacerdoti. vnde sequitur non enim accipiam a te carnē coctam. Esa.44. Coxit pulmentum: & saturatus est. pro quo he.le. Assauit assaturam & saturatus est. Vbi ponitur verbum & nomē ab eo deriuatum. Et inde dicunt aliqui hebrei q̄ deriuatur dictio צְלִיל Selil que significat panem subcinericium.i. coctū sub cinere vel sub prunis: de quo dictum est supra in dictione. צָלַל Salal.

Assare.

Prospere agere. צָלַח Salach. prosperari. siue prospere agere. Proficere. dirigere. transire. s. cum p speritate. insilire. irruere. cōburere. Geñ.39. Et erat vir in cunctis prospere agens. Nu.14. Quod vobis non cedet in prosperum. 3.Reg.22. Ascende & vade prospere. pro quo he.le. Ascende & prosperare. 1.Paralipo.22. Sit dominus tecum & prosperare. Et in eodem. Tunc enim proficere poteris. idest prosperaberis. Et in eodem.29. & cunctis placuit. Pro quo he.le. Et prosperatus est.2.Paralipo.18. Ascende in ramoth galaad: et prosperaberis. & in eodem. Ascendite: cūcta enim prospera vemēt. i. prosperabimini. Et in eodem.20. Et cuncta eueniēt prospera. p̄s.1. Et omnia quecunq̄ faciet prosperabuntur. p̄s.36. Noli emulari in eo qui prosperatur in via sua. p̄s.44. Intēde prospere. p̄s.117. O domine bene prosperare. Hiere.12. Quare via impiorum prosperatur. Et in eodem.15. Ita vt nulli vsui aptum esset. pro quo he.le. Nulli vsui proficeret. Ezech.16. Et profecisti in regnum. Significat ēt dirigere. Geñ.24. Et diriget viam tuam. & in eodem.39. Et omnia que gererentur ab eo dirigi in manu illius. Ios.1. Tunc diriges viam tuam. Nec.1. Et dirige seruū tuū hodie. Hiere.5. Causam pupilli non direxerunt. Significat etiam transire vel insilire aut irruere. 2. Reg.19. Et irrumpentes iordanem ante Regem transierunt vada. 1.Regum.10. & in

Psperari

Pficere. Dirigere

Transire Insilire

siliet in te spiritus domini. & in eodem. Et insiluit in eum spiritus domini. Iudi.14. Irruit autem spiritus domini in samson. Et in eodem. Irruit itaq̄ in eum spiritus domini. significat ēt cōburere. Amos.5. ne forte cōburatur vt ignis dom⁹ ioseph. Item צַלָּחַת Salachath. ascella: seu sinus. Prouer.19. Abscōdit piger manum suam sub ascella. Et dicunt aliqui hebrei q̄ significat chaldaicam. Item צְלוֹחִית Selochith. idest phiala: seu vas testeum. 4. Regū. 2. Afferte mihi vas nouum.

Irruere.

Cōburere. צַלָּחַת

Ascella

צְלוֹחִית Vas.

צֶלֶם Sélem. imago. similitudo. statua. Geñ.1. faciamus hominem ad imaginē & similitudinem nostram. Et in eodem. Et creauit deus hominem ad imaginem suam. Et in eodem. Et genuit ad imaginem & similitudinem suam. Ps.38. Veruntamen in imagine pertransit homo. Sed aliqui hebrei in predicto loco p imagine legūt vmbrā seu tenebras: & dicūt q̄ deriuatur a צֵל Sel quod signāt vmbrā: de quo supra dictum est. Et etiam in lingua arabica vel punica tenebre appellantur צֶלֶם Sélem. Vnde in predicto loco potest etiā legi. verūtamen in vmbra seu in tenebris pertransit homo. Et in plu. צְלָמִים Selamim siue צַלְמֵי Salme. vt Nu.33. Statuas cōminuite. i. imagines idolorum suorū. 1. Reg.5. Vt faciatis similitudines anorum vestrorum: & similitudines murium. Et in lingua chaldaica aliquando scribitur cum aleph in fine tam in singulari q̄m in plurali. Dañ. 2. Statua illa magna. Item צַלְמָוֶת Salmaueth. idest vmbra mortis seu caligo mortis: compositū a צֵל Sel quod significat vmbram: & מָוֶת maueth quod significat mortem. Iob.3. Obscurēt eum tenebre & vmbra mortis. & in eodē. 10. Ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine. Et in eodem. Vbi vmbra mortis & nullus ordo. Et in eodem. 12. Qui producit in lucem vmbram mortis. p̄s.22. Si ambulauero ī medio vmbre mortis nō timebo mala. p̄s.43. Cooperuit nos vmbra mortis. Et inde dicunt aliqui hebrei q̄ deriuatur צַלְמוֹן Salmon. i. locus obscurus & tenebrosus. p̄s.67. Niue dealbabuntur in selmō. q.d. vbi est obscuritas & caligo: ibi erit niuis dealbatio.

Imago

צְלָמִים צַלְמֵי Imagines Similitudies

Statua צַלְמָוֶת

vmbra mortis. Mortis caligo.

צַלְמוֹן

צֶלַע Sélaa. costa. latus. Geñ.2. Et edificauit dominus deus costam quam tulerat de adam. Et in plurali צְלָעוֹת Selaoth. Et in eo. Tulit vnam de costis ei⁹. Et quia coste sunt in vtroq̄ latere animalis: ideo significat etiam lat⁹: & est in hebreo communis generis. vt Exo.25. Duo circuli sint in latere vno: & duo in altero. Et in eodē. Ad continēdas tabulas in vno latere tabernaculi. 3. Reg. 6. Ostium lateris medii in pariete erit. Hiere.20. Custodientes latus meum Ezech.41. Et latitudinem lateris quattuor cubitorum. & in eodem. Latera aūt latus ad latus bis triginta trium. & in plurali צְלָעוֹת Selaoth. siue צְלָעִים Selaim. vt in eodē. Que ingrederentur per parietem domus in lateribus. Et in eo. Et vidi in domo altitudinē per circuitum & fundata latera. Ponitur etiam pro tabulis vel tabulatis. 3. Regū. 6. Et texit pauimentum domus tabulis abiegnis. Et in eodem. Et ad posteriorem partem templi tabulata cedrina. Et in eodē. 7 Et tabulis cedrinis vestiuit totam cameram. Est etiam צֶלַע Sélaa nomen proprium loci. Ios.18. Et sela & eleph & ieb⁹ que est ierusalē. Item צָלַע Salaa. i. claudicare. Geñ.32. Ipse vero claudicabat pede. Michee.4. Congregabo claudicantem. & inde צֶלַע Sélaa. i. claudicatio seu fractura cruris vel pedis. Pro quo beatus hieronymus trāstulit plagam seu infirmitatem. p̄s.34. Et aduersum me letati sunt & conuenerunt. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he.ve. trāstulit. Et in infirmitate mea letabantur. p̄s.37. Ego autē in flagella paratus sum. Pro quo beatus hiero. transtulit. Ego autem ad plagas paratus sum.

Costa. צֶלָעוֹת Coste.

Latus.

Latera. Tabule Tabulata. צֶלַע צֶלַע

Claudicare

צֶלַע

Infirmitas Plaga

© Biblioteca Nacional de España

צְלַצַל Selasal.rubigo. Deut. 28. Fruges terre tue rubigo consumet. Item צְלָצַל Silsal. Vas seu instrumentū quo pisces capiūtur. De q̄ vide supra in dictiōe צְלָל salal.

Rubigo. צְלָצַל

צָמָם Samā. cincinus capillorū: seu coma capitis secundū hebreos: pro quo beatus hiero. trāstulit. id quod intrinsecus latet: & scribitur cum simplici mem & cum tau in fine & dicitur צָמַת Samath. Canti. 4. Absq̄ eo quod intrinsecus latet. In alio vero loco btūs hiero. trāstulit turpitudinem. vt Esa. 47. Denuda turpitudinem tuam. pro quo hebreo. Denuda comam tuam seu cincinos capitis tui. Et inde dicunt aliqui hebrei q̄ deriuatur צְמִים Samim. ideſt illi qui habitant in desertis: & habent longam comam & intōsam barbam. pro quo beatus hiero. transtulit sitientes. Iob. 5. & bibēt sitientes diuitias eius. De quo vide in dictiōe sequēti.

צָמָם

Os intrinsecus latet. turpitudo. צְמִים

Sitientes.

צָמָא Sama. sitire. Exo. 17. Sitiuit ergo populus propter aque penuriam. Ps. 62. Sitiuit in te anima mea. Ps. 106. Esurientes & sitientes. Esa. 32. Et potum sitiēti aufert Et in eodē. 48. Non sitierunt in desertis. Et aliquando scribitur sine aleph. vt Iudi. 4. Da mihi obsecro paululū aque quia sitio valde. Ruth. 2. Sed etiam sitiens vade ad sarcinulas & bibe. Iob. 5. Bibent sitientes diuitias eius. Et in eodē. 18. Et exardescet contra eum sitis. pro quo hebrei legunt. Et prevalebunt contra eum sitientes. Et inde צָמָא Sama. i. sitis. Exo. 17. vt occideres nos & liberos nostros in siti. Iudi. 15. Et in siti morior. ps. 68. Et in siti mea potauerūt me aceto. ps. 103. Expectabunt onagri in siti sua. Amos. 8. Nō fames panis nec sitis aque. & aliquando scribitur cum littera nun in fine & dicitur צָמָאן Simaon Deut. 8. Ac dipsas. ideſt sitis. nam grece dipsas idem est quod sitis latine. Ps. 106. Et exitus aquarum in siti.

צָמָא

Sitire.

צְמָא

Sitis.

צָמָאן

Dipsas Sitis.

צָמַד Samad. Iungere. adherere. concinare. Beatus hiero. transtulit initiari. Nume. 25. Initiatusq̄ est israel beelphegor. Et in eodem. qui initiati sunt beelphegor. p̄ quo hebrei legunt. iunctus est siue adhesit beelphegor. 2. Reg. 20. Et desuper accinctus gladio dependēte vsq̄ ad ilia. Pro quo hebrei legunt. Et desuper accinctus gladio adiūcto seu adherente super lumbos suos. ps. 49. Et lingua tua cōcinabat dolos. Et inde צָמִיד Samid. ideſt operculum quod ponitur super vas & cum eo iungitur. Nu. 19. Vas quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper. & inde צֶמֶד sc̄med. ideſt par seu juga boum vel aliorum animaliū aut bini. Iudi. 19. Habēs in comitatu puerū & duos asinos. ideſt par asinorum. 3. Reg. 19. Tulit par boum & mactauit illud. Hiere. 51. Collidam in te agricolam & iugale ei⁹. Et in plu. צְמָדִים Semadim. 3. Reg. 19. Arantem in duodecim iugis boum. 4. Regum. 9. Memini enim quando ego & tu sedētes in curru sequebamur achab. pro quo hebrei legunt. Sedentes in iugis. ideſt in curribus qui vehebātur iugis equorum. Esa. 5. Decem iugera vinearum facient lagunculam vnam. ideſt vinee que decem iugis boum vno die possint arari. Item צָמִיר Samid. ideſt armilla. Nu. 31. periscelides & armillam. Et in plu. צְמִידִים semidim. Gen̄. 20. cūq̄ vidisset inaures & armillas.

צָמַת Samach. germinare. pullulare. oriri. crescere. Gen̄. 2. Omnemq̄ herbam regionis priusq̄ germinaret. & in eodem. 3. Spinas & tribulos germinabit tibi. Et in eodē 41. Alie quoq̄ spice totidem tenues & percusse vredine oriebantur. ideſt pullulabant. Exo. 10. Corrodet enim omnia ligna que germinantur in agris. Leuit. 13. Porro si steterit macula & capilli nigri fuerint. Pro quo hebrei legūt. Et capillus niger pullulauerit siue creuerit. Deut. 29. Neq̄ virēs quippiam germinet. 2. Reg. 10. Manete in hiericho donec crescat barba vestra. Et in eodem. 22. Nec est quicquā ex eo quod non germinet. ps. 103. Producens herbam iumentis. ideſt germinare faciens. ps. 146. Qui producit iumentis fenum. Eccl's. 2. Vt irrigarent siluam lignorū germinantium. Esa. 44. Germinabunt inter herbas. & in eo. 55. Et infundit eā: & germinare eam facit. Ezech. 16. Et pilus tuus germinauit. Et inde צֶמַח Semach. ideſt germen. Gen̄. 19. Vniuersos habitatores vrbium & cuncta terre virentia. Pro quo hebrei legunt. Et omne germen terre. Esa. 4. In die illa erit germen dñi in magnificentia. Zach. 3. ecce ego adducam seruum meum orientē. i. germen seu germinantem. Et in eodem. 6. Ecce vir oriens nomen eius.

צָמַד

Initiari.

Adiūgere adherere.

Cōcinare.

צָמִיד

Operculum

צֶמֶד

Par

Jugale

צְמָדִים

Juga.

Jugera

צָמִיד

Armilla.

צְמִידִים

Armille

צָמַח

germinare

Oriri.

Pullulare.

Crescere.

צָמַק Samac. arere. siue aridum esse. Osee. 9. Da eis vuluā sine liberis & vbera arentia. Et inde vue passe dicuntur צְמוּקִים Simucim. 1. Reg. 25. Centum ligaturas vue passe. Et in eo. 30. Et duas ligaturas vue passe.

צָמַק

Arere.

צְמוּקִים

Vue passe.

צֶמֶר Semer. lana. cacumē. s. arboris. seu medula. Deut. 22. Non indueris vestimentum quod ex lana linoq̄ cōtextum est. Prouer. 31. Quesiuit lanam & linum. Esa. 1. Vestimenta lana alba erunt. Ezech. 27. In lanis coloris optimi. Pro quo hebrei legunt. In lana candida. Item צַמֶּרֶת Samereth ideſt cacumen seu summitas arboris: vel medula arboris. Ezech. 17. Tulit medulam cedri. Et in eo. Et summam ego de medula cedri sublimis. & in eo. 31. Et inter condensas frondes elatum est cacumen eius. & in eo. Et dedit summitatem eius virentē atq̄ condensam. Et in eo. Neq̄ ponens summitatem suam inter nemorosa atq̄ frondosa.

צֶמֶר

Lana.

צַמֶּרֶת

Medula.

Cacumen.

Sūmitas

צָמַת Samath. Disperdere. perdere. consumere. ad interni tionem perducere. 2. Reg. 22. Obedientes me: & disperdam eos. Iob. 6. Tempore quo fuerint dissipati peribūt ideſt perditi erūt vel cōsumētur. Ps. 72. Perdidisti oēs qui fornicātur abs te. Ps. 87. terrores tui conturbauerunt me. Pro quo hebrei legunt. Terrores tui consumpserunt me. & Beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit oppresserunt me. ps. 93. Et in malicia eorum disperdet eos: disperdet eos dominus deus noster. ps. 100. Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar. pro quo hebrei legunt. hūc disperdebā siue cōsumebā. ps. 118. Tabescere me fecit zelus meus. p̄ quo btūs hiero. i ps. iuxta he. ve. trāstulit. cōsūpsit me zelus meus. Threñ. 3. Lapsa est in lacum vita mea. pro quo hebrei legunt. Disperierunt: seu consumpte sunt in lacu vite mee. & ponitur in hebreo in plurali. quia vita in hebreo est pluralis numeri: & caret numero singulari.

צָמַת

Disperdere.

Perire

Perdere

cōsumere

opprimere

Tabescere.

Cōsumere.

צֵנִן Senin. spina. siue vepres. translatio nostra traduxit lāceā seu sudē. & solū inuenitur in nūero plu. s. צְנִינִים seninim. Nu. 33. & lācee in lateribus vīs. Ios. 23. & sudes in oculis vīs. & inde צָנָה Sina. i. scutū. 3. Reg. 10. fecit rex salomon cētū scuta de auro purissimo. Ps. 34. Apphēde arma & scutū. ps. 90. scuto circūdabit te veritas eius. Amos. 4. Et leuabūt vos in cōtis. pro quo he. le. Et leuabūt vos i scutis. & dicunt q̄ ponitur ibi p̄ nauiculis puis ad modū scuti factis. & inde צִנִּים sinim. i. arma seu armati. Iob. 5. & ipsū rapiet armatus. Prouer. 22. Arma & gladii in via supbi. hebrei tamen dicunt q̄ significat spinas seu tribulos.

צֵנִן

Lancea

Sudes.

צָנָה

scutum.

צִנִּים

Armatus.

צָנַח Sanach. figere. defigere. suspirare. Iudi. 4. Percussitq̄ malleo defixit in cerebrū vsq̄ ad terrā. signat et suspirare. Ios. 18. Suspirauitq̄ vt sedebat in asino. Iudi. 1. que cum suspirasset sedens in asino. hebrei tamen dicunt q̄ in duob⁹ locis p̄dictis signat descēdere seu declinare. vñ in p̄dictis locis ipi legūt. & descēdit seu declinauit de asino.

צָנַח

Defigere

suspirare descendere

צִנִּים Senum. aridū. siccū. & solū inuenitur in nu. plu. & ī ge. fe. s. צִנְמוֹת senumoth. Gen̄. 41. alie q̄ q̄ septē tenues & pcusse vredine oriebātur. pro quo he. le. & ecce septē spice aride tenues & pcusse vredie oriebātur post illas. & solū

צִנִּים

צִנְמוֹת

Uride

© Biblioteca Nacional de España

inuenitur in predicto loco.& dicunt aliqui ꝙ significat minutas seu paruas.

צָנוּעַ Humilis.

צְנוּעִים Humiles

הַצְנַע Solicitus seruare.

צָנַף Circunuoluere. Coronare.

צְנִיפָה

צָנִיף Cidaris

מִצְנֶפֶת cidaris

צְנִיפוֹת Vitte.

צְנְצֶנֶת vas.

צִנּוֹק carcer.

צִנּוֹר Fistula cataracte.

צִנְתֵּר Rostra

צָעַד Discurrere. incedere. Calcare

Ambulare Gradiri Coculcare

צָעַד

Sanuaa.humilis.modestus.&solū inuenitur in nu.plu. צְנוּעִים.f. Senuim. Prouer.11. Vbi aūt est hūilitas: ibi & sapiētia.ꝙ quo he.le.& cū humilib⁹ sapiētia.& ide הַצְנֵעַ hasnea .i.humiliter.btūs hiero.trāstulit solicitū. Mich.6.& solicitū ambulare cum deo tuo.& solū inuenitur in p̄dictis locis.in lingua vero chaldaica sīgnat seruare seu obseruare Sanaph.circūuoluere.amicire. Leuit.16. Cidarim mū dā ponet capiti.i.circūuoluet capiti. Esa.22. coronās coronabit te tribulatiōe. Pro quo he.le. Circūuoluēs circūuoluet te inuolutione: siue amicies amiciet te amictu. vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatū.f. צְנִיפָה Senepha.& inde צָנִיף Saniph.i.vitta vel cidaris que capiti imponitur vel circūuoluitur aut amicitur.vt Zach.3. Ponite cidarim mundam sup caput eius:& posuerūt cidarim mūdā sup caput eius. Scribitur ēt cū mem in principio & cū tau in fine & dr מִצְנֶפֶת Misnepheth. Exo.28. Cidarim & baltheū. Leuit.16. Cidarim lineā imponet capiti. vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatum. Ezech.21. Aufer cidarim: tolle coronam. Et in plu. צְנִיפוֹת Seniphoth. Esa.3.& sindones & vittas & theristra. vbi ponitur pro vittis.

Sinseneth.genus vasis.vt lagūcula. Exo.16. sume vas vnum & mitte ibi man.& solum inuenitur in predicto loco.

Sinoc. Carcer. Hiere.29. vt mittas eum in nerūum & in carcerem.& solum inuenitur in predicto loco.

Sinor. Fistula.canalis.seu cataracta.2. Reg.5. Et tetigisset domatū fistulas. Ps.41. Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum.

Santher. Canalis.btūs hiero.trāstulit rostrum. & solū inuenitur in nu.plu. Zach.4 Que sūt iuxta duo rostra aurea:& solū inuenitur in predicto loco.

Saad. Incedere.ambulare.deābulare.gradiri.cōculcare. Gen.49. filie discurrerāt sup murū.i. incedebant vel deābulabāt. Iob.18.& calcet sup eum quasi rex iteritus ꝫ. abulet sup eū. ps.67. Cū ptransieris per desertū.ꝙ ꝙ btūs hiero.in ps.iuxta he.ve.trāstulit.& ambulares per desertū. Prouer.7. Viā domus illius graditur.& in eo.30. Tria sunt ꝙ bene gradiūtur. Abach.3. In fremitu cōculcabis terrā. & inde צָעַד Sead.siue צְעָדָה seada.i.gressus.incessus. passus. 2.Reg.5.& cū audieris sonitū clamoris gradiētis in cacumine pirorū.ꝙ quo he.le.& erit cū audieris sonitū gressus. & in plu. צְעָדִים seadim. 2.Reg.6. Cumq; trāsēdissent qui portabāt arcā dñi sex passus. ps.17. dilatasti gressus meos subt⁹ me. Scribitur ēt cū mem ī prīcipio. ps.36. apud dñm gressus hoīs dirigūtur. Dañ.11. per libyā quoq; & ethiopiā trāsibit.ꝙ quo he.le. Libyi quoq; & ethiopes in gressib⁹ ei⁹ & inde אֶצְעָדָה Esaada. quod ē gen⁹ ornamēti.ꝙ quo btūs hiero.trāstulit. piscelides qđ ē ornamētū cruris: a pi grece i.circū:& scelos.i.crus:eo qđ ponitur circū crura. Nu.31. periscelides & armillas ānulos & dextralia. & aliqui hebrei dicūt ꝙ est ornamentum brachii. 2. Regū.1. Et tulit diadema quod erat in capite illius:& armillā de brachio eius. vbi ponitur pro armilla. Et aliquando scribitur sine aleph. Esa.3. Et discriminalia & periscelides & murenulas.

צָעָה Gradiri

Discurrere

Sternere

Saa. Gradiri. discurrere. īstabilē seu mobilē esse. sternere. Esa.51. Cito veniet gradiēs ad apiēdū.& in eo. 53. Gradiēs in multitudine fortitudinis sue. Hiere.2. Sub omni ligno frōdoso tu prosternebaris meretrix.ꝙ quo he. le. Tu discurrebas meretrix: siue īstabilis eras. potest etiā significare sternere vel prosternere sicut est in lra nra. vt Hiere.48. Et mittā ei stratores & sternent eum.

צָעַן Trāsferri

צָעַף Teristrum

Saan. moueri. seu transferri de loco in locū. Esa.33. tabernaculū qđ nequaq; trāsferri poterit.

Saiph. Genus vestis: quo mulieres opiūt caput seu facie. pro quo btūs hiero. trāstulit teristrū. Gen.38. Asū sit teristrū & mutato habitu sedit in biuio itineris. & in eo. Depositoq; habitu quem sumpserat. pro quo in hebreo habetur. & deposuit teristrum suum de super se.

צָעֲצַע Statuarij.

צְעָצְעִים Statuarius. & solū inuenitur in nu.plu. scilicet צְעָצְעִים Saasuim. 2. Paralip.3. Cherubim duo opere statuarii. Quod in hebreo legitur plu.f. statuariorum

צָעַק Clamare vociferari.

Saac. Clamare. exclamare. vociferare. cōuocare. seu cōgregare. Gen.4 Vox sanguinis fratris tui clamātis ad me de terra. Exo.5.& idcirco vociferātur dicētes eamus & sacrificem⁹ deo nr̄o.& in eo.14.qd clamas ad me.& ī eo. 22. vociferabūtur ad me:& ego exaudiā clamorē eorū. & ī eo. Si clamauerit ad me exaudiā eū. 4. Reg.2. helise⁹ aūt videbat & clamabat. ps.33. Clamauerūt iusti & dñs exaudiuit eos. ps.106.& clamauerūt ad dñm cū tribularētur. Hiere. 22. ascēde libanū & clama. Threñ.2. Clamauit cor eorū ad dñm. Signat ēt cōuocare: siue cōclamare ad cōgregādū populū vel exercitū. vt Iudi.7. Cōclamātes aūt viri israel. Et in eo. cōclamauitq; oīs ephraim & p̄ocupauit aquas. pro q̄ he.le.& cōuocat⁹ seu cōgregat⁹ est oīs ephraim. 1. Reg. 10.& cōuocauit samuel oēm pp̄lm ad dñm 4. Reg.3. Conuocauerūt oēs qui accincti erāt baltheo.& ide צְעָקָה Seaca i.clamor siue vociferatio. Gen.18. Vtrū clamorē qui venit ad me opē cōpleuerunt. Et in codē.27. Et rugiuit clamore magno. Exo.5.& clamorē eius audiui. vide ēt de hoc supra in dictione עַק zaac.

cōclamare

Cōuocare. צְעָקָה Clamor

צָעַר Minui. attenuari צָעִיר minimus Junior. Minor paruulus צְעִירִים minores Paruuli צְעִירָה minor. modicū מְצֻעָר Paruū Mīnimū.

Saar. minui. diminutū seu minorē esse. Iob.14. Siue nobiles fuerint filii eius siue ignobiles nō intelligit. ꝙ quo he.le. honorātur filii ei⁹ & nescit: & minorātur siue diminuūtur & nō itelligit. Hiere.30.& glificabo eos & nō attenuabūtur. i. nō minuētur. et inde צָעִיר sair .i. minim⁹ seu puus. Gen.43. et minimus iuxta etatē suā. ꝙ ꝙ he.le. minim⁹ seu minor iuxta minoritatē suā. Iob.32. Iunior sum tpe. i. minor. Mich.5. Et tu bethleem ephrata puulus es in millibus iuda. et in plu. צְעִירִים scirim. Hiere.14. Maiores miserūt minores suos ad aquā. Et in eo.48. annūciate clamorē puulis eius. Zach.13. Et cōuertā manū meā ad puulos. Et in ge.fe. צְעִירָה Seira. Gen.19. Dixit maior ad minorē. Et in eo. Minor quoq; pepit filiū. Dañ.8. Egressum est cornu vnū modicū. Et in hebreo est ge.fe. et inde מְצֻעָר misaar. i. modicū. seu modica. vel paruum. Iob.8. Et si priora tua fuerint parua. pro quo he.le. Et erit principium tuum modicum seu paruum. Esa.63. quasi nihilum posederunt populum sanctum tuum. idest quasi modicum.

צָפַד adherere. צָפָה Intueri circūspicere Cōtēplari. Respicere

Sapad. Adherere. Threñ.4. Adhesit cutis eorum ossibus. et solum inuenitur in predicto loco

Sapha. intueri seu respicere. speculari. cōtēplari. spera re. coopire. Gen.31. Intueatur et iudicet dñs iter nos. Iob.15. Circūspectās vndiq; gladiū. i. intuēs seu respiciens. Ps.5. Mane astabo tibi & videbo. pro quo beatus hiero. in ps. iuxta he.ve. transtulit. Mane preparabor ad te & cōtemplabor. p̄s.65. Oculi eius super gentes respiciunt. Esa.21. Contemplare in specula. Threñ.4. Cum respiceremus ad gentem que saluare nos non poterat. Naum.2. Contemplare diem. Abach.2.& contemplabor vt videam quid dicat mihi. Signāt ēt spare. vt Mich.7. Ego aūt ad dñm aspiciam. pro quo he.le. Ego aūt in domino sperabo.& inde צוֹפֶה sophe. i. speculator seu contemplator. Ezech.3. Speculatorem dedi te domui israel. Osee.9. Speculator ephraim cum deo meo.& in plurali צוֹפִים sophim. 1. Regum.14. Et

Sperare צוֹפֶה speculator צוֹפִים

© Biblioteca Nacional de España

Speculatores מְצַפֶּה מִצְפֶּה Speculatio speculatio

respexerūt speculatores qui erant in gabaa. Esa. 66. Speculatores eius ceci sunt. & inde מִצְפָּה Mispe seu מִצְפֶּה Mispa. idest specula. seu speculatio. Esa. 21. Sup speculā dñi ego sū stans iugiter. Osee. 5. Laqi facti estis speculationi. Michee 7. Dies speculatiōis tue. Est ēt nomē proprīū loci excelsi & eminētis: vnde speculatores solent speculari. 1. Regū. 10. & conuocauit samuel populū ad dñm in maspha. Signāt ēt p dicta dictio צָפָה Sapha. coopire aut tegere. Exo. 25. & deau rabis eā auro mūdissimo. i. cooperies. & in eo. 36. Quas operuit auro. & in eo. 38. Quas & ipsas vestiuit argento. i. operuit. 3. Reg. 6. & operuit lignis cedrinis intrinsecus: & texit pauimētum domus: & in eodem. & operuit illū atq; vestiuit auro purissimo. Et in eodem. Domum quoq; añ oraculum operuit auro purissimo. Prouer. 26. Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile. idest coopire velis.

Cooperire Operire.

צָפוּי cooptorius. צָפַת Caput columne. צֵפֶת Fetor.

Et inde צָפוּי Sipui. i coopertorium. Nu. 16. Et producat ea in laminas: & affigat altari. pro quo hebrei legūt. & producat ea i laminas in coopertorium altari. Et inde צָפַת Sépheth. i. caput columne quo colūna operiebatur. z. Paralip. 3. porro capita earum quinq; cubitorū. Itē צֵפֶת Saphath. idest fetor: secundū translationē nostram. Ezech. 32. Et irrigabo terram fetore sanguinis tui. De quo vide supra in dictione צוף Suph.

צַפַּחַת scyphus. Lecythus

Sapachath. scyphus: aut phiala. vel lecythus. 1. Reg. 26. Tulit igitur dauid hastā & scyphū aque. 3. Reg. 17. Et paululū olei in lecytho. & i eodē. Neq; lecythus olei minuetur. & i eo. 19. & ecce ad caput suū subcinericij panis & vas aque. vbi ponitur pro vase. Item צַפִּיחִית Sapichith. idest laganum: siue massa oleo frixa & melle lita. Exo. 16. Gustusq; eius quasi simile cum melle.

Vas. צַפִּיחִית Laganū.

צָפַן Abscondere Celare.

Saphan. reseruare. celare. tegere. protegere. recondere. seruare. custodire. Exo. 2. Et abscondit tribus mensibus. & in eodem. Cūq; iam celare non posset. Ios. 2. Tollēs mulier viros abscondit eos. Iob. 10. Licet hoc celes in corde tuo. & in eodē. 14. Quis tribuat mihi vt in inferno protegas me. Et in eo. 15. & numerus annorū incert? est tyranni dis eius. pro quo he. le. Et numerus annorū absconditus est robusto seu tyranno. Et in eo. 17. Cor eorū longe fecisti a disciplina. pro quo he. le. Cor eorum texisti seu celasti a disciplina. Ps. 16. Qñ abscondit me in tabernaculo suo. Ps. 30. Quā abscōdisti timētibus te. p̄s. 55. Inhabitabunt & abscōdēt. Ps. 118. In corde meo abscondi eloqa tua. Prouer. 1. abscondamus tendiculas contra insontem. & in eodem. Et moliuntur fraudes cōtra aīas suas. pro quo he. le. & absconduntur pro aīabus suis: siue cōtra aīas suas. & in eodem. 10. Sapiētes abscōdūt scientiā. Hiere. 16. Et nō fuit occultata iniq tas eorū ab oculis meis. Significat etiā seruare: siue reseruare vel custodire. Prouer. 2. Et mandata. mea absconderis penes te. i. seruaueris seu reseruaueris. & in eodē. Custodit rectorū salutē. & in eo. 27. qui retinet eā: quasi qui vētū teneat. pro quo he. le. Qui seruat ieam: quasi qui seruat ventum. Canti. 7. Noua & vetera dilecte mi seruaui tibi. Significat etiā respicere. p̄s. 9. Oculi ei? in pauperē respiciūt. Et inde צָפַן saphum. i. abscōditū siue arcanū. Ps. 15. & de abscōditis tuis adimpletus est vēter eorū. p̄s. 82. Et cogitauerūt aduersus sanctos tuos. pro quo btūs hiero. in ps. iuxta he. ve. trāstulit. Et inierunt cōsilium aduersus arcanū tuū. Ezech. 7. & violabūt arcanū meū. Scribitur ēt cū mem in pricipio. vt in abdia. Inuestigauerunt abscondita eius. Et aliqñ scribitur cū tau in fine & dr צָפְנַת saphnath. Genē. 41. Et vocauit eum lingua egyptia saluatorem mundi. Pro quo he. le. & vocauit eū absconditorū reuelatorē. De quo vide supra in dictione פַּעְנֵחַ Pachnéach. Itē צָפוֹן Saphon. i. aquilo seu ps septētrionalis. Genē. 28. & dilataberis ad oriētē & occidētē & septētrionē & meridiē. Iob. 26. Qui extēdit aquilonē super vacuū. Esa. 43. Dicā aquiloni: da. Et inde צְפוֹנִי sephoni. idest aquilonaris seu ille qui est ab aquilone. Ioel. 2. & eū qui ab aquilone est longe faciam a vobis.

Occultare

Custodire

Seruare Respicere. צָפַן Absconditū

Arcanū.

Absconditas צְפֻנוֹת

abscōdita. צָפַן

Aquilo צְפוֹנִי Aquilonari.

צֶפַע regulus. צְפְעוֹנִי Aspis צְפְעוֹנִים Reguli

צֶפַע Sephaa. serpentis genus. i. regulus seu basiliscus: aut aspis. Esa. 14. De radice enī colubri egredietur regulus. scribitur ēt cū nun in fine & dr צְפָעֹנִי siphoni. Prouer. 23. Et sicut regulus venena diffundet. Esa. 59. Oua aspidis ruperūt. & in plu. צְפָעֹנִים Siphonim. Hiere. 8. Quia ecce ego mittā vobis serpentes regulos. Item צֵפִי Sephia. i. fimus. stercus. & solum inuenitur in nu. plu. s. צְפִיעַי sephie. Ezech. 4. Ecce dedi tibi fimū boum pro stercoribus humanis. & in ge. fe. צְפִיעוֹת sephioth: quod secundum hebreos significat nepotes. seu ꝓgenīe. Beatus hieronym? trāstulit diuersa genera. Esa. zz. & suspendā sup eū oēm gloriā domus p̄ris ei?: vasorū diuersa genera. ꝓ quo he. le. & suspēdā sup eū oēm gl̄iā dom? p̄ris ei? filios & nepotes seu ꝓgenīe.

Regulus. צְפְעוֹנִי Aspis צְפְעוֹנִים Reguli צֵפִי Fimus צְפִיעוֹת Diuīa gīa Nepotes

צְפְצַף Siphsaph. garrire. gānire. mussitare. Esa. 8. qui strident in incantationibus suis. Pro quo hebrei legūt. Qui garriunt & clamāt siue sonant. Et in eo. 10. Et nō erat qui moueret pēnā & aperiret os & gāniret. & in eodē. 29. & de humo eloquiū tuum musitabit. Et in eo. 38. Sicut pullus hirūdinis sic clamabo. i. garriā seu gāniā more auium. Itē צְפְצָפָה saphsapha. i. supficies. Ezech. 17. In supficie posuit illud. hebrei tñ dicūt ꝙ signāt genus quoddā salicis.

צְפַר Manicare. צְפְרָא mane. צְפִירָה Contritio.

Saphar. Manicare. i. mane consurgere. Iudi. 7. Quisquis timidus & formidolosus est reuertatur. Pro quo he. le. Reuertatur & manicet. i. mane recedat. Et inde צְפְרָא Saphra: quod in lingua chaldaica significat mane siue tēpus matutinum. & inde צְפִירָה Sephira. pro quo btūs hiero. trāstulit contritionē. Ezech. 7. Venit contritio sup te. & in eo. Egressa est contritio. hebrei vero dicunt ꝙ signāt sententiā mane prolatā. Ponitur etiam pro corona vel serto. Esa. 28. Corona glorie & sertum exultationis. Item צִפּוֹר sipor i. auis seu volucris aut passer. & est cōmunis generis. Genē. 7. Cunctūq; volatile secundum genus suum. Leuit. 14. tinget i sanguine passeris immolati. Deut. 14. Omnē auem mundam comedite. Ps. 83. Et enim passer inuenit sibi domū. Ps. 101. Sicut passer solitarius in tecto. Et in plu. צִפֳּרִים Siporim. Leuit. 14. Vt offerat duos passeres viuos. p̄s. 103. Illic passeres nidificabunt. Esa. 31. Sicut aues volantes sic proteget dominus exercituum ierusalem. Item צָפִיר Saphir. i. hircus. Dañ. 8. Ecce autem hircus caprarū veniebat. Et in eodem. Hircus autem caprarū magnus factus est nimis. & i eodem. Porro hircus caprarum rex grecorum est. Et in plu. צְפִירִים Sephirim. Nec. 8. Hircos pro pctō duodecim. Item צִפָּרֵן Sipóren. vnguis siue vngula. Hiere. 17. Scriptum est stillo ferreo & vnguine adamātina. & in plu. צִפָּרְנַיִם Sipornaim. Deut. 21. Et circūcidet vngues eius.

Sertum. צִפּוֹר volatile Passer Aues. צִפֳּרִים Passeres Aues. צָפִיר Hircus

צְפִירִים Hirci. צִפָּרֵן Unguis צִפָּרְנַיִם vngues

צְפַרְדֵּעַ Sephardéa. rana. Exo. 8. Et ascēderūt rane. quod in hebreo legitur singlariter. s. & ascendit rana. Et ponitur ibi singulare pro plurali. s. צְפַרְדְּעִים sephardeim. i. rane. vt in eo. & educ ranas super terram egypti.

Rana. צְפַת Caput columne צַלְמוֹן Pera.

צְפַת Sépeth. caput. s. colūne. 2. Paralip. 3. Porro capita earū quinq; cubitorū. De q̄ vide supra i dictōe צַפַּחַת sapha

צַלְמוֹן Siclon. pera pastoralis. 4. Reg. 4. Et frumentū nouum in pera sua.

צָרַר Angustiare hostiliter agere.

Sarar. Angustiare. tribulare. hostiliter agere. aduersari. claudere. ligare. Nu. 25. Hostes vos sentiant madianite. ꝓ quo hebrei legūt. Angustiare siue tribulare madianitas. Et in eodem. Quia ipsi hostiliter egerunt contra vos. Et in eodem. 33. Auersabuntur vobis in terra ha-

© Biblioteca Nacional de España

bitationis vestre. Leuit. 18. Sororē vxoris tue in pellicatum non accipies. pro quo he. le. & mulierem siue vxorem cum sorore sua non accipies ad tribulandū siue ad auersandū. i. vt vnaqueq; sit hostis alterius siue auersetur alterā: & ad inuicē sint in angustiā & tribulationē. Hiere. 10. Et tribulabo eos ita vt inueniantur. Soph. 1. Et tribulabo hoīes. & in de צָרָה Sara siue מֵצַר Mesar. ideſt angustia siue tribulatio. & inde צַר Sar. siue צוֹרֵר Sorer. ideſt angustiator siue tribulator aut hostis. De quo vide supra in dictione צוּר Sur. Significat etiam claudere seu ligare. 2. Reg. 20. Sed erāt clause vsq; ad diem mortis sue. Iob. 26. Qui ligat aquas in nubibus suis. Prouer. 26. Sicut qui mittit lapidē in aceruum mercurii. pro quo he. le. Sicut qui ligat lapidem. Cuius expositionē vide infra in dictione רָגָם ragam. Et in eo. 3. quis colligauit aquas quasi in vestimento. vide ēt de hoc supra ī dictione צוּר Sur. & inde צְרֹר Seror. ideſt fasciculus. aut sacculus in quo pecunia ligatur. Cāti. 1. fasciculus myrrhe dilectus meus mihi. Prouer. 7. Sacculū pecunie secum tulit. Aggei. 1. Misit eas in sacculum pertusum. & in plu. צְרֹרוֹת Seroroth. Geñ. 42. Repererunt in ore saccorum ligatas pecunias. i. sacculos pecuniarū. Item צְרֹר Seror. lapillus: seu gleba parua que cadit de frumēto qñ cribratur. Amos. 9. sicut cōcutitur triticū in cribro: & non cadet lapillus super terrā.

Tribulare. צָרָה מֵצַר Angustia. צַר Angustiator. Claudere. Ligare. Colligare. צְרֹר Fasciculus. Sacculus צְרֹרוֹת Sacculi צְרֹר Lapillus

צָרַב Sarab. Comburere. ardere. Prouer. 16. & in labiis eius ignis ardescet. Ezech. 20. Et comburetur in ea ois facies. & inde עָרְבָת Sarebeth. ideſt cicatrix que fit ex combustione. Leuit. 13. quia cicatrix est combustura.

ardere. Cōburere. צָרֶבֶת Cicatrix. צֹרִי Resina.

צֹרִי Sori. resina. & scribitur cū iod loco he. Geñ. 43. modicum resine & mellis & storacis. Hiere. 8. Nunquid resina non est in galaad. Et in eodem. 43. Et tolle resinam virgo filia egypti. Ezech. 27. Et mel & oleum & resinam. Et aliqui hebrei dicunt q; significat theriacam.

צָרַח Vociferari צִיָּה Turris. Presidiū צִיִּים Antra. צָרָךְ Necessarium esse. צָרַע Leprosus

צָרַח Sarach. vociferari. fortiter clamare. Esa. 42. vociferabitur & clamabit. Soph. 1. vox diei domini amara: tribulabitur ibi fortis. pro quo he. le. Vociferabitur siue clamabit ibi fortis. & inde צִיָּח Seriach. i. turris alta ex qua speculatores clamant. Iudi. 9. Ingressi sunt fanum dei sui berith. pro quo he. le. Ingressi sunt turrim fani dei sui berith. Et in eodem. Qui circundantes presidium suscenderunt. i. turrim. & in plurali צִיִּים Serichim. pro quo beatus hieronymus transtulit antra. 1. Reg. 13. In petris quoq; & in antris & in cisternis.

צָרַךְ Sarach. oportere. necessarium esse. indigere. 2. Paralipo. 2. Nos autem cedemus ligna de libano quot necessaria habueris. Et in lingua chaldaica frequenter ponitur pro indigere vel oportere.

קָלָה Cala.torrere.frigere.inhonorare.vilipendere. Leuit. 2. De ſpicis adhuc virentibus torrebis eas igni. Ioſ.5. Azymos panes & polẽtã. Pro quo he.le. Azymos panes & torrefactũ.i.ſpicas torrefactas igni. Hiere.29. Quos frixit rex babylonis igni. Et inde קָלִי Cali.i.grana tritici torrefa cta igni. Beatus hiero. tranſtulit polentã. Leuit.23. Polentã & pultes nõ comedetis. Ruth.2. Cõgeſſit ſibi polentã. Ponitur etiã pro cicere torrefacto vel frixo oleo. 2. Reg.7. Et fri xũ oleo cicer. Et aliqñ ſcribitur cũ aleph in fine. vt.1. Reg. 7. Accipe fratib⁹ tuis ephi polẽte. Itẽ קָלָה Cala.i.inhonora re ſeu vilipẽdere. Deut.27. Maledictus qui nõ honorat pa trem ſuũ & matrẽ ſuã. Eſa.16. & auferetur gloria moab. pro quo hebrei legunt. Vilipendetur vel inhonorabitur gloria moab. Vide etiam de hoc in dictione precedenti. Et inde נִקְלָה Nicle.ideſt inhonorat⁹: ſeu vilis: aut ignominia. Pro uer.12. Melior eſt pauper & ſufficiens ſibi. Pro quo hebrei legunt Melior eſt vilis ſiue inhonoratus & ſeruiens ſibi. p̃s. 37. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionib⁹. Pro quo beatus hiero. in pſal. iuxta he.ve. tranſtulit. Quoniam lum bi mei impleti ſunt ignominia. Et inde קָלוֹן Calon.ideſt in honoratio. ignominia. vilipendium. p̃s. 82. Imple facies eorum ignominia. Abach.1. Replet⁹ es ignominia pro glo ria. & componitur cum dictione קִי Ci: que ſignificat vomi tũ: & tunc ambe dictiones ſignificant vomitũ ignominie. Abach.2. Et vomitus ignominie ſuper gloriã tuam.

קָלָה Calach.caldaria: ſeu olla. & ſcribitur cum thau in fine & dicitur קְלָחַת Calachath.1. Reg.2. Et mittebat ea in lebete vel in caldaria aut in olla. Mich.3. Sicut in lebete & quaſi carnem in medio olle. vbi ponitur pro olla.

קָלָה Calach.caldaria Olla. קְלָחַת Caldaria Olla. קָלַט

קָלַט Calut.contractum.ſ.quando aliquod membrum cõ trahitur & abbreuiatur vel curtatur plus ſolito. Leuit. 22. Bouem & ouem aure & cauda amputatis. Pro quo he brei legunt. Bouem & ouẽ diſſolutum & contractum.ſ.in a liquo membro. Et inde מִקְלָט Miclat.ideſt locus refugii vbi fugitiui colligebãtur. Nume.35. Decerniteq̃ vrbes eſſe debeãt in preſidia fugitiuorum. & in eodem. Et reducetur per ſentẽtiam in vrbem ad quam confugerat. Ioſ.20. Sepa rate vrbes fugitiuorum.

Contractũ מִקְלָט Preſidiũ Refugium.

© Biblioteca Nacional de España

קָלַס Illudere

קָלַס Calas.deridere.irridere.illudere.triũphare.4. Reg. 2. Et illudebant ei dicentes:ascende calue. Ezech.16. Nec facta es quasi meretrix:fastidio augẽs preciũ. Pro quo hebrei legũt. Nec facta es sicut meretrix: vt irrideres preciũ seu donum.i. vilipẽderes illud precium quod antea tibi dabatur & augeres illud:vel sic vt irrideres preciũ.i.datorem

Irridere. vilipẽdere

Triũphar.

precii vel muneris.& in eodẽ.22. Triũphabũt de te. Potest etiam legi.illudent te:siue irridebunt te. Abach.1. Et ipe de regibus triumphabit. Sed etiam in predicto loco aliqui hebrei legunt. Et ipe in reges illudet siue irridebit. & sic est in trasłatioue chaldaica.ſ.illudet.vnde sequitur. Et tyrãni ridiculi eius erũt. Et inde קְלָס Celes.i.derisus : siue illusio.ps. 44. Subsãnationem & derisum his qui sunt in circuitu nostro.Hiere.20. Et factus est mihi sermo dñi in opprobrium & derisum tota die. Et aliquando scribitur cum he in fine & dicitur קַלָסָה Calasa. Ezech.22. Propterea dedit te opprobrium gentibus & irrisionem vniuersis terris.

קְלָסָה Irrisio.

קָלַע Fũda lapides iacere.

קָלַע Calaa.fundibulare.i.funda lapides iacere: seu fũdam rotare. Iudi.20. Et sic fundis lapides ad certũ iacientes.1.Reg.17. Tulitq; lapidem & funda iecit. Et in eodem. 25. Porro inimicorũ tuorũ anima rotabitur quasi impetu & circulo funde. Hiere.10. Ecce ego lõge proiiciam habitatores terre. Pro quo hebrei legũt. Ecce ego fundibulabo habitatores terre.i. proiiciam eos sicut lapis funda proiicitur. Et inde קָלַע Calaa.i.funda.1.Reg.17. Et fundam manu tulit. Et in plurali קְלָעִים Calaim.& ponitur p fundibulariis.4. Reg.3. Et circundata est ciuitas a fundibulariis. Ponitur etiam pro cortinis vel tentoriis.Exo.27. In cuius australi plaga contra meridiẽ erunt tentoria de byssо retorta. & in eodem. Et in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum. Significat etiam tornaturas & sculpturas vel picturas factas in similitudinem funde.vt.3.Reg. 6. Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit variis celaturis & torno.& in eodem. Et sculpsit in eis picturam cherubin. Et in eo. & cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur habens tornaturas.

Rotare fũda. Proiicere Fũdibulas Funda. fũdibularij Tentoria Celature Tornature

קִלְקַל Cilcal.dissipare. seu cõturbare. De quo vide supra in dictione קָלַל Calal.

קִלְקַל

קִלְשׁוֹן Cilson.tridens.idest instrumentum ferreum tres dẽtes ferreos habens.1.Regum.13. Acies vomerum & ligonum & tridentũ. Et iũgitur cum dictione שָׁלִשׁ Salos que significat tres: vt in predicto loco.

קִלְשׁוֹן Tridens.

קֶמַח Cemach.farina. Nu.5. Decimã ptẽ lati farine hordeacee.1.Reg.28. Tollensq; farinam miscuit. Esa.47. & mole farinam.i. mole triticum vt fiat farina. Osee.8. Non faciet farinam.

קֶמַח Farina.

קָמַט Camat. Rugare.idest rugam facere:seu rugam habere. Iob.16. Ruge mee testimonium dicunt contra me Pro quo hebrei legunt. Et rugasti me:in testimoniũ fuit.i. ruge quas mihi intulisti sunt in testimonium afflictionis & doloris mei. Et in eodem. 22. Qui sublati sunt ante tempus suum. Pro quo hebrei legunt. Qui rugati sunt ante tẽpus. Et aliqui hebrei in predicto loco legunt. Qui succisi sunt ante tempus.scilicet suum.

קָמַט Rugare

קָמַל Succidere Marcescere obsurdescẽ Succidere

קָמַל Camal.succindere. excidere.marcescere.obsurdescere. Esa.19. Calamus & iuncus marcescent. Pro quo hebrei legunt. Succisi siue excisi sunt. Et in eodem.30. Confusus est libanus & obsurduit. Et etiã in predicto loco hebrei legunt.succisus siue excisus est.

קָמַץ Pugillũ tollere.

קָמַץ Camas.pugillũ implere. aut plenũ pugillum tollere. seu pugillo mensurare.& si latine posset dici pugillare. Leuit.2. Quorũ vn? tollet pugillum plenum simile. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum.ac si diceret.& pugillabit inde plenũ pugillum suum. Nu.5. Vt prius pugillum sacrificii tollat.

קִמּשׂ Vrtica. קִמּשׂנִים vrtice.

קִמּשׂ Cimos.vrtica. Esa.34. Orientur in domibus eius spine & vrtice. Quod in hebreo legitur singulariter. ſ. spina & vrtica. Et in plurali קִמּשׂנִים Cimesonim. Prouer. 24. Et ecce totum repleuerant vrtice.

קָנַן Nidificare

קָנַן Canan.nidificare. nidum facere. ps.103. Quoniã ibi passeres nidificabũt. Esa.34. Ibi habuit foueã hericius Pro quo hebrei legũt. Ibi nidificauit hericius. Hiere.48. Quasi colũba nidificans in summo ore foraminis. Ezech. 22. Nidificans in cedris: & in eodẽ.31. Et in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia celi. & inde קֵן Can siue קֶן Cen. i.nidus. Deut. 22. Si ambulans per viam in arbore vel in terra nidum auis inueneris. Et in eodem.32. Sicut aquila prouocans ad volandũ pullos suos. Pro quo hebrei legunt Sicut aquila expergefacit siue prouocat nidum suum. ſ. ad volãdum. Iob.29. In nidulo meo moriar. ps.83. Et turtur nidum. Et in abdia. Et si inter sidera posueris nidum tuum Et in plurali קִנִּים Cinin. & ponitur pro mãsiunculis factis ad similitudinem nidorum. Geñ.6. Mansiunculas in arca facies.

Vidã faces קֵן Vidus. קִנִּים mãsiuncule.

קָנָא Inuidere. Zelare. Emulari

קָנָא Cana.inuidere.emulari. zelare.prouocare. Geñ.26. Ob hoc inuidentes ei palestini. & in eodem.30. Inuidit sorori sue. & in eodem.37. Inuidebant igitur ei fratres sui. Nu.5. Si spiritus zelotypie concitauerit virum contra vxorem suam.pro quo hebrei legunt. Et transiuit super eũ spiritus zelotypie vel emulationis: & zelauerit vxorẽ suã. & in eodem. Quid emularis pro me.& in eodem.25. Quia zelatus est pro deo suo.2.Regum.11. Et voluit saul percutere eos:zelo quasi pro filiis israel. Significat etiam prouocare.i.emulari vel inuidere facere. Deut.32. Prouocauerunt eum in diis alienis. & in eo. Ipsi prouocauerunt me in eo q nõ erat deus : & ego ꝓuocabo eos in eo qui nõ est populus. Et inde קַנָּא Cana.idest zelator siue zelotes vel emulator. Exo.34. Dominus zelotes nomẽ eius. Deut.4. Deus emulator. Et inde קִנְאָה Cinaa.idest zelus seu emulatio.4.Reg. 19. Zelus domini exercituũ faciet hoc. ps.68. Zelus domus tue comedit me. Ezech.8. Idolum zeli ad prouocandam emulationem. Et i plurali קְנָאוֹת Cenaoth. Nu.5. Quia sacrificium zelotypie est. Quod in hebreo legitur in plurali. scilicet zelotypiarum vel emulationum.

Prouocare קַנָּא Zelotes. Emulator קִנְאָה Zelus. קְנָאוֹת Zelotypie

קָנָה Emere. Possidere Acquire

קָנָה Cana.emere.possidere.acqrere.creare.Geñ.33. Emit ꝙ partem agri. & in eodem.49. Quem emit abrahã ab Ephron etheo. Exo.21. Si emeris seruũ hebreũ. Hiere. 32. Agri ementur pecunia. Significat etiam possidere. vel acquirere. Geñ.4. Possedi hominem per deum. Deut.32. Nunquid nõ ipse est pater tuus qui possedit te. ps.73. Quã possedisti ab initio. ps.138. Quoniam tu possedisti renes meos. Prouer.4. In omni possessione tua acquire prudentiam. Hiere.32. Et possidebuntur agri. Zach.13. Quoniam adam exemplum meũ fuit ab adolescẽtia mea. Pro quo hebrei legunt. Quoniam adam. idest homo acquirere siue possidere me fecit ab adolescentia mea. vel sic. Quoniã adã alere me fecit pecora. idest docuit me possidere vel acquire terram & pecora & alia. Significat etiam creare. Geñ.14 benedictus Abraam deo excelso qui creauit celum & terrã Et inde מִקְנֶה Micne.i.emptio siue possessio vel acquisitio tam rerum mobilium quam immobilium. Geñ.13. Erat autem diues valde in possessione auri & argenti. & in eodẽ. 17. Tam vernaculus ꝙ empticius. pro quo hebrei legunt. Natus domi & emptio argenti.i.emptus pecunia. Et in eodem. Et vniuersos quos emerat. pro quo hebrei legunt. Et omnem emptionem argenti sui.i.omnes quos emerat ar-

Creare. מִקְנֶה Possessio.

© Biblioteca Nacional de España

gento. Et in eodem. 23. Abrae in possessionem videntibus filiis heth. Et in eodem. 26. Habuitq; possessionem ouiū & armentorum. & in eodem. 49. Ibi & lia condita iacet. & sequitur in hebreo. possessio seu emptio agri & spelunce que in eo est a filiis heth. Leuit. 25. Tāto minoris & emptio cō stabit. Esa. 30. Pascetur in die illa in possessione tua agnus spacioſe. Ponitur etiam pro possessione pecorum & armētorū. Gen. 46. Adducite pecora vestra. Exo. 17. Vt occidere & liberos nostros ac iumēta siti. Nu. 20. Et si biberimus aquas tuas nos & pecora nostra. Et in eodem. 25. Filii autē Ruben & gad habebant pecora multa. Eccl's. 2. Armenta quoq; & magnos ouium greges. Et inde קִנְיָן Cinian. ideſt emptio. possessio. vel substantia. Gen. 34. Substātia eorum & pecora & cuncta que possident nostra erunt. Leuit. 22. Quem autem sacerdos: emerit. pro quo hebrei legunt. Et sacerdos si emerit animā: emptionem vel possessionē argēti sui. Ezech. 38. Qui possidere cepit: & esse habitator vmbilici terre. Pro quo hebrei legunt. Faciens. i. acquirens possessionem vel substantiam in vmbilico terre. Et in eodem. Vt auferas supellectilem atq; substantiam. Item קָנֶה Cane. ideſt arūdo vel calamus. 3. Reg. 14. Sicut moueri solet arūdo. ps. 67. Increpa ferā arundinis. Esa. 19. Calamus & iuncus marcescent. Ezech. 40. Calamus mensure in manu eius. Accipitur etiam pro calamo aureo. Exo. 25. Hastile eius & calamus. & in plurali קָנִים Canim: siue קָנוֹת Canoth. Exo. 25. Sex calami egredientur de lateribus. & in eodem. Hoc erit opus sex calamorum. Accipitur etiam pro osse brachii: eo quod est ad similitudinem calami. Iob. 31. Et brachium meum cum suis ossibus confringatur. Accipitur etiam pro calamo aromatico. Exo. 3. Calami similiter ducētos quinquaginta siclos. Canti. 4. Fistula & cinamomum. vbi ponitur pro fistula. i. pro calamo aromatico. Esa. 43. Non emisti mihi calamum argento. Hiere. 6. Et calamum suaue olentē de terra loginqua. Ponitur etiam pro statera. eo quod habet duo brachia hinc & hinc. Esa 46. Et argentum statera ponderatis.

Emptio

Pecora. Iumēta

Armenta. קִנְיָן Substātia.

Possessio. קָנֶה Arundo. Calam⁹

קָנִים

Calami os brachij.

Fistula.

Calamus. aromatic⁹

Statera

קִנָּמֹן cinamomū

קִנָּמֹן Cinamon. Cinamomum. Exo. 30. Et cinamomi medium eius. Canti. 4. Fistula & cinamomum.

קָנַץ Finis

קָנַס distringere

קֶסֶם Briolos. sciscitari. Diuinare.

קְסָמִים

hariolatio Diuinatio

מִקְסָם diuinatio.

קְסָמִים diuinatões

מָסַת atramētarium

קָנַע

קָנַס Canas. finis. Iob. 18. Vsq; ad quē finē verba iactabis. De quo vide infra in dictione קָצַץ Casas.

Casas. Distringere: fructus vel ramos ex arbore decerpere. Ezech. 17. Et fructus eius distringet & siccabit.

קֶסֶם Casam. diuinare. hariolari. seu hariolos scisitari. Deut. 18. aut qui hariolos scisitetur. 1. Reg. 28. Diuinā mihi in phytone. Ezech. 13. Qui vident vana & diuinant mendacium. Mich. 3. Et confundētur diuini. i. diuinātes. Et inde קְסָמִים Cēcem. ideſt diuinatio vel hariolatio. 1. Reg. 15. Quoniā peccatū hariolandi est. Prouer. 16. Diuinatio in labiis regis. Hiere. 14. Diuinationem fraudulentam & seductionem cordis sui prophetant. Scribitur etiam cum mē in principio & dicitur מִקְסָם Micsam siue מִקְסָם Micsom. Ezech. 12. Nec diuinatio ambigua in medio filiorum israel Et in eodem. 13. Et diuinationem mendacem locuti estis. Mich. 3. E tenebre vobis pro diuinatione. Et in plu. קְסָמִים Cesamim. Nume. 22. Habentes diuinationum precium in manibus. 4. Reg. 17. Et diuinationi inseruiebant. Pro quo hebrei legunt. Et diuinati sunt diuinationes. Vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum.

מָסַת Cēseth. atramentarium. Ezech. 9. Et atramentarium scriptoris ad renes eius. Et solum inuenitur in predicto loco.

קָנַע Caa. Ammouere. dimouere. dissoluere. recedere. Et scribitur cum simplici àim. Gen. 32. Tetigit neruum femoris iacob. Pro quo hebrei legunt. Et āmouit seu dislocauit coxā femoris Iacob. Ezech. 23. Et recessit anima mea ab ea: sicut recesserat anima mea a sorore eius. Vide etiā de hoc supra in dictione יָמַע Iacaa. & inde קוֹעַ Cōa. pro quo beatus hieronymus transtulit principē. Vt in eo. & nobiles & tyrannos & principes. & aliqui hebrei dicunt quod ē nomen proprium nationis vel regionis.

amouere. Recedere

קוֹעַ Princeps

קַעֲקַע Stigma.

קַעֲקַע Caacaa. Stigma. siue stigmatizatio. Leuit. 19. nec figuras aliquas aut stigmata facietis vobis.

קְעָרָה aceptabl⁹. קְעָרוֹת aceptabla.

קְעָרָה Ceara: scutela. Beatus hieronymus transtulit acepta bulū. & scribitur cum he vel thau in fine. Nu. 7. Aceptabulum argēteum appendens centum triginta siclos. Et in plurali קְעָרוֹת Cearoth. Exo. 25. Aceptabula & phialas & scyphos.

קָפָא Coagulare Cōgregar. Congregare Defigere

קָפָא Capa. coagulare vel congelare. congregare. defigere Iob. 10. & sicut caseū me coagulasti. Ponitur etiā pro congregare vel defigere. Exo. 15. Congregati sunt abyssi in medio maris. 1. Congelati. Soph. 1. Viros defixos in feculis suis. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Viros coagulatos vel congelatos in fecibus suis. Et inde קִפָּאוֹן Cipaon. Pro quo beatus Hieronymus transtulit niuem: que est aqua congelata. Zach. 14. Nō erit lux sed frigus & nix.

קִפָּאוֹן Nix.

קָפַד Precidere קְפָדָה angustia

קָפַד Capad. scindere. precidere. Esa. 38. Precisa est velut a texente vita mea. & inde קְפָדָה Cephada. i. scissio vel precisio. Pro quo beatus hieronymus transtulit angustiā. Ezech. 7. Augustia superueniente requirent pacem. Item קִפּוֹד Cipod. ideſt hericiō. Esa. 14. Et ponam eam in possessionem hericii. Et in eo. 34. Onocrotalus hericius & ibis Soph. 2. Onocrotalus & hericius.

קִפּוֹד Hericius

קִפֹּז Hericius קִפֹּז Cōtrahere Cōtinere

קִפֹּז Cipoz. hericius: sicut dictio precedens. Esa. 34. Ibi. habuit foueam hericius.

קָפַץ auferre.

קָפַץ Capas. cōtinere. claudere. contrahere. trāsilire. Deut. 15. Non cōtrahas manum tuam: sed aperias eam pauperi. Iob. 5. Iniquitas autē contrahet os suum. ps. 76. Aut continebit in ira sua misericordias suas. Esa. 52. Super ipm continebunt reges os suum. Significat etiā transilire. Cāti. 2. Transiliens colles. Item ponitur pro auferre. Iob. 24. Et humiliabuntur sicut omnia & auferentur.

קֵץ Finis. קָצַץ Scindere. amputare.

קֵץ Ces. finis. terminus. extremum. De quo vide in dictione sequenti.

קָצַץ Casas. scindere. abscindere. secare. amputare. Exo. 29. Et extenuauit in fila. Pro quo hebrei legunt. Et scidit vel secauit fila. Deut. 25. Abscides manum illius. Iudi. 1. scisis summitatibus manuū eius ac pedum. Et in eodem. Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum sūmitatibus. 2. Reg. 4. Precidentes manus ac pedes eorum. ps. 128 Dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Ponitur etiam pro tondere vel attondere. Hiere. 9. Et super omnes qui attonsi sunt in coma. & inde קֵץ Ces. ideſt finis. terminus: aut extremū. Gen. 6. Finis vniuerse carnis venit corā me. Et in eodem. 40. Post duos annos vidit pharao somnium. i. in fine duorum annorum. Deut. 15. In septimo anno facies remissionem. pro quo hebrei legūt. In fine vel a termino septem annorum facies remissionem. i. in anno finali vel extremo septem annorum facies remissionē. Hiere. 44. Cum completi fuerint septem āni dimittat vnusquisq; fratrem suum. ideſt in fine septem annorum. Ezech. 7. Venit finis. Vide etiam de hoc infra in dictione קָצָה casa.

Concidere attondere

קֵץ Finis.

קָצַב Prescindere. קְצָב precisio

קָצַב Casab. Prescindere. abscindere. 4. Reg. 6. Prescidit ergo lignū & misit illuc. Et inde קְצָב Cēseb. i. prescissio seu sculptura. 3. Reg. 6. In mensura pari & opus vnum erat duobus cherubim. pro quo hebrei legunt. Mensura vna & prescissio vna erat duobus cherubim. ideſt sculptura una. &

© Biblioteca Nacional de España

sculptura קְצָבִים Extrema. קְצָבוֹת Tonse

in eo.7.& mensura sculpturaq̄ cōsimili. & in plu. קְצָבִים Cesabim.& pōitur pro extremis.Ione.2.Ad extrema mōtium descendi. & in plurali feminino קְצָבוֹת Cesuboth. ꝑ quo beatus hieronymus transtulit tonsas. ideſt prescissas Canti.4.Sicut grex tonsarum.

קָצָה Concidere מְקַצֶּה Claudus קְצֵה

קָצָה Casa.abscindere.concidere.radere.tedere.seu nauseam habere.Abach.z.Cōcidisti populos multos.& in de מְקַצֶּה Mecase.i.abscissus vel truncatus.ſ. pedes.pro quo beatus hiero.transtulit claudū.Prouer.26.Claudus pedib⁹ & ini quitatem bibens.& inde קְצֵה cese siue קָצֶה case. i.finis aut summitas:siue terminus:vel extremitas.Exo.25. Cherub vnus sit in latere vno:& alter in altero.pro quo hebrei legunt·Et facies cherub vnum ab extremitate hinc:& cherub vnū ab extremitate inde.& in eo.26.Qui mittentur per medias tabulas a summo vsq̄ ad summū.i.ab extremitate in extremitatem. Et in eo.ansulas hyacinthinas in lateribus & sūmitatibus facies.pro quo he.le.& facies ansulas hyacinthinas in ora cortine vnius.ideſt in extremitate Nu.20.Que est in extremis finibus tuis posita.ps.18. a sūmo celo egressio eius.Esa.2.& non est finis thesaurorum eius.Et in eo.& innumerabiles quadrige eius.pro quo he.le.Et non est finis quadrigarum eius.Scribitur ēt cū mem in principio.Genē.45.Extremos quoq̄ fratrum suorum quinq̄ viros constituit coram rege. Dañ.1. & postea starēt in conspectu regis.i.in fine trium annorū.& in plu. קְצָוֹת Cesauoth·siue קְצוֹת cesoth.Exo.27.Per quattuor angulos erunt quattuor annuli.i.per quattuor extremitates eius Et ī eo.28.In vtroq̄ latere sūmitatum.& in eo.Iunges annulis que sunt in marginibus eius.ideſt in extremitatibus eius. Et in eo.Et ipsarum cathenarum extrema duobus copulabis vncinis.3.Reg.6.A sūmitate ale vsq̄ ad ale alterius sūmitatem.Ps.74.Et timebunt qui habitant terminos a signis tuis.reperitur ēt קְצָיִם siue קְנָצִים cinsim:secundum terminationem pluralem masculinorū.vt in eo. psalmo.vbi dr̄ spes oīm finiū terre.Ezech.33.Et tulerit populꝰ terre virū vnū de nouissimis suis.Et aliq̄n scribitur cū lra nun in medio.vt Iob.18.Vsq̄ ad quē finē verba iactabis.vide ēt de hoc supra in dictione קוץ cos:& in dictione קָצִין casas. Signat ēt predicta dictio קָצָה casa:radere: vel decorticare.Leuit.14.Et spargi puluerem rasure extra vrbem.& in eo.Postq̄ eruti sunt lapides & puluis elatus. i. rasus vel decorticatus.Item significat tedere vel nauseam habere.Nume.21.& anima nr̄a nauseat super cibo isto leuissimo. 4. Reg.10.In diebus illis cepit dominus tedere super israel.

Sūmitates margines. Extrema. Termini. קְצוֹת Fines nouissimi קָצָה Radere Nauseare. Tedere קָצָה bit

קְצָח Cesach.genus frumenti vel leguminis. pro quo beatus hieronymus transtulit.git.Esa.28.Seret git: & cyminum sparget.Et in eo. Non enim in serris triturabitur git.& in eo.Sed in virga excutietur git.

קָצִין Princeps קְצִינִים Principes

קָצִין Casin.Princeps.seu dux. Iudi.11. Veni & esto prīceps nostri.Esa.3.Princeps esto nr̄i.& in eo. Nolite constituere me principē populi.& in plu.קְצִינִים cesinim.Esa.1. Audite verbum domini principes sodomorum.& in eodē zz.Cuncti principes tui fugerunt.

קָצַע Abradere מְקַצֻּעוֹת Angulus.

קָצַע Casaa.radere.abradere.vel decorticare.Leuit.14.domū aūt ipsam abradet intrinsecus per circuitū.& ide מִקְצֻעוֹת misoa.i.angulꝰ.z.Paralip.26.Sup portā anguli. Here.3.ab angulo vsq̄ ad portā domus.Ezech.46.Et ecce atriolum erat in angulo atrii.& in plu.מִקְצֻעוֹת micseoth.siue מִקְצָעִים micsaim.aut קְצָעוֹת cesaoth.Exo.26. Et rursus alias duas que in angulis crigantur.Et in eo. Duabus quoq̄ tabulis que in angulis ponende sunt.Ezech.41. Et anguli eius & longitudo eius.Et in eo.46. Per quatuor angulos atrii.Et in eo.In quattuor angulis atriola disposita Et i eo. Mensure vnius q̄ttuor erant. i. quattuor anguli.Itē Cesia.i.casia. & reperitur tm̄ in plu.i. קְצִיעוֹת cesioth. Ps. 44.Myrrha & gutta & casia a vestimētis tuis.est ēt cesia nomen proprium femine.Iob.42. Et vocauit nomē vnius diem:& nomen secunde casie.

קְצִיעָה קְצִיעוֹת Casia

קָצַף Irasci. Indignari decorticar. קְצַף Ira. Furor Idignatio. Iracūdia Spuma.

קָצַף casaph.Irasci.indignari.decorticare.Nu.16. Nū vno peccāte cōtra oēs ira tua deseuiet.pro quo he.le.Nun vno viro peccāte cōtra oēm cetū irascer̄is.Deut.9.Nam & in oreb prouocastis eum.ideſt fecistis cū irasci. Esa.8. & cū esurierit irascetur & maledicet regi suo. & in eo.57.Propter iniquitatem auaritie sue iratus sum.Et in eo.Abscondi & indignatus sū.Zach.1.Iratus est dñs sup patres vr̄os iracundia.Ioel.1.Et ficū mea decorticauit. & inde קְצַף cesseph.siue קֶצֶף caseph.ideſt ira:siue iracundia:aut indignatio: vel furor.Nu.16.Iā enim egressa est ira a dño. ps.37. Dñe ne in furore tuo arguas me.Esa.60.In indignatione enim mea percussi te.Here.10.ab indignatione eius commouebitur terra.Zach.1.Iratus est dñs sup patres vr̄os ira cūdia. vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatū.Ponitur ēt pro spuma.Osee.9.quasi spuma sup faciē aque.

קָצַר abbreuiar. minorare coāgustare Breuis Impatiēs קְצָרִים Breues קְצָרוֹת Breuiora. קְצָר Angustia. Tedere Metere קְצִיר messis Seges. Coma Ramus Palmes קֹר קֹרַר Frigidū facere

קָצַר Casar.Abbreuiare.coangustare.decurtare.metere.tedere.Nu.11.Nūquid manꝰ dñi inualida est. pro quo he.le.Nūquid manus dñi abbreuiata siue coangustata est. Ps.88.Minorasti dies tpis eius.i.abbreuiasti.ps.101.respōdit ei in via virtutis sue paucitatē dierū meorū. ꝑ quo btūs hiero.in psal.iuxta he.ve.trāstulit.Afflixit in via fortitudinē meā: abbreuiauit dies meos.Prouer.10.Anni impiorū breuiabūtur.Esa.28.coangustatū est enī stratū.& in eo.50 Nūquid abbreuiata & paruula facta est manus mea. & i eo. 59.Ecce nō est abbreuiata manus dñi.Mich.z.Nūq̄ abbreuiatus est spūs dñi.& inde קְצַר cesar.i.breuis siue angustꝰ. Iob.14.Breui viuēs tpe.& iungitur cū dictiōe אַפַּיִם Apaim:que signāt irā: & tūc ambe dictiōes signant iracūdū vel impatiētē.i. breuē ad irā.ſ.qui facile irascitur. Prouer.14. Impatiēs opabitur stultitiā.& in plu.קְצָרִים cesarim siue קְצָרֵי cisre.Esa.37.Habitatores earū breuiata manu cōtremuerūt.ꝑ quo he.le.breues manu.& in plu.fe. קְצָרוֹת cesuroth.Ezech.42.Vbi erāt gazophylacia in supioribꝰ humiliora.pro quo he.le.breuiora vel angustiora. & ide קֹצֶר cōser.i.abbreuiatio vel coangustatio:aut angustia .Exo.6. Propter angustiam spūs.Ponitur etiam pro tedere.Nu.21. & tedere cepit populū. Sed ēt in p̄dicto loco hebrei legūt. & coāgustata est anima populi. Signāt etiā metere.Leuit. 23.& mesueris segetē.Deut.24.qñ mesueris segetē i agro tuo.Ruth.2.& dixit mesoribus dñs vobiscū.ps.128.De quo nō ipleuit manū suā qui metet.& inde קְצִיר casir.i.messis Genē.8.Sementis & messis frigus & estas.& in eo.30.Egressus aūt ruben tpe messis tritícee.Exo.34.Die septimo cessabis arare & metere.pro quo he.le.& die septimo cessabis:in messe & aratiōe cessabis vel requiesces.Deut.24.Qñ messueris segetē.pro quo he.le.qñ mesueris messem.vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatū.Ruth.1.Qñ primū hordea metebātur.pro q̄ he.le. In principio messis hordeacee.Esa.17.& erit sicut cōgregās in messe. & in eo. Ablata est messis in die hereditatis.& in eo.18.ante messem enī totus efflоruit.Ponitur ēt pro palmite vel ramo. Iob.14.& faciet comam quasi cum prius planctatum est. ideſt faciet palmitem vel ramum.& in eodem.29.& ros morabatur in messione mea.pro quo hebrei legunt. In ramo vel palmite meo.ps.79.extēdēs palmites suos vsq̄ ad mare.

קֹר Cor.frigus.De quo vide in dictione sequenti.

קָרַר carar.frigescere.Here.6. Sicut frigidam facit cisterna aquam suam:sic frigidam fecerunt malitiam suā.

© Biblioteca Nacional de España

קר Frigus

Et inde קוֹר Cor. idest frigus. Geñ. 8. Frigus & estus. Et aliquando scribitur cum he vel thau in fine & dicitur קָרָה Cara. seu קָרַת Carath. Iob. 24. Quibus non est operimentū in frigore. Ps. 148. Ante faciem frigoris eius quis sustinebit. Prouer. 25. Et qui ammittit pallīū in die frigoris. Et inde קָר car. idest frigidus vel frigidum. Et solum inuenitur in numero plurali. scilicet קָרִים carim. Prouer. 25. Aque frigide anime sitienti. & inde מְקֹרָה Mecera. idest locus refrigerii vbi habitant in estate. Iudi. 3. Forsitan purgat aluū in estiuo cenaculo. Et inde קִרְקֹר Carcor. idest refrigerium Iudi. 8. Zebee aūt & salmana requiescebant. idest erant in refrigerio. hebrei tamen dicunt q̄ est nomen proprium loci. Vnde in predicto loco ipsi legñt. Zebee autem & salmana erant in carcor.

קָרָא Appellare Vocare

קָרָא Cara. vocare. inuocare. appellare. nominare. clamare vel predicare. legere. occurrere. euenire. accidere. Geñ. 1. Appellauitq̄ lucem diem & tenebras noctem. Et ī eodem. Vocauitq̄ deus firmamentum celum. Et in eodē. Et vocauit deus aridam terram. Et in eodem. 2. Vt videret quid vocaret ea. Et in eodē. Appellauitq̄ adam nominib⁹ suis cuncta animantia. Et in eodem. 4. Iste cepit inuocare nomen domini. 1. Regum. 9. Deinceps comedent qui vocati sunt. 3. Regum. 1. Salomonem fratrem suum non vocauit Iob. 12. Inuocauit deum: & exaudiet eum. Et in eo. 27. Et inuocare deum omni tempore. Ester. 4. Siue vir siue mulier non vocatus. Et in eodem. Que triginta iam diebus nō sum vocata ad eum. ps. 98. Inuocabant dominum & ipse exaudiebat eos. Prouer. 27. Et oleum dextere sue euacuat. Pro quo hebrei legunt. Et oleum dextere sue euocat. Esa. 41. Vocans generationes ab exordio. Et in eodem. 48. & transgressorem ex vtero vocaui te. Et in eodem. Et israel quem ego voco. Et in eodem. 55. Ego dominus qui voco nomen tuum. Et in eo. 58. Et vocaberis edificator sepium. Et in eodem. 65. Ad gentem que non inuocabat nomē meum. Hiere. 23. Et hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus nr̄. Ezech. 10. Rotas vocauit volubiles. Osee. 7. Egyptum inuocabāt. Sigñat. etiam clamare. Ps. 33. Iste pauper clamauit. Ps. 90. Clamabit ad me & ego exaudiam eū. ps. 118. Clamaui in toto corde exaudi me domine. Et in eo. Clamaui ad te saluū me fac. Esa. 6. Et clamabāt alter ad alterum. Et in eodem. 40. Vox clamantis in deserto. Et in eod. 48. Clama ne cesses. Significat ēt legere. Nec. 8. Et legit in eo aperte in platea. Et in eodem. Et legerūt in libro legis dei distincte. Ester. 6. Que cū illo presente legerētur. Esa. 29. Et dabitur liber nescienti litteras: dicetur q̄ ei lege istum. Abach. 2. vt percurrat qui legerit in eo. Ponitur ēt p predicare vel preconizare. quod est idem quod clamare. vt Esa. 61. vt predicarem captiuis indulgentiā. Hiere. 7. & predica ibi verbū istud. Ione. 1. Et predica in ea predicationē. & inde קְרִיאָה Ceria. i. vocatio vel lectio: aut predicatio. vt in predicto loco: vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatū Scribitur etiā cum mem in principio & dicitur מִקְרָא Micra. i. vocatio vel appellatio. aut lectio. Leuit. 23. Dies primus erit vobis celeberrimus sanctusq̄. pro quo hebrei legunt. In die prima erit vobis vocatio sancta siue inuocatio sancta. Et in eodem. Dies expiationis erit: & vocabitur sanctus. pro quo hebrei legunt. Vocatio vel inuocatio sancta erit vobis. & in plu. מִקְרָאִים Micraim siue מִקְרָאֵי micrae. Leuit. 23. He sunt ferie domini quas vocabitis sanctas. pro quo hebrei legunt. vocationes sancte. Esa. 4. Et creabit dominus super omnem locum montis sion & vbi inuocatū est nomen eius. Pro quo hebrei legunt. Et super omnes vocationes vel inuocationes eius. & inde קְרוּאִים Ceruim. i. homines nominati vel vocati seu principales: vel nobilissimi populi. Nu. 1. Hi nobilissimi principes multitudinis. & in eodem. 16. Et qui tempore concilii per nomina vocabātur. Et ī eodem. 26. Isti sunt dathan & abiram principes populi. Ezech. 23. Et nominatos ascensores equorum. Ponitur etiam pro inuitatis. idest vocatis. 1. Regum. 9. Deiceps comedent qui inuitati sunt. Significat etiam predicta dictio קָרָא cara. accidere. aut occurrere. Geñ. 42. Ne forte in itinere quicq̄ patiatur mali. pro quo hebrei legunt. Ne forte accidat ei periculum siue mors. Et in eo. Si quid ei aduersitatis acciderit in via. Et in eo. 49. Vt annunciem que vēture sunt vobis. idest que euenient vobis. Exo. 1. Et si īgruerit contra nos bellum. idest si acciderit. Deut. 30. Et occurrent vobis mala in extremo tempore. 2. Reg. 1. Casu veni in mōte gelboe. Et in eodem. 18. Accidit autem vt occurreret Absalon seruis dauid. Et in eodem. 2. Accidit autem q̄ ibi esset vir belial. Esa. 60. Et occupauit salus muros tuos. Pro quo hebrei legunt. Et occurret siue eueniet salus. Hiere. 13. Quare venerunt mihi hec. idest acciderunt. Et in eodem. 23. Et euenerunt eis omnia mala hec. Dañ. 10. vt docerem te que ventura sunt populo tuo. idest que euenient vel accident populo tuo. vide etiam de hoc infra in dictione קָרָה Cara cum he in fine. & inde קָרוֹת Coroth. idest accidētia. vel occurrentia. Esa. 51. Duo sunt que occurrerunt tibi. & inde לִקְרַת Licrath. idest in occursum seu obuiam. Exo. 4. Ecce ipse egredietur in occursum tuum. Et in eo. 19. Cūq̄ eduxisset eos moyses in occursum dei de loco castrorum Item קֹרֵא Core. idest perdix. 1. Reg. 26. Sicut persequitur perdix in montibus. Hiere. 17. Perdix fouit & non pepit.

Nobilissimi Vocati. Principes. Nobiles. Inuitati Accidere Occurrere casu venire Euenire. קָרוֹת Accidētia. לִקְרַת Occursus. קֹרֵא Perdix קָרַב

קָרַב Carab. appropinquare. accedere. appropiare. applicare. offerre. bellare. Geñ. 12. Cūq̄ prope esset vt ingrederetur egyptum. Et in eodem. 47. Cumq̄ appropinquasset tempus mortis eius. Exo. 3. Non appropinques inquit huc. Et in eodem. 12. Et tunc recte celebrabit. pro q̄ hebrei legunt. Et tunc accedat siue appropinquet vt faciat eum. idest vt celebret eū. Et in eo. 14. Cūq̄ appropinquasset pharao. Et in eodem. Ita vt ad se inuicē toto noctis tpe accedere nō valerent. Et in eo. 22. Dñs domus applicabitur ad deos. Et in eo. 29. Filios quoq̄ illius applicabis. i. appropinquare facies. & in eo. 32. Cumq̄ appropinquasset ad castra. Et in eo. 36. Et qui sponte sua obtulerant se ad faciendum opus. Pro quo hebrei legunt. Omnis quem eleuauit i. incitauit cor suū vt accederet ad opus ad faciendum illud Et in eodem. 40. Accedentes ad altare. Deut. 5. Tu magis accede & audi. Et in eo. 15. Appropinquat septimus annus. Ios. 5. Accedetisq̄ mane singuli per tribus vestras. 2. Reg. 15. Et cum accederet ad eū homo & salutaret illū. 4. Regū. 16. Vidit altare & veneratus est illud. Pro quo hebrei legūt. Et vidit rex altare: & accessit rex ad altare. ps. 26. Dum appropriant super me nocentes. Ps. 68. Intende anime mee: & libera eam. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Accede ad animam meam & redime eam. Esa. 8. Accessi ad prophetissam. Et in eodem. 41. Prope facite iudicium vestrum dicit dominus. Ezech. 36. Prope est vt veniant. Et in eo. 37. Et adiunge vnum ad alterum. idest applica. Et in eo. 42. Et sic procedent ad populum. idest accedēt. Soph. 2. Et ad deum suū nō appropinquabūt. Sigñat ēt aliqñ offerre. s. qñ est verbū tertie cōiugationis transitiuū. i. appropinquare vel accedere facere. Leuit. 1. Homo qui obtulerit ex vobis hostiam. Et in eo. 3. Et offerrent de hostia pacificorū oblationē dño & in eodē. 21. & panes deo suo offerunt. Nu. 18. Sed fratres tuos de tribu leui sceptro patris tui sume tecū. i. appropin-

Appropin quare Accedere applicare. adiungere Offerre

© Biblioteca Nacional de España

quare fac tecum. Ezech. 43. Et offeres vitulum de armēto.
קָרְבָּן Et in eo. Et offeres eū in conſpectu dñi. & inde קָרְבָּן corbā
ſiue קָרְבָּן curban. i. oblatio ſeu munus quod offertur dño.
Oblatio. Leuit. 1. Si holocauſtū fuerit eius oblatio. Et in eo. 2. Aníma cum obtulerit oblationē dño. Nec. 10. Sortes ergo miſimus ſup oblationem lignorum. & Mathei. 15. corban.
i. munus quodcūq; ex me tibi proderit. Et in eo. 27. Non
קָרוֹב licet eos mittere in corbanā. i. oblationē dñi. & inde קָרוֹב
Proxim⁹ ppinquus carob. i. propinquus vel proximus. Exo. 32. Et amicū & proximū ſuū. Leuit. 21. Niſi tm̄ in cōſanguineis & propīquis.
Quod in hebreo legitur ſing̃r. Ruth. 2. Propīquus noſter eſt homo. Ps. 14. Et opprobriū non accepit aduerſus proximos ſuos. pro quo btūs hiero. in pſ. iuxta he. ve. trāſtulit. &
Prope opprobriū nō ſuſtinuit ſup propinquo ſuo. Ponitur ēt aduerbialiter. i. prope. pſ. 144. prope eſt dñs inuocātibus eū
קְרוֹבִים Eſa. 55. Inuocate eū dū ppe eſt. & in plu. קְרוֹבִים cerobim.
i. proximi vel propinqui. Leuit. 10. Sanctificabor in his q
appropinquāt mihi. Eſter. 9. Tā in vicino poſitis q̄ pcul.
pro quo he. le. Propinquis & longinquis. & inde קָרֵב Ca-
Propīqui קָרֵב reb. i. accedēs vel appropinquās. 1. Reg. 17. Ibat autem phiſte⁹ accedēs & appropinquās. 3. Reg. 4. & neceſſaria mē ſe regis ſalomonis cū ingenti cura p̄bēbāt in tpe ſuo. pquo
Eccedens. קָרְבָה he. le. & oēm accedētē ad menſam regis ſalomonis nutriebant ſiue alebant vnuſquiſq; in mēſe ſuo: in nullo deficiebant. & inde קִרְבָה ceriba ſiue קִרְבַת cirbath. i. appropin-
Appropin quatio. קֵרֵב quatio: vel adheſio. pſ. 72 Mihi autem adherere deo bonū eſt. pro quo he. le. mihi autem appropinquatio vel adheſio
Intra Medium dei bona eſt. & inde קֵרֵב cereb. i. ītra: aut mediū alicui⁹ rei.
Geñ. 18. & riſit occulte. pro quo he. le. & riſit intra ſe. Exo.
23. Et auferā infirmitatem de medio tui. Nu. 15. Peribit de populo ſuo. pro quo he. le. Peribit de medio populi ſui. Deut. 13. Si ſurrexerit in medio tui prophetes. & in eo. 17. de
numero fratrū tuorū. pro quo he. le. De medio fratrū tuorū. Et in eo. 21. Et nō reputes ſanguiné innocētē in medio
Inteſtina. populi tui iſrael. Ponitur ēt pro vitalibus ſeu viſceribus vl interioribus aut inteſtinis. Leuit. 1. inteſtinis & pedibus lotis aqua. Et in eo. Inteſtina vero & pedes lauabunt aqua.
Interioza. Pſ. 48. Sepulchra eorū domus eorū in eternū. p quo btūs hiero. in pſ. iuxta he. ve. trāſtulit. Interiora ſua domus eorū in ſeculū. pſ. 102. Et oīa que ītra me ſunt nomini ſancto
Calefieri eius. Ponitur ēt predicta dictio. קָרַב Carab pro calefieri.
Oſee. 7. Oēs calefacti ſunt quaſi clibanus. Significatetiam
Pugnare. bellare. vel pugnare. pſ. 54. Appropinquat cor illius. Pro quo btūs hiero. in pſ. iuxta he. ve. tranſtulit. Pugnat autem cor illius. Et in eodem. Ab his qui appropinquant mihi.
Pro quo hebrei legunt. Ab his qui pugnant aduerſus me.
קְרָב Et inde קְרָב cerab. i. bellū ſeu prelium aut pugna vel certa
Prelium men. 2. Reg. 17. Et tu eris in medio eorum. pro quo hebrei
Certamē legunt. Et facies tue ibunt in prelio vel in pugna. Ps. 144
קְרָבוֹת Qui docet manus meas ad prelium. Zach. 14. Sicut prel-
Bella. liatus eſt in die certaminis. & in plurali קְרָבוֹת ceraboth.
Ps. 67. Diſſipa gentes que bella volunt.

קָרְדֹם Cardum. ſecuris. 1. Reg. 14. Vt acuerent vnuſquiſq; vomerem ſuum & ligonem & ſecurim. & in plu-
Securis קָרְדֻמִּים rali קָרְדֻמִּים cardumim ſiue קָרְדֻמוֹת cardumoth. Iudi. 9.
Et arrepta ſecuri proſcidit arboris ramū. pro quo hebrei legunt. & accepit abimelech ſecures & proſcidit ramū. 1. Re-
ſecures gum. 13. Retuſe itaq; erant acies vomerum & ligonū & tridentium & ſecurium. pſ. 73. Securibus exciderunt.

קָרָה Cara. accidere. contingere. euenire. occurrere. conti-
Cōtingere. gnare. ſeu tegere. ideſt contignationem domorū con
ſtruere. Geñ. 44. Et aliquid ei in via contigerit. Nume.
11. Iam nunc videbis vtrum meus ſermo opere complea-
tur. Pro quo hebrei legunt. Nunc videbis vtrum contin-
gat vel eueniat tibi ſermo meus. ideſt opere compleatur. Euenire
Ruth. 2. Accidit autem vt ager ille haberet dominum no- Accidere
mine booz. 1. Regum. 28. Viuit dominus quia non eueniet
tibi quicquam mali. 2. Regum. 1. Caſu veni in monte gelboe. ideſt accidit mihi vt venirem in monte gelboe. Eccl's.
2. Et didici q̄ vnus vtriuſq; eſſet interitus. pro quo hebrei
legunt. Et didici q̄ vnus accidens accidit omnibus his. Et
in eodem. Si vnus & ſtulti & occaſus meus erit. Pro quo he-
brei legunt. Sicut accidit ſtulto etiam mihi accidet. Eſa.
41. Et nuncient nobis quecunq; ventura ſint. Vide etiam
de hoc ſupra in dictione קְרָא Cara. Significat etiam occur-
rere. Geñ. 24. Occurre obſecro mihi hodie. Et in eodem. Occurrere
27. Voluntas dei fuit: vt cito occurreret mihi quod volebā.
Nume. 23. Si forte occurrat mihi dominus. Et in eodem.
Occurrit illi deus. Et in eodem. Donec ego obuius pergā.
ideſt occurram. Deut. 25. Quomodo occurrerit tibi in via
Et inde מִקְרֶה cēri. ſiue מִקְרֶה micre. ideſt accidens. euentus. ca- קֶרִי
ſus. Deut. 23. Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollu-
tus ſit ſomno. pro quo hebrei legunt. Qui fuerit pollutus
caſu vel accidenti nocturno. 1. Regum. 20. Cogitabat enim Caſus
q̄ forte euenīſſet ei quod non eſſet mundus. Eccl's. 3. Idcir-
co vnus interitus eſt hominum & iumētorum. Pro quo he
brei legunt. Quoniam accidens vel euentus filiorum ho- accidens
minum: & accidens vel euentus iumētorum: vnū accidēs
eſt eis. Et in eodem. 9. Quia eadem cunctis eueniunt. Pro
quo hebrei legunt. Quia idem accidens vel euentus ſit om Euentus
nibus. Et inde קֶרִי Céri. ideſt occurſus: vel exaduerſo: aut קֶרִי
e contrario. Leuit. 26. Si ambulaueritis ex aduerſo mihi: ex aduerſo
ego quoq; contra vos aduerſus incedam. Et in eodem. Et
ego incedam aduerſum vos in furore contrario. Item קָרֵב Cōtrarius קָרֵב
Cara. ideſt contignare aut contignationem domus facere:
ſeu domum tegere. 2. Paralip. 34. Ad contignationem do cōtignatio
morum. Nec. 2. vt det mihi ligna: vt tegere poſſem porticū Tegere
templi. Et in eodem. 3. Ipſi texuerunt eam: & ſtatuerūt val
uas eius. pſ. 103. Qui tegis aqs ſupiora ei⁹. p quo btūs hie
ronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtu-
lit. Qui tegit aquis cenacula eius. & inde קוֹרָה Cora. ideſt קוֹרָה
tignū ſeu trabes: aut lignum ſiue materia ad contignatio-
nem domorum. Geñ. 19. Quia ingreſſi ſunt ſub vmbra
culminis mei. Pro quo hebrei legunt. Quia ingreſſi ſunt Culmen.
ſub vmbra trabis vel contignationis mee. ſ. domus. 4. Re- Trabes
gum. 6. Tollamus ſinguli de ſilua materias ſingulas. Et in materia
eodem. Accidit autem cum vnus materiam ſuccidiſſet.
Et in plurali קוֹרוֹת Coroth. Canti. 1. Tigna domorum קוֹרוֹת
noſtrarum cedrina. & inde מְקֵרָה Mecare. ideſt conti- Ligna מְקֵרָה
gnatio domus. Eccl's. 10. In pigritiis humiliabitur conti- cōtignatio
gnatio. Et inde קִרְיָה Ciria. ideſt ciuitas. Nume. 35. De- קִרְיָה
cernite que vrbes eſſe debeant in preſidia fugitiuorum.
Prouer. 11. In bonis iuſtorum exaltabitur ciuitas. Eſa. 1. Ciuitas
Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis. Et in eodem.
29. Ve ariel ariel ciuitas quā expugnauit dauid. dicitur ēt
קָרֶת Cáreth. Iob. 29. Quando procedebam ad portas ci- קָרֶת
uitatis. Prouer. 8. Iuxta portas ciuitatis in ipſis foribus lo- ciuitas.
quitur. Et in eodem. 9. Vt vocarent ad arcem & ad menia קִרְיָא
ciuitatis. Et in lingua chaldaica dicitur קִרְיָא Ciria. ſiue קִרְיָא
קִרְיָתָא Cartha. aut קִרְיָתָא Ciriatha. Eſdre. 4. Et habi- קִרְיָתָא
tare eos fecit in ciuitate ſamarie. Et in eodem. Venerunt
in ieruſalem ciuitatem rebellem & peſſimam. Et in plura- ciuitas.
li קִרְיָתַיִם Ciriathaim. ſiue קִרְיוֹת Cerioth. & ponitur p קִרְיָתַיִם
nomine proprio cuiuſdam ciuitatis. Hiere. 48. Et ſup do- cariathaī.
mum deblataim & ſuper cariathaim. Et in eodem. Et ſuper
bethramon & ſuper carioth.

© Biblioteca Nacional de España

קָרַח Radere Caluitium facere Decaluare
Carach. Decaluare. depilare. radere. scilicet caput. seu caluitium facere. Leuit. 21. Nec radent caput nec barbam. Hiere. 16. Neq; caluitium fiet pro eis. Ezech. 27. Et radent super te caluitium. pro quo he. le. decaluabunt sup te caluitium. vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatum. Et in eo. 29. Omne caput decaluatū. Mich. 5. Decaluare & tondere sup filios delitiarū tuarū. & inde קָרֵחַ cercach. i. caluus. 4. Reg. 2. Ascende calue: ascende calue. & inde קָרְחָה Corcha. i. caluitiū. Leuit. 13. Sin aūt in caluitio vel in recaluatione albus vel ruffus color fuerit exortus. Hiere. 47 venit caluitiū sup gaza. Amos. 8. Et sup omne caput caluitiū & aliqñ scribitur cū aleph in fine. Ezech. 27. & radēt super te caluitium. Mich. 1. Dilata caluitium tuum sicut aquila. Signāt ēt superficiē pāni vel vestimēti in qua pili lane sunt tonsi vel pre vetustate defluxerunt. Leuit. 13. Eo q infusa sit in superficie vestimenti vel per totum lepra. Item קֶרַח Cérach. idest gelu: aut glacies. Geñ. 21. Die noctuq; estu vrgebar & gelu. Ponitur etiam pro crystallo: quia crystallus in greco idem est quod gelu latine. Ps. 147. Mittit crystallum suā sicut buccellas. Ezech. 1. Et similitudo super capita animalium firmamēti quasi aspectus crystalli horribilis

קָרַח Caluus קָרְחָה Caluitium
קֶרַח Supficies panni. קֶרַח Gelu Crystallus

קָרַם Extendere
קָרַם Caram. extendere. scilicet cutem. cōtegere. vel corio obducere. Ezech. 37. Et extendam super vos cutem. Et in eodē. Et extenta est in eis cutis desuper. i. obducta. vel contecta.

קֶרֶן Cornu
קֶרֶן Céren. cornu. vnde hoc nomen cornu ab hebreo traxit originem. & est in hebreo vtriusq; sexus. Dañ. 8. Fractum est cornu magnū. Pro quo in hebreo legitur. fracta est cornu magna. & in eo. De vno aūt ex eis egressum ē cornu vnū modicū. Mich. 4. Cornu tuū ponā ferreum. Ponitur etiam pro fortitudine vel imperio. 1. Reg. 2. & exaltatum ē cornu meū in deo meo. Et ī eo. Et sublimauit cornu christi sui. Iob. 16. Et operui cinere carnē meam. debet legi cornu meū. ps. 17. Et cornu salutis mee. Ezech. 29. In die illa pullulabit cornu domus israel. Threñ. 2. Confregit in die furoris sui omne cornu israel. & in lingua chaldaica dicitur קַרְנָא Carna. Dañ. 3. In hora qua audieritis vocē tube. pro quo hebrei legunt. vocē cornu. i. tube cornee. Et in plu. קַרְנַיִם Caraím. siue קַרְנֹת Carnoth. Geñ. 22. Herentem cornibus. Ps. 74. Et omnia cornua peccatorū confringam: exaltabuntur cornua iusti. Dañ. 8. Et ecce aries vnus habens cornua. Et in eo. Et venit vsq; ad arietem illū cornutum. idest habentem cornua. Amos. 6. In fortitudie nostra assumpsimus nobis cornua. Abach. 3. Et cornua in manibus eius. Zach. 1. Et ecce quattuor cornua. Ponitur etiā pro angulo tā in singl̄i q̄ in pl̄i. Exo. 24. Cornua aūt per quattuor angulos ex ipso erunt. ps. 117. Vsq; ad cornu altaris. i. vsq; ad angulū altaris. Esa. 5. In cornu filii olei. idest in angulo terre pinguissimo apto oliuis. & inde verbum

קָרַן Cornu קָרַנְא Cornua קַרְנַיִם Cornua
קָרַן Caran. idest cornutum esse. Exo. 34. Et ignorabat q cornuta esset facies sua. Et in eo. Videntes autem Aaron & filii israel cornu tam moysi faciem. Hebrei tamen in predicto loco dicunt q significat splendescere. eo quod de facie eius exibant radii splendoris ad modū cornuum. Et inde verbū vel participiū tertie coniugationis. scilicet מְקָרְנִין macrin. idest cornua producens. ps. 68. Placebit dño sup vitulum nouellum cornua producentem & vngulas.

קָרַן cornutū ē מְקָרְנִין Cornua p̄ducens
קָרַס Conteri Incuruari קֶרֶס Circuli Fibule.
קָרַס Caras. ruere. icuruari. cōteri. Esa. 46. Cōfracto ē bel: cōtrito ē nebo. & in eo. cōtabuerūt & cōtrita sūt simul pro quo he. le. ruerūt icuruati sūt. & ide קֶרֶס ceras. i. circuli vel vncini. seu fibula cui caput ē curuū: & solū iuenitur in nu. plu. Exo. 26. faciesq; quiquagīta circulos aureos. & i eo. facies & quiquagīta fibulas eneas: quibus iungantur anse.

קָרְסֹל Talus
קָרְסֹל Carsul. talus. s. pedis. & solum inuenitur in nu. plu. z. Reg. zz. Et non deficient tali mei.

קָרַע Scindere. Rūpere
קָרַע Caraa. Scindere. rumpere. dirumpere. aperire. Geñ. 37. Scissisq; vestibus indutus est cilicio. p quo he. le. & scidit iacob vestimēta sua. Exo. 28. Ne facile rumpatur. Leuit. 13. rumpet eum & a solido diuidet. Nu. 14. Scinderuntve stimenta sua. Iudi. 11. Scidit vestimenta sua. 1. Reg. 15. Scidit dñs regnum israel a te hodie. 2. Reg. 15. Ecce occurrit ei chusai arachites scissa veste. 3. Reg. 13. Altare quoq; scissū est. ps. 34. Dissipati sunt nec cōpuncti. Pro quo btūs hiero. in ps. iuxta he. ve. trāstulit. scidētes: & nō tacētes Esa. 64 vti nā dirūperes celos. Hiere. 36. Scidit illud scalpello scribe. Signāt ēt apire. Hiere. zz. qui aperit sibi fenestras. Signāt ēt depīgere oculos stibio: ac si palpebre oculi rūpātur ex cōtinuatiōe stibii. Hiere. 4. Et pīgeres oculos tuos stibio. & ī de קֶרַע ceraa. i. scissura: vel ruptura. Prouer. 23. & vestietur pānis dormitatio. pro quo he. le. & vestietur scissuris vel rupturis dormitatio. i. vestietur pānis ruptis vel scissis.

קָרַע Dirūpere. Aperire
קָרַע Pingere scissura.

קָרַץ Annuere
קָרַץ Caras. conniuere. vel annuere. s. oculis vel labiis. excidere. formare. ps. 34. Annuunt oculis. Prouer. 6. annuit oculis: terit pede. & in eo. 10. Qui ānuit oculo dabit tristitiā. & in eo. 16. Mordēs labia sua perficiet malū. pro q̄ he. le. annuēs vel cōniuēs labiis suis perficiet malū. Signāt ēt formare vel excidere. Iob. 33. & de eodē luto ego quoq; formatus sum. pro quo he. le. excisus sū. & inde קֶרֶץ céres. i. excisio vel cōcisio: aut excisor. Pro quo btūs hiero. trāstulit stimulatorē. Hiere. 46. stimulator ab aqlone veniet. Itē קָרַץ Caras. in ligua chaldaica signāt accusare seu crimiari. Dañ. 3. Accedētes viri chaldei accusauerūt iudeos. & in eo. 6. Ad ducti sunt viri illi qui accusauerūt danielē. & preponitur ei dictio אֲכַל Achal que signāt comedere: quia forte in illis ac cusatiōibus vel cōsurationibus faciebāt aliqua conuiuia.

קֶרֶץ Formare Excidere
קֶרֶץ stimulator
קָרַץ Accusare

קַרְקַע Carcaa. pauimentum. fundus. solum. Nu. 5. & pauxillum terre de pauimento tabernaculi. Amos. 9. si celauerint se in fundo maris.

קַרְקַע pauimētū. Fundus
קָרַר Circar. vastare. diruere. dissipare. Nu. 24. vastabit q̄ omnes filios seth Esa. 22. Scrutans murum. Pro quo he. le. dissipans vel diruens murum. De quo vide supra in dictione קִיר cir. & in dictione קָרַר carar.

קָרַר Vastare scrutari Dissipare.
קָרַשׁ Céres. tabula. Exo. 26. In lateribus tabule due incastrature fient. & in plurali. קְרָשִׁים cerasim. vt in eo. facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis setim. significat ēt trāstra seu tabulata nauis. Ezech. 27. Et transtra tua fecerunt tibi de ebore indico. i. tabulata tua.

קֶרֶשׁ tabula.
קְרָשִׁים Tabule transtra
קַשׁ Cas. stipula. de quo vide in dictione sequenti.

קַשׁ Stipula Palee.
קָשַׁשׁ Casas. colligere. vel congregare. Exo. 5. Ipsi vadāt & colligāt stipulas. & in eo. Dispersusq; est populus in omnem terram egypti ad colligendas paleas. Nu. 5. In uenerunt hominem colligentem ligna Soph. 2. Cōueníte congregamini. & aliquando scribitur cum simplici sin. De quo vide supra in dictione קוּשׁ cus. & inde קַשׁ cas. idest stipula seu palee minutissime: aut ligna minutissima. Exo. 5. Et colligāt stipulas. & in eodem. Ad colligendas paleas. Iob. 13. Et stipulam siccam persequeris. ps. 82. Et sicut stipula ante faciem venti.

קָשַׁשׁ Colligere
קָשַׁשׁ Cōgregaſ.

קִשֻּׁא Cucumer
קִשֻּׁאִים cucumeres
מִקְשָׁה Cucumerarium.
קָשַׁב auscultaſ Attendere
קִשֻּׁא Casu. Cucumer. & solum inuenitur in numero plurali. scilicet קִשֻּׁאִים Cisuim. Nume. 11. In mēte nobis veniunt cucumeres & pepones. & inde מִקְשָׁה Micsa. idest cucumerarium. Esa. 1. Sicut tugurium in cucumerario.

קָשַׁב Casab. Attendere. intendere. audire. auscultare. 1. Regum. 15. Et auscultare magis q̄ offerre adipem arietum Nec. 1. Sit auris tua attendens ad orationem serui tui

© Biblioteca Nacional de España

Audire Intẽdere

Ps.9.Preparationem cordis eorum audiuit auris tua. Ps. 16. Intende deprecationem meam. Ps. 65. Et attendit vocem deprecatiõis mee. Ps. 129. Fiant aures tue itẽdẽtes ĩ vocem deprecationis mee. Prouer. 1. Extendi manum meam & non fuit qui aspiceret. ideſt qui attenderet. Esa. 42. Attẽdat & auscultet procul. Hiere. 6. Quia verba mea non audierunt. Et in eodem. 8. Attendi & auscultaui. Et in eo. 18. Et non attendamus ad vniuersos sermones eius. Et in eo. Attende domine ad me. Dañ. 9. placare domine: attẽde domine. Osee. 9. Et attende domus israel. & inde קָשֵׁב cáseb siue קֶשֶׁב céseb. ideſt attentio vel intuitus aut auscultatio. 4 Reg. 4. Et non erat vox neq; sensus. pro quo he. le. & non erat vox neq; auscultatio vel attentio. ideſt non erat qui attenderet vel auscultaret. Esa. 21. Et contemplatus est diligẽter multo intuitu.

Aspicere

auscultatio

Intuitus

קָשָׁה Casa. indurare. aggrauare. seu durum vel graue esse. resistere. Genẽ. 35. Difficultate partꝰ periclitari cepit Pro quo hebrei legũt. Et indurata siue aggrauata est in partu suo. Exo. 7. Sed ego indurabo cor eius. & in eo. 13. Nam cum induratus esset pharao & nollet nos dimittere. Deut. 2 Quia indurauerat dominus deus tuus spiritum eius. Et in eo. 15. Non auertes ab eis oculos tuos. pro quo hebrei legũt Nõ durũ sit vel non sit graue in oculistuis cum dimiseris illum. 1. Reg. 5. Quoniam dura est manus eius super nos. 2. Regum. 29. Durius autem responderunt viri iuda. 2. Paralip. 36. Et indurauit ceruicem suam. ponitur etiam pro resistere. Iob. 9. Quis restitit ei: & pacem habuit. & inde קָשֶׁה Case: siue נְקִשֶׁה Nicse. i. durus vel induratus. Exo. 33. Populus dure ceruicis es tu. Deut. 31. Ego enim scio contẽtionem tuam: & ceruicem tuam durissimam. Esa. 8. Et transibit per eã & corruet & esuriet. pro quo he. le. Transibit per eam induratus: & corruet. potest etiam deriuari a dictione קָשַׁי Iacas. que signãt offendere vel corruere sicut est in littera nostra. & inde קְשִׁי cósi. siue קִשְׁי cesi. i. durities. Deut. 9. Ne aspicias duritiẽ populi huius. & inde מִקְשֶׁה Micsa. i. ductile. s. metallũ percussum malleo & induratũ vel cõplanatum. Exo. 25. Facies candelabrũ ductile de auro mundissimo. Et in eodem. Aureos & perductiles. & dicunt aliqui hebrei q; in predicto loco significat equalem vel planũ. i. opere plano & equali. Hiere. 10. In similitudine palme fabricate sunt. Pro quo he. le. Sicut palma: ductiles vel equales sunt. Ponitur etiam pro crine vel cesarie mulieris equaliter diuisa. Esa. 3. Et pro crispante crine caluiciũ. Itẽ מִקְשֶׁה micsa. ideſt cucumerarium. De quo vide supra in dictione קִשּׁא cisu.

Durũ esse.

Resistere

Durus

Duritia.

Ductile

Crinis.

Cucumerarium.

קְשָׁה קְשׂוֹת Casa. Thuribulũ. seu crater: secundum translationẽ nostram. & solum inuenitur in numero plurali: scilicet קְשׂוֹת ceseth. Exo. 25 Acceptabla & phialas: thuribula & ciathos. & in eodẽ. 37. Acceptabula & thuribula de auro purissimo. Nu. 4. Et crateras ad liba fundenda.

thuribula.

Crater

קָשַׁח Casach. Indurari. durari. seu durum esse. Iob. 39. duratur ad filios suos: quasi non sint sui. Esa. 63. Indurasti cor nostrum ne timeremus te.

Durari.

Indurare.

קְשֹׁט Coset. siue קוּשְׁטָא custa. veritas. seu firmitas. Ps. 59 Vt fugerent a facie arcus. Pro quo he. le. A facie veritatis vel firmitatis: siue propter veritatẽ vel firmitatem: tamẽ si scriberetur cum tau in fine loco teth. tunc significat arcum: vt infra dicetur. Sed in codicibus hebreorum inuenitur scriptum cum teth. quod significat veritatem vel firmitatem. vt prouer. 22. Vt ostenderent tibi firmitatem & eloquia veritatis. & in lingua chaldaica communiter significat veritatem. Dañ. 2. Vere deus vester deus deorum est. Item קְשׁוֹטָה Cesita. ideſt agna seu ouis. Genẽ. 33. Emitq; partem agri in qua fixerat tabernaculum a filiis hemor centũ agnis. Iob. 42. Et dederunt ei vnusquisq; ouem vnam. Et aliqui hebrei dicũt q; significat genus quoddã monete: seu nũmum: aut obolum. Sed in translatiõe chaldaica est sicut in littera nostra.

Veritas

Firmitas

Vere

Agna. Ouis.

קַשְׂקֶשֶׂת Casches eth. Squãma. vt Leuit. 11. Omne quod habet pennulam & squãmã. & in plu. קַשְׂקְשׂוֹת Cascheseth. Ezech. 29. vniuersi pisces tui squãmis tuis adherebunt. reperitur etiam קַשְׂקַשִּׂים casca sim. secundũ terminationem pluralem masculinorum. 1. Reg. 17. Et lorica hamata induebatur. pro quo he. le. & lorica squãmarum. i. squãmata induebatur.

קַשַּׂמָּה squamma. קַשְׂקֶשֶׂת squãme. קַשְׂקַשִּׂים

קָשַׁר Casar. ligare. colligare. coniungere. Genẽ. 28. In quo obstetrix ligauit coccinum. Et in eodem. 44. Cum anima illius ex huius anima dependeat. pro quo hebrei legunt. Et anima eius colligata est cum anima illius. Deut. 6. Et ligabis ea quasi signũ in manu tua. 1. Regum. 18. Et anima ionathe conglutinata est anime dauid. ideſt colligata. Nec. 4. Itaq; edificauimus murum & coniunximus totũ. Iob. 38. Nunquid coniungere valebis micantes stellas pliadas. Esa. 49. Et circundabis eos tibi quasi sponsa. i. colligabis vel coniunges. & inde קְשׁוּרִים Cisurim. ideſt ornamenta quedam que mulieres circunligant collo suo vel pectori. Pro quo btũs hieronymus transtulit murenulas. Esa. 3. & murenulas & olfactoria. Põitur ẽt pro fascia pectorali. Hiere. 2. Nunquid obliuiscitur virgo ornamẽti sui: aut spõsa fascie pectoralis sue. & idem קְשׁוּרִים Cesurim siue מִקְשֶׁרוֹת Mebrusaroth. ideſt oues que nascuntur in principio veris. Genẽ. 30. Et que primi temporis iacob. Signãt etiã predicta dictio קֶשֶׁר Casar. coniurare aut coniurationem vel colligationem facere contra aliquem. 1. Regũ. 22. Quoniã coniurastis omnes aduersum me. 2. Reg. 15. Quod achitophel esset in coniuratione. pro quo hebrei legunt. In coniurantibus. 4. Reg. 10. Coniurauit ergo iehu filius namsi contra ioram. Amos. 7. Rebellauit contra te Amos. Pro quo hebrei legunt. Coniurauit cõtra te amos. & inde קֶשֶׁר Cesser. ideſt coniuratio. vel colligatio. 2. Reg. 15. facta est cõiuratio. Esa. 8. Nõ dicatis coniuratio: omnia enim que loquitur populus iste coniuratio est.

Ligare.

Colligare. cõiungere.

קְשׁוּרִים

murenule.

מִקְשֶׁרוֹת

Oues primi tpis.

קֶשֶׁר Cõiurare

cõiuratio.

קֶשֶׁת Ceseth. siue קָשֶׁת caseth. Arcus. Genẽ. 9. Arcum meũ ponã in nubibus. Et in eo. Apparebit arcus in nubibus. Et in eo. 21. Iuuenis sagittarij. p quo hebrei legunt. iaculator arcus. 1. Reg. 2. Arcus fortium superatus est. Esa. 22 Dureq; ligati sunt. Pro quo hebrei legunt. Ab arcu ligati sunt. Potest etiam deriuari a dictione קָשָׁה Casa que significat indurare siue durum esse. Abach. 1. Suscitans suscitabis arcum tuum. Et in plurali קְשָׁתוֹת Cesathoth. ps. 36. & arco eorum confringantur. Esa. 5. Et omnes arcus eorum extẽti. & in eodem. 13. Sagittis paruulos interficient. Pro quo hebrei legunt. & arcubus paruuli interficientur.

Arcus.

קְשָׁתוֹת arcus.

קִתְרוֹס Cathros. In lingua chaldaica significat quoddã instrumentum musicum. pro quo beatus hieronymꝰ transtulit citharam. Dañ. 3. In hora qua audieritis vocem tube & fistule & cithare.

Cithara

קִתְרוֹס

De incipientibus a littera. ר. Res.

רָאָה Raa. videre. intueri. aspicere. cernere. despicere. Genẽ. 1. & vidit deus q; esset bonum. & in eodem. 16. Tu deus qui vidisti me. Et in eodem. Profecto hic vidi posteriora videntis me. & in eodem. 27. Ecce odor filii mei sicut odor agri. pro quo hebrei legũt. Vide odorẽ filii mei sicut odorẽ agri. Et est sensus sicut in littera nostra. & in eo. 29. Vidit dominus afflictionem meam. Et in eodem. 37. vade

Videre.

© Biblioteca Nacional de España

& vide ſi cuncta proſpera ſint. Exo.3. Et vídebo viſionem hanc magnam.& in eodem. Vidi afflictionem populi mei. Leuit. 20. Et viderit turpitudinem eius: illaq; conſpexerit fratris ignominiã. Nu.23. De ſũmis ſilicibus vídebo eũ. Ioſ.5. Et vídit vírum cõtra ſe ſtantem. 1. Reg.2. Et vídebis emulum tuũ in templo. 2. Reg.15. Vidẽtur mihí ſermones tui boni & recti. 4. Reg.14. Veni & videam⁹ nos.i.pugnemus inuícem.& in eodem.23. Occíſus in magedo cum vidiſſet eum.ps.32. Vídit omnes filios hominũ. Ps.89. Anni quibus vídimus mala. Eccl's.12. Et tenebreſcẽt vidẽtes per foramina. Eſa.17.& oculi eius ad ſanctum iſrael reſpícient. & in eodẽ.66. Et vídebim⁹ in letitia veſtra. Hiere.17. Et nõ vídebit cum venerit eſtus. Pro quo hebrei legunt. Et nõ vídebit cum venerit eſtus. Poteſt etíam deríuarí a dictione יָרֵא Iare. que ſignificat tímere ſicut eſt i littera noſtra. Ezech.16. Et abſtuli eas ſicut vídiſti. Ponitur etiã pro audíre. Geñ.42. Audiens autem iacob q alimenta venderentur in egypto. Exo.20. Cunctus autem populus vídebat voces.i.audiebat. Hiere.2. Vídete verbũ dñi.i.audite. Significat etíam vídere corde aut mẽte: vel intellígere: ſiue contemplari aut ſentíre. vt in alíquibus locis predictis.& Eccl'es.1. Et mens mea contẽplata eſt multa ſapienter.et in eodem. Homo qui díebus & noctibus ſomnũ non capit oculis. Pro quo hebrei legũt. Sõnum in oculis ſuis non videt.i.nõ ſentit. Et in voce paſſiua ſignificat apparere.i.víderi. Geñ.12. Apparuit autem dñs abrae.& in eodem. Edificauit ibi altare domino qui apparuit ei. Leuit.16. Quia in nube apparebo ſuper oraculum. Iudi.19. Nunq̃ res talis facta eſt in iſrael. p quo he.le. Nũ q̃ res talis viſa eſt ſiue apparuit in iſrael. 2. Reg.22. Lapſus eſt ſup pẽnas vẽtorũ. Pro quo he.le. Apparuit ſeu viſus eſt ſuper pẽnas ventorũ. Iob.33. Et oſſa que tecta fuerãt nuda buntur. Pro quo.he.le. Nudabũtur oſſa ei⁹: q̃ nõ vídebãtur ſiue que nõ apparebant. ps. 17. Et apparuerũt fontes aquarum. Canti.2. Flores apparuerunt in terra noſtra. & quãdo eſt verbum tertíe coniugationis tunc ponitur pro oſtendere vel mõſtrare.i.facere víderi. Geñ.12. In terram quã monſtrauero tibi. Leuit.13. Oſtendetur ſacerdoti. Nu.8. Iuxta exẽplar quod oſtendit dñs moyſi. Deut.34. Oſtẽdit ei dñs omnẽ terram.& in eodem. Vidiſti eam oculis tuis. Pro quo hebrei legũt. Videre te feci eam oculis tuis.i.oſtendi eam tibi. 4. Reg.11. Et oſtẽdit eis filiũ regis. Eſa.30. Et terrorem brachii ſui oſtendet. Mich.7. Oſtẽdam ei mirabilia. Nũ.3. Et oſtendam in gentibus nuditatẽ tuã. Significat etiã predicta dictio deſpicere vel negligere. Geñ.42. Quare negligitis. ps.21. Ipſi vero cõſiderauerũt & inſpexerũt me.i.deſpexerunt me. ps.53. Et ſuper ínimicos meos deſpexit oculus me⁹. ps.111. Donec deſpíciat ínimicos ſuos. Ps.117. Et ego deſpíciã ínimicos meos. Ezech.28. Ante faciẽ regũ dedíte vt cernerent te. Pro quo hebrei legunt. vt deſpícerent te. Mich.7. Oculi mei vídebunt in eam.i.deſpícient eam. Vide Canticorum.1. Vbi dícitur. Nolite me conſiderare q fuſca ſim: poteſt etiã legí. Nolite me deſpícere q fuſca ſim. Et ide Reuth. ſiue מַרְאֶה Mare.i.viſio.aut viſus. Geñ.2. Produxit dñs deus de humo omne lignũ pulchrum viſu. Exo.3. Vídebo viſionem hanc magnam. Nu.12. In viſione apparebo ei. 2. Paralipo.26. In díeb⁹ zacharíe intelligẽtis & videntis deum. pro quo hebrei legunt. Intelligentis in viſione dei. Iob.40. Et vidéntibus cunctis precipitabitur. Pro quo hebrei legũt. Vtiq; ad viſionem ſuam proiicietur ſiue precipitabitur. Sed beatus hieronymus tranſtulit ſenſum. Eccl's.5. Quid proderit poſſeſſori: niſi quod cernit díuitias oculis ſuis. Pro quo hebrei legũt. Quid proderit poſſeſſori: niſi viſio oculorũ ſuorum. Et in plurali מַרְאוֹת Maroth. Geñ.46. Audíuit eum per viſionẽ noctis vocantem ſe. Quod in hebreo legitur in plurali. ſcilicet per viſiones noctis. Ezech.40. Et adduxit me illuc in viſionibus dei. Et inde רֹאִי Roí.i.viſus. ſeu viſio aut aſpectus. 1. Reg.16. Et pulcher aſpectu decoraq; facie. Iob.17. Nec aſpíciet me viſus hominis.& in eodem.33. Conſumpta eſt caro eius a ſupplíciis. pro quo hebrei legunt. A viſione: ſiue a viſu. Poteſt etíam legí a feditate vel turpitudíne: vt infra dicetur. Et in de רֹאֶה Roe.i.vídens. Eſa.28. Neſcierunt vidéntẽ. Ponitur etíam pro propheta. 1. Reg.9. Qui enim propheta dicitur hodie: vocabatur olim vidẽs.& inde illud quod vídetur pertínere alícui dícitur רָאוּי Rauí. Eſter.2. & ſeptem puellas ſpecioſiſſimas de domo regis. Pro quo hebrei legunt.& ſeptem puellas pertinentes de domo regis. Et inde מַרְאָה Mara. ſiue לְאִי Réi. ideſt ſpeculum. Exo.38. De ſpeculis mulierum. Iob.37. Qui ſolidiſſimi quaſi ere fuſi ſunt. pro quo hebrei legũt. Fortiſſimi quaſi ſpeculũ fuſile. ſcilicet ex ere. Item רֹאִי Roí.i.feditas ſiue obſcenum vel turpe. Naũ.3. Et ponam te in exemplũ. pro quo hebrei legunt. Et ponam te in turpitudinem vel feditatem. Et inde מְרֹאָה Mora.i.feda vel turpis. Beatus hiero. tranſtulit prouocatrícem. Soph.3. Ve prouocatrix & redempta. Item רָאָה Raa. nomẽ auís in mundo. Pro quo heatus hieronymus tranſtulit íxon. Deut. 14. Ixon & vulturẽ & miluũ. Et dícunt hebrei q ſignificat auem acutiſſimi viſus: a primo ſignificato deríuatum.

רְאֵם Reem. rhinoceros: ſeu vnicorni⁹. Nu.24. Cuius fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis. Deut.33. Cornua rhinocerotis cornua eius.& aliquãdo ſcríbitur cum iod in medio dictionis loco aleph & dícitur רִים rem. Iob.39. Nunquid volet rhinoceros ſeruire tibi.& in eodem. Nũquid alligabis rhinocerotem ad arandum loro tuo. Et in plurali רְאֵמִים Reemím. ſue רֵימִים remím. ps.21. Et a cornib⁹ vnicornĩũ humilitatem meã. ps.28. Et dilectus quẽadmodum filius vnicornium.

רֹאשׁ Ros. caput. princeps: ſeu dux. príncipium. ínitium. cacumẽ. vertex. Sũmitas cuiuſcũq; rei Fel. ſeu venenum. aut paupertas. Geñ.3. Ipſa conteret caput tuum.& in eodem.40. Auferet pharao caput tuum.& in eodem.47. Conuerſus & lectuli caput. Exo.29. Et pones thiaram in capite eius. Nume.6. Polluetur caput conſecrationis eius. Ioſ. 2. Sanguis ipſius erit in capite eius. 3. Reg.20. Et funículos in capite noſtro. 4. Reg.4. Caput meũ doleo. ps.7. Cõuertetur dolor eius in caput eius. Canti.7. Caput tuum vt carmelus. Eſa.15. In cunctis capitibus eorum caluitiũ. Quod in hebreo legitur ſingulariter. ſ. in omni capite eorum caluitium. Ezech.9. Viam eorũ ſuper caput eorum reddam. Et in lingua chaldaica dícitur רֵישָׁא res. ſiue רֵישָׂא reſa. Dañ. 2. Caput de auro optímo.& in eodem. Tu ergo es caput aureũ. Et in plurali רָאשִׁים raſim. Geñ.2. Qui inde díuídítur in quattuor capita. Leuit.20. Capita veſtra nolite nudare. ps.73. Tu confregiſti capita draconũ. Dicitur etíam רָאשׁוֹת raſoth in plurali: ſecundum terminationẽ pluralem feminínorum. & tunc ſignificat locum in quo caput reclínatur. Geñ.28. Tulit de lapidíbus qui iacebant: & ſupponens capiti ſuo.& in eodem. Tulit lapidem quem ſuppoſuerat capiti 1. Reg.26. Haſtam fixam in terra ad caput ei⁹.& in eodem. Et tolle haſtam que eſt ad caput eius. Hiere.13. Quoniam deſcendit de capite veſtro corona glorie veſtre. Significat etiam predicta dictio רֹאשׁ ros. príncipem ſeu príncipalem: aut ducem: tam in ſingulari q̃ in plurali. Exo.30. Sũme tibi aromata príme myrrhe.i.príncipalis. Nu.13. Mittens príncipes víros. Deut.29. Príncipes veſtri & tríbus ac

Cõſpicere. Reſpicere. Audire. Contẽplari. Sentire. Apparere. monſtrare. oſtendere. negligere. Inſpicere. Deſpicere. Cernere. Cõſiderare. רְאוּת מַרְאֶה Viſus. Viſio. רְאוֹת Viſiones. רֹאִי Aſpectus viſus. רֹאֶה Videns. רָאוּי Pertinẽs. מַרְאָה Speculuz. רֹאִי Exẽplum. מְרֹאָה Puocatrix. רָאָה Iron. רְאֵם rhinoceros. רִים rhinoceros. רְאֵמִים vnicornes. רֹאשׁ Caput רֵישׁ Caput. רָאשִׁים Capita. רָאשׁוֹת Caput רֹאשׁ pricipalis. principes. Primus

© Biblioteca Nacional de España

Primus. maiores natu. Canti. 4. Cum omnibus primis vnguentis ideſt prīcipalib9. Mich. 3. Audite principes domus iacob.
Primariū Zach. 4. Et adducet lapidem primarium. i. prīcipalem. Si-
Principiuz Exordium gnificat etiam principium ſiue initium: aut exordium. Ps.
118. Principium verborum tuorum veritas. Ezech. 40. In exordio anni decima menſis. Item ſignificat cacumen: ſeu
Cacumen. Vertex. vertícem: aut ſummitatem. Genī. 28. Et cacumen eius tangens celum. Exo. 24. Quaſi ignis ardens ſuper vertícem montis. 2. Reg. 15. Cūqꝫ aſcenderet Dauid ſummitatē montis. Ponitur etiam pro ſūma. Exo. 30. Quando tuleris ſūmā filiorum iſrael. Leuit. 6. Reddet omnia que per fraudē voluit obtinere. Pro quo hebrei legunt. Reddet ea in ſumma. ideſt reddet ſūmā omniū predictorū. Dañ. 7. Breui ſermone comprehendit ſūmatimqꝫ perſtringens ait. Et inde
רֵאשִׁית Principiuz reſith. i. principium ſiue initium. Genī. 1. In principio creauit deus celum & terram. & in eodem. 10. Fuit autē principium regni eius babylon. Nu. 24. Principium gentium amalech. Deut. 11. A principio anni vſqꝫ ad finē eius.
Initium ps. 101. Initium ſapientie timor dñi. Eccl's. 7. Melior eſt finis orationis qꝫ principium. Ponitur etiam pro principali
Optimuz. vel optimo. Amos. 6. Et optimo vnguento delibuti. Et in-
רִאשׁוֹן Primus. de רִאשׁוֹן riſon. i. primus. Exo. 12. In die primo nō erit fermentum in domibus veſtris. Iob. 15. Nunquid primus homo tu natus es. Ezech. 45. In primo menſe vna menſis. &
Priſtinuz רִאשׁוֹנָם aliquādo ſcribitur cum iod in medio loco a leph. Iob. 8. In
Primi. terroga enim generationem priſtinam. Et in plu. רִאשׁוֹנִים
רִאשׁוֹנָה Riſonim. Nu. 6. Ita tamēvt dies priores irriti fiant. & in genere feminino רִאשׁוֹנָה riſona. ſiue רִאשׁוֹנִית riſoníth. Hiere. 25. Ipſe eſt annus primus Nabuchodonoſor regis babylonis. & in hebreo eſt generis feminini. Zach. 6. In quadri
Prima. gua prima equi ruffi. Accipitur etiam aduerbialiter. i. primū ſeu primo. Nu. 2. Primi egrediētur. Pro quo hebrei le-
Primum. gunt. Primū proficiſcantur. Eſter. 1. Et primi poſt eum reſi
רִאשׁוֹנִית dere ſoliti erant. Et in plurali רִאשׁוֹנִיוֹת riſonioth. Eſa. 43
Prioza. Ne meminerítis priorū. Item רֹאשׁ ros. i. fel ſeu venenum.
רֹאשׁ vt Deut. 29. Germinans fel & amaritudinem. & in eodem.
Fel. Venenum. 32. Vua corū vua fellis. & in eodem. Venenū aſpidum inſanabile. ps. 68. Dederunt in eſcam meam fel. Threñ. 3. Et circundedit me felle & labore. Significat etiam pauperem vel paupertatem. De quo vide infra in dictione רוֹשׁ ros cum vau in medio dictionis.

רַב Rab. multus: ſeu magnus: aut multū: vel plurimū. De quo vide in dictione ſequenti.

רָבַב Rabab. multiplicare. augere. creſcere. Genī. 1. Creſci-
multiplicaf. Creſcere te & multiplicamini. & in eo. 6. Cūqꝫ cepiſſent homines multiplicari ſuper terram. & in eodem. 17. Et multiplicabo te vehemēter nimis. Exo. 23. Et creſcant contra te beſtie agri. ps. 3. Dñe quid multiplicati ſunt qui tribulāt me. ps. 17. Et fulgura multiplicauit. Ps. 68. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei. Eſa. 54. Et multitudinem pacis filiis tuis. Pro quo he.le. & multiplicabitur pax filiorum tuorum. Vide etiam de hoc infra in dictione רַבָּה raba. Et inde

רַב Rab. ſiue רוֹב rob. i. multus: ſeu multitudo: ſiue magnus
Multus. aut princeps. Iudi. 17. Adhuc populus multus eſt. Eſter. 10.
Multitudo. Princeps Multum. Et acceptabilis plebi fratrū ſuorū. Pro quo hebrei legunt. & acceptabilis multitudini fratrū ſuorū. & ieo. 1. Preponēs menſis ſingulis de principíbus ſuis. Iob. 11. Nunquid qui multum loquitur non audiet. & in eodem. 25. Nolo multa fortitudine contendat mecū. & in eodem. 33. Et omnia oſſa eius marceſcere facit. i. plurima oſſa eius. & in eodē. 36. Nec multitudo donorum inclinet te. Ps. 47. Ciuitas regis magni. Prouer. 11. Salus autē vbi multa conſilia. Quod in hebreo legitur ſingulariter. & in eodē. 13. Multi cibi in nouali-
magnus. bus patrum. Pro quo hebrei legūt. Multitudo cibi ſeu multus cibus. & in eodem. 14. Vbi autem apparent plurime ſe-
Plurimū. getes. i. multitudo ſegetum. & in eodē. 20. Multi homines miſericordes vocantur. Pro quo hebrei legunt. multitudo hominū. & in eodē. Eſt aurū & multitudo gēmarū. Eccl's. 1. Eo quod in multa ſapientia multus ſit labor. & in eodem. 5 Vbi ſunt multa ſomnia: plurime ſunt vanitates. Pro quo hebrei legunt. Quoniā in multitudine ſomniorū & vanitatū. Eſa. 19. Et mittet eis ſaluatorē & propugnatorē. Pro quo hebrei legūt. Saluatorē & magnū. Poteſt etiā deriuari a dictione רוב rob. que ſignificat pugnare vel obiurgari. vt infra dicetur. & in eodē. 42. Et poſt multos dies viſitabuntur ideſt poſt multitudinē dierum. Et in genere feminino
רַבָּה Raba. ſiue רַבַּת rabath. i. multa ſiue magna aut multiplicata
magna. multa. 1. Reg. 2. Et que multos habebat filios infirmata eſt. Genī. 7 Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magne. 2. Paralipo. 3. Eo quod multa turba ſanctificata non eſſet. ps. 77. Et adaquauit eos velut in abyſſo multa. Ps. 88. Deus qui glorificatur in eccleſia ſanctorū magnus & terribilis. Pro quo hebrei legunt. Deus roboratus iu ſecreto ſanctorū magno. & in hebreo eſt generis feminini. ps. 109. Cōquaſſauit capita i terra multorū. Pro quo beatus hiero. in pſal. iuxta he. ve. tranſtulit. Percuſſit caput in terra multa. Ponitur etiam רַבָּה Ra-
רַבָּה ba ſiue רַבַּת rabath aduerbialiter. i. multū aut ſepe. Ps. 61.
Amplius. multum. Sepe. Non mouebor amplius. ps. 119. Multum incola fuit anima mea. ps. 122. Multū repleta eſt aīa nr̄a. Ps. 128. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. Et in plurali רַבִּים rabim.
רַבִּים multi. ſiue רַבּוֹת raboth. Ps. 3. Multi inſurgunt aduerſum me. Ps.
רַבּוֹת multe. 33. Multe tribulationes iuſtorum. Prouer. 29. Multi requirunt faciem principis. Ponitur etiā pro maiori vel lōgeuo. Genī. 27. Maior ſeruiet minori. Iob. 32. Non ſunt longeui ſapientes. & in lingua chaldaica dicitur רַבְרְבָן Rabreban. i.
maior. Longeui. magna ſiue magni aut principes. Dañ. 2. Et numera multa
רַבְרְבָן & magna dedit ei. & in eodē. 4. Et optimates mei & magiſtratus me requiſierunt. Et inde רַבָּה reba ba. ſiue רִבּוֹ ribo.
magna. optimates רַבָּה multiplicata. i. multiplicatio: ſiue multiplicata. Ezech. 16. Multiplicatam quaſi germē agri dedi te. & cōmuniter ponitur p decē milibus. Deut. 32. Et duo fugarēt decem millia. Iudi. 20. Decē viri eligantur ex centum ex omnibus tribubus iſrael: & cē-
multiplicata. decē millia tum de mille: & mille de decē millibus. Ps. 90. Et decē millia a dextris tuis. Dicitur etiā רִבּוֹא Ribo cum vau & aleph ī
רִבּוֹא fine. Nee. 7. Omnis multitudo quaſi vir vnus quadraginta duo millia. pro quo he.le. Oīs multitudo quaſi vir vn9
decē millia quatter decem millia & duo millia. & in eodē. Et quod dedit reliquus populus auri dragmas viginti millia. Pro quo he.le. Bis decē millia: ſcribitur etiam ſine aleph. 1. Paralipo. 29. Et ſolidos decē millia. & in eodē. Et eris talenta decē &
octo millia. Ione. 4. In qua ſunt pluſqꝫ centū millia homiū. Pro quo. he.le. In qua ſūt pluſqꝫ duodecies decē millia hominū. Dañ. 7. & decies centena millia aſſiſtebant ei. Pro quo hebrei legunt. Decies mille decē millia corā eo aſſiſtebant. & eſt ſenſus ſicut in littera nr̄a. Et in plurali רִבְבוֹת Re-
רִבְבוֹת baboth. ſiue רִבּוֹת riboth. aut רִבֹּאוֹת ribooth. Nu. 10. Reuertere dñe ad multitudinē filiorū iſrael. vbi pro multitudine
רִבֹּאוֹת multitudo. millia. ponitur רִבְבוֹת rebaboth. Deut. 33. Et cum eo ſanctorū milia. 1. Reg. 18. Percuſſit ſaul mille & dauid decē millia. p quo hebrei legunt. Percuſſit ſaul in millibus ſuis: & dauid in decem millibus ſuis. ideſt in pluries decem millibus. Eſd. 2. Dederunt in expenſas operis auri ſolidos quadraginta milia & mille. Pro quo hebrei legunt. Auri ſolidos ſepties de-
רִבֹּתַיִם cem millia & mille. Nee. 7. Dederunt in theſaurū operis auri dragmas viginti millia. Et in numero duali רִבֹּתַיִם Ribo
6cē millia thaim. i. bis decem millia. ps. 67. Currus dei decem millia

© Biblioteca Nacional de España

Bis decez millia.

Pro quo hebrei legunt. Currus dei bis decem millia. Et dicunt aliqui hebrei q in predicto loco & in aliquibus predictis ponitur numerus determinat? pro indeterminato. Vn de beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Currus dei innumerabiles. Et inde מְרֻבָּבוֹת Merubaboth. i. multiplicate siue abundantes. ps. 43. Oues eorum fetose abundantes in gregibus suis. Et inde רְבִיבִים rebibim. i. gutte vel stille pluuie: propter earum multiplicationem. Deut. 32. Et qua si stille super gramina. ps. 71. Et sicut stillicidia stillantia super terram. Mich. 5. Et quasi stille super herbam. & inde רַב Rab. i. multiplex. Iob. 5. Et scies quoniã multiplex erit semen tuũ. Et in plurali רַבִּי rube. Osee. 8. Scribam ei multiplices leges meas. Significat etiam רַב Rab satis vel sufficit. Exo. 9. Orate dñm vt desinant tonitrua & grando. Pro quo hebrei legunt. Et sufficiat iã esse tonitrua. Nu. 16. Sufficiat vobis quia omnis multitudo sanctorũ est. & in eodẽ. Multum erigimini filii leui. i. Paralipo. 21. Sufficit: iã cessẽt manus tua. Significat etiam predicta dictio רָבַב Rabab. iurgari vel obiurgari. Geñ. 49. Exasperauerunt eum & iurgati sunt. & aliqui hebrei dicũt q significat iaculari. i. iaculo vel sagitta petere. Et inde רַבָּה robe. i. iaculator vel sagittarius Geñ. 21. Factusq; est iuuenis sagittarius. Et in plurali רַבִּים Rabim. Hiere. 50. Annunciate in babylone plurimis omnibus qui tendunt arcum. Pro quo hebrei legunt. Audite facite in babylõe iaculatores siue sagittarios omnibus qui tendunt arcus. Potest etiam significare plurimos sicut est in littera nostra: Ponitur etiam רַבִּים rabim. pro iaculis vel lanceis. Iob. 16. Circũdedit me lanceis suis. vide etiam de hoc infra in dictione רוֹב rob.

Innumerabiles.

Abũdãtes

Stille.

Multiplex

multiplices

Sufficere. Multum.

Iurgari.

sagittari?

Iaculatores

Lancee.

רְבִיבִים

רַב

רַבִּי

רַבָּה

רַבִּים

רְבִד Rebid. torques. vel ornamẽtũ quod suspẽditur in collo. Geñ. 41. & collo torquẽ aureũ circũposuit. Ezech. 16. Et torquẽ circa collũ tuũ. Et inde מַרְבַּדִּים Marbadim. i. ornamẽta q̃dã quibus lectulus ornatur: siue tapetia. Pro q̃ beatus hiero. transtulit funes. Prouer. 7. Intexui funibus lectulum meũ. Et inde verbũ רָבַד Rabad. quod significat talibus ornamẽtis ornare vl̃ sternere lectũ. vt in p̃dicto loco. Pro quo he. le. Ornamẽtis siue tapetibus ornaui vel struai lectulũ meũ. Vbi ponitur nomẽ & verbũ ab eo deriuatũ.

Torques.

Funes.

Ornare.

מַרְבַּדִּים

רָבַד

רָבָה Raba. multiplicare. augere. crescere. enutrire. Geñ. 3. Multiplicabo erũnas tuas. & in eodẽ. 22. Et multiplicabo semen tuũ sicut stellas celi. & in eodem. 35. Crescе & multiplicare. Exo. 1. Ne forte multiplicetur. & in eodem. Tanto magis multiplicabantur & crescebant. Et in eodem. Vt multa signa fiant in terra egypti. Leuit. 11. Et multos habens pedes. Pro quo he. le. Et multiplicans pedes. Deut. 8. Vt possitis viuere & multiplicemini. & in eodem. 14. Cum autẽ longior fuerit via. Pro quo he. le. Cum multa vel multiplicata fuerit tibi via. & in eodẽ. 17. Non habebit vxores plurimas. pro quo hebrei legunt. Et non multiplicabit sibi vxores. & in eodẽ. 30. Et viues atq; multiplicaberis. Iudi. 9 Cõgrega exercitus multitudinẽ: & veni. pro quo hebrei legunt. Multiplica exercitum tuũ: & veni. 2. Reg. 14. Vt non multiplicentur proximi sanguinis ad vlciscendum. 2. Paralipo. 33. Et multo maiora dereliquit. pro quo hebrei legũt. Et multiplicauit delicta. ps. 15. Multiplicate sunt infirmitates eorum. Ps. 138. Et sup arenã multiplicabuntur. Prouer. 29. In multiplicatione impiorum multiplicantur scelera. Eccl's. 5. Vbi multe opes sũt: multi & qui comedũt eas. Esa. 9. Multiplicasti gentem. & in eodẽ. Multiplicabitur eius imperium. Ezech. 21. Et multiplicat' ruinas. Threñ. 2. E repleuit in filia iuda humiliatum & humiliatam. i. multiplicauit. Ezech. 24. Cõgere ossa que, igne succendã. Pro quo he. le. Multiplica ligna. vide etiã de hoc supra in dictione רָבַב Rabab. Et inde הֶרֶב Héreb siue חֶרְבָּה Harbe: aut חַרְבוֹת Harboth vl̃ מָרְבֶּה Marbe. i. multitudo: siue multiplicatio. Iudi. 20. Vt ascendente in altum fumo captam vrbem demõstraret. Pro quo he. le. Vt multiplicatio vel multitudo fumi in altũ ascenderet. ps. 50. Amplius laua me ab iniquitate mea i. multum laua me. ps. 129. Et copiosa apud eum redẽptio. i. multa. Eccl's. 1. Et mens mea contemplata est multa sapiẽter. Esa. 30. Ignis & ligna multa. & in eodẽ. 33. Tunc diuidẽtur spolia predarũ multarũ. Ezech. 16. Que est capacissima ebrietatis. i. multũ capax. Amos. 4. Percussi vos vento vrẽte & aurigine multitudinẽ hortorũ vr̃orũ. Sigñat ẽt p̃dicta dictio enutrire vel educare. Threñ. 2. Quos educaui & enutriui Eze. 19. & enutriuit catulos suos. & inde חַרְבוֹת tharbuth. siue מַרְבִּית Marbith. i. incremẽtũ vl̃ multiplicatio. Nu. 22. Incrementa & alumni hominũ peccatorũ. 1. Reg. 2. Et pars magna domus tue morientur cum ad virilẽ etatẽ peruenerint. Significat etiã מַרְבִּית Marbith siue תַּרְבִּית Tharbith fenus vel superabundantiã aut vsurã. Leuit. 25. Et frugum superabundantiã non exiges. Ezech. 18. Ad vsurã nõ cõmodauerit: & amplio nõ acceperit. Itẽ רוֹבֶה Robe. i. iaculator vel sagittarius. Geñ 21. Factusq; est iuuenis sagittarius. Pro quo he. le. Et fuit iaculator vel sagittarius. De quo vide supra in dictione רָבַב rabab. & a predicta dictione dicũt aliqui hebrei q deriuatur אַרְבֶּה Arbe. i. locusta. Exo. 10. Ecce ego inducam cras locustam in fines tuos.

Enutrire.

Incremẽtũ

Magna pars.

Supabũdãtia.

Usura.

Sagittarius

Locusta.

חַרְבוֹת

מַרְבִּית

תַּרְבִּית

רוֹבֶה

אַרְבֶּה

רָבַךְ Rabach. frigere. torrere. Leuit. 6. Que in sartagine oleo conspersa frigetur. 1. Paralipo. 23. Et ad lagana & sartaginem & ad torrendum.

Frigere.

Torrere.

רָבַע Rabua. quadrũ vel quadratũ aut quadrãgulũ. cõmisceri. Exo. 27. Quinq; cubitos in lõgitudine & totidẽ in latitudine. i. quadrũ. & in eodẽ. 28. Quadrangulũ erit & duplex. Ezech. 43. Quadrãgulatũ equis lateribꝰ. & aliquãdo scribitur cũ iod & thau in fine & dicitur רְבִיעִית rebiith. 3. Reg. 6. Postes de lignis oliuarum quadrãgulatos. Ezech. 48. Omnes primitie viginti quinq; millia in quadrũ sepa rabuntur. Scribitur etiam cum mẽ in principio & dr̃ מְרֻבָּעָה Merubaa siue מְרֻבָּעַת Merubaath. i. quadratum vel quadrata. Ezech. 40. Longitudine centum cubitorũ: & latitudine centum cubitorũ per quadrũ. & in eodẽ. 45. Et erit ex omni parte sanctificatum quingentos per quingentos quadri fariam. Et inde לֶבַע rebaa siue רְבִיעִית rebiith. i. quarta pars Leuit. 23. Quarta pars hin. Nec. 9. Et legerunt in volumine legis dñi dei quatter in die: & quatter in nocte cõfitebãtur. Pro quo he. le. Et legerũt in volumine legis dñi dei q̃rta parte diei: & quarta parte confitebantur vel laudabant. Ponitur etiã לֶבַע Rebaa pro latere. Ezech. 43. Quadrangulatum equis lateribus. i. per quattuor partes equales. Et inde אַרְבַּעָה Arbaa. i. quattuor. Geñ. 2. Qui inde diuiditur in quattuor capita. 4. Reg. 7. Quattuor ergo viri erant lepro si iuxta introitum porte. Prouer. 30. Quattuor sunt minima terre. Et ĩ genere femínino אַרְבַּע Arbaa sine he in fine Exo. 22. Et quattuor oues pro vna oue. Esa. 11. A quattuor plagis terre. Et aliquando scribitur cum thau in fine & dicitur אַרְבַּעַת Arbaath. Ezech. 46. In quattuor angulos atrii atriola disposita. & in eodẽ. Mensure vnius quattuor erãt. Et inde אַרְבַּעְתַּיִם Arbathaim. i. dest quadruplum. z. Reg. 12. Et ouem reddet in quadruplum. Et inde רְבִיעִי Rebii. i. quartus. Geñ. 1. Et factum est vespere & mane dies quartus. & in eodẽ. 2. Fluuius quartus ipse est euphrates. & in eodẽ. 15. Generatione autem quarta reuertentur huc. Et in chaldeo dicitur רְבִיעָאָה Rebiaia. Dañ. 2. Et regnum quartum erit velut ferrum. Et in plurali רְבִיעִים Rebiim. Exo. 4. In tertiam & quartam generationem. Pro quo hebrei le-

Quadratus

q̃drãgulus

q̃drãgulatũ

Quadrus

q̃drisaria

q̃rta pars.

Later.

Quattuor

Quattuor

Quattuor

q̃druplus.

Quartus.

Quartus.

Quarti.

© Biblioteca Nacional de España

gunt. In tertios & in quartos. i. natos in tertia & in quarta generatione. 4. Reg. 10. filii tui vsq; ad quartā generationē sedebunt super thronum israel. pro quo hebrei legunt. filii quarti sedebunt tibi super thronum israel. & in genere femininoרְבִיעִית rebiith. ideſt quarta ſiue quarta pars. Leuit. 19. Anno autem quarto omnis fructus eorū ſanctificabitur

רְבִיעִית Quarta.

Et in hebreo eſt generis feminini. Item רָבַע rabaa. i. commiſceri. ſ. in actu generationis: vel coire: aut ſuccūbere. Leuit. 18. Mulier non ſuccumbet iumento nec miſcebitur ei. & in eodem. 19. Iumenta tua non facias coire cum alterius generis animantibus. & in eodem. 20. Mulier ſi ſuccubuerit iumento. & inde רֹבַע róbaa. ideſt generatio: vel ſtirps. Nu. 23. Et noſſe numerū ſtirpis iſrael. hebrei tamen in predicto loco iuxta primā ſignificationē legunt. & noſſe quartam partem iſrael. i. numerum quarte partis. Et inde רֶבַע rébaa. ideſt accubatio. Ps. 138. Semitam meam & funiculū meum inueſtigaſti. Pro quo beatus hiero. in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Semitam meam & accubationem meā. cuentilaſti.

רָבַע Commiſceri Coire.

Succūbere רֶבַע Stirps.

רֶבַע Accubatio

רָבַץ Rabas. cubare. accubare. requieſcere. ſternere. Geñ. 49. Requieſcens accubuiſti vt leo. Et in eodem. Accubans inter terminos. Nu. 22. Concidit ſub pedibus ſedētis. Pro quo he. le. Et concidit ſub Balaam. Deut. 22. Et matrem pullis vel ouis deſup incubātē. & in eo. 29. Et ſedeant ſuper eum omnia maledicta que ſcripta ſunt in volumine legis. pro quo he. le. & cubabūt ſuper eū. Iob. 11. Requieſces & non erit qui te terreat. Canti. 1. Vbi cubes: vbi paſcas in meridie. p̄s. 22. In loco paſcue ibi me collocabit. ideſt cubare me faciet. Eſa. 11. Et pardus cum hedo accubabit. & in eo. 13. Nec paſtores requieſcent ibi: ſed requieſcent ibi beſtie. & i eodem. 27. Ibi paſcetur vitulus & ibi accubabit. Hiere. 33. Habitaculum paſtorum & accubantium gregū. Soph. 3. Et accubabunt: & non erit qui exterreat. Ponitur etiā pro ſternere. Eſa. 54. Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos. & inde רֵבֶץ Rebes. i. cubile: ſeu accubatio. vbi accubāt & requieſcunt. Prouer. 4. Nec vaſtes requiē eius. i. cubile eius: vbi requieſcit. Eſa. 65. Et vallis achor in cubile armentorum. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מִרְבַּץ Mirbas. Ezech. 25. Et filios amō in cubile pecorum Soph. 2. Quomodo facta eſt in deſertum cubile beſtie.

Accubare. Cōcidere

Incubare.

requieſcere Cubare.

Sternere.

רֵבֶץ Cubile.

מִרְבַּץ Cubile.

רָבַק Rabac. Impingare: vel ſaginare. & ſolum inuenitur מֶרְבָּק Marbec ab eo deriuatum: quod ſignificat ſaginatum ſeu impinguatum: vel locus vbi animalia impigantur. Hiere. 46. Quaſi vituli ſaginati vniuerſi ſunt. In aliis vero locis beatus hiero. trāſtulit paſcualē ſeu armentum. 1. Reg. 28. Mulier autem illa habebat vitulum paſcualē. ideſt Vitulū ſaginatū. Amos. 6. Et vitulos de medio armenti. Malach. 2. Et ſalietis quaſi vitulus de armento.

רָבַק Saginatū Paſcualis

Armentus

רָגַז Ragaz. Commoueri. vel inquietari. Tremere. vel contremiſcere. Iraſci. conturbari: vel contriſtari. Deut. 2. Vt audito nomine tuo paueant: & in morē parturientiū cōtremiſcant. 1. Reg. 7. Et non turbabitur amplius. Pro quo he. le. Non cōmouebitur vel nō inquietabitur amplius. Et in eodē. 28. Quare inquietaſti me vt ſuſcitarer. i. cōmouiſti me. z. Reg. 22. Fundamenta montium cōcuſſa ſunt. Pro quo he. le. Et fundamenta celorum cōmota ſunt vel contremuerunt. Iob. 9. Qui cōmouet terram de loco ſuo. p̄s. 17. Et fūdamēta mōtiū cōmota ſunt. & btūs hiero. in pſ. iuxta he. ve. tranſtulit. Fundamēta montiū cōcuſſa ſunt. Prouer. 30. Per tria mouetur terra. Hiere. 50. Et commoueat habitatores babylonis. Abach. 3. Et ſubter me ſcateat. Pro quo he. le. ſubter me cōtremiſcat ſiue cōmoueatur. Sigñat ēt ira ſci. Geñ. 45. Ne iraſcamini i via. Exo. 15. Audierūt populi & irati ſunt. Eſd. 5. Poſtq̄ autem ad iracūdiam prouocauerūt patres nri. Ps. 4. Iraſcimini & nolite peccare. poteſt ēt legi. cōtremiſcite. Prouer. 29. ſiue iraſcatur ſiue rideat. Eſa. 37. Et inſaniā tuā cōtra me. pro quo he. le. & q̄ iraſcaris aduerſū me. & in eodem. Cū fureres aduerſum me. i. iraſceris Ezech. 16. Et prouocaſti me in oībus his. ſ. ad iracūdiā. & in de רֶגֶז Regaz. quod in lingua chaldaica ſignificat irā vel furorē. Dañ. 3. tūc nabuchodonoſor in furore & ira. ſigñat ēt pauere. aut contriſtari vel conturbari. Deut. 28. Dabit tibi dñs cor pauidū. 2. Regū. 28. Contriſtatus itaq; rex. Ioel. 1. Conturbētur omnes habitatores terre. Mich. 7. Perturbabuntur de edibus ſuis. Abach. 3. Turbabuntur pelles terre madian. & in eodem. Audiui & conturbatus eſt vēter meꝰ. Et inde רֹגֶז rógez. i. cōmotio: vel conturbatio: aut tremor: vel cōcuſſio. Iob. 3. Ibi impii ceſſauerunt a tumultu. ideſt a cōmotiōe. Eſa. 14. Cū requiē dederit tibi dñs a labore tuo & a cōcuſſione tua. Scribitur etiam cum he in fine. Ezech. 12. Et aquam tuam in feſtinatione & in merore bibes. vbi ponitur pro feſtinatione.

רָגַז Furor. Pauere. Cōtriſtari. Cōturbari Turbari.

רֹגֶז Tumultus commotio

Cōcuſſio. Feſtinatio

רָגַל Ragal. explorare. contemplari. accuſare. ſuſurrare. detrahere. diffamare. Geñ. 42. Exploratores eſtis vos. Et in eo. Nec quicq̄ famuli tui machinātur mali. pro quo hebrei legunt. Non ſunt ſeruī tui exploratores. Nu. 21. Miſit itaq; moyſes vt explorarent iazer. Deut. 1. & cōſiderata terra. Pro quo he. le. Explorauerunt eam. Ioſ. 7. Aſcendite & explorate terrā. qui p̄cepta cōplētes explorauerunt hai 2. Reg. 10. Et nō ideo vt inueſtigaret & exploraret ciuitatē & euerteret eam. Sigñat ēt accuſare vel detrahere aut ſuſurrare. ſiue diffamare. eo quod ſuſurrones & detractores explorāt dicta & facta aliorum vt detrahāt & accuſēt. 2. Reg. 19. Accuſauit me ſeruū tuū ad te dñm meū regem. i. detraxit vel diffamauit me. p̄s. 14. Qui nō egit dolum in lingua ſua. Pro quo beatus Hiero. in pſalterio. iuxta he. ve. tranſtulit. Non accuſauit in lingua ſua. Itē רְגֵל Réguel ſiue רַגֵל Ragel. i. pes. & eſt in hebreo vtriuſq; ſexus. Geñ. 41. Abſq; tuo imperio nō mouebit quiſq̄ manum aut pedem. Deut. 19. Pedē pro pede. p̄s. 25. Pes meꝰ ſtetit in directo. Ezech. 1. Et pedes eorum pedes recti. Pro quo hebrei legunt. Et pedes eorum pes rectus. & in eodem. 29. Non pertrāſibit eā pes hominis. Et in plurali רַגְלַיִם Raglaim. Geñ. 19. Et lauate pedes veſtros. Leuit. 11. Ex cunctis animantibus que incedunt quadrupedia. ideſt quattuor pedibus. Iudi. 5. Et barach veſtigia ſunt ſecuti. Pro quo hebrei legunt. Et barach in valle miſſus eſt pedibus ſuis. i. pedeſter. 2. Reg. 15. Egreſſus eſt ergo rex & vniuerſa domus eius pedibus ſuis. & in eo. Illotis pedibus & intonſa barba. Iob. 29. & pedes claudo. Eſa. 7. Caput & pillos pedum. Scribitur etiam cum mē in principio & dicitur מַרְגְּלוֹת Margueloth. ideſt pedes: vel locus pedum. Ruth. 3. A parte pedum. Dañ. 10. & brachia eius & deorſum vſq; ad pedes. & in lingua chaldaica dicitur רַגְלַיָּא Raglaia. Dañ. 2. Quia vidiſti partē pedum & digitorum: partem teſteam figuli. Ponitur etiā רַגְלַיִם raglaim ſiue רַגְלֵי Ragle pro peditibus vel pedeſtribus. Exo. 12. Sexcenta fere millia peditum virorum. Nu. 11. Sexcenta millia peditum huius populi ſunt. Hiere. 12. Si cū peditibus currens laboraſti. Accipitur etiam pro comitatu vel cō tubernio. Geñ. 30. Benedixitq; tibi deus ad introitū meū. Pro quo he. le. Pro comitatu vel cōturbernio meo. Exo. 11. egredere tu & oīs ppl's qui ſubiectus eſt tibi. pro quo he. le. Et oīs populus qui eſt in pedibus tuis. i. in comitatu vel cō tubernio tuo. Ponitur ēt p veſtigio. Geñ. 33. & ego ſequar paulatim veſtigia eius: licut videro paruulos meos poſſe. & qñ iūgitur cū dictiōe אַחַר Aſach: tūc ambe dictiōes ſigñant

Furere.

רֶגֶז Furor.

Pauere. Cōtriſtari. Cōturbari Turbari.

רֹגֶז Tumultus commotio

Cōcuſſio. Feſtinatio

רָגַל Explorare

Accuſare.

רַגְלַיִם Pedes

רַגְלוֹת Pedes.

רַגְלַיָּא רַגְלַיִם Peditus.

Comitat⁹.

Veſtigia.

© Biblioteca Nacional de España

Purgare ventrem

Purgare ventrem purgare seu mingere. Iudi.3. Forsitā purgat aluū in estiuo cenaculo.1. Reg. 24. In quam ingressus est saul vt purgaret ventrem. Et inde vrina dicitur מֵי רַגְלַיִם Mera glaim.i.aque pedum. Esa.36.vt bibant vrinam pedū suorū Significat etiam predicta dictio רֶגֶל Régel.vicem. Exo.23. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. Nu.22. Cur percutis me ecce iam tertio.i.trib⁹ vicibus. Et in eodem. Cur inquit tertio verberas asinam tuam. Et inde verbum רָגַל Ragal.i.assuescere vel consuescere. Osee.11. & ego quasi nutricius ephraim. Pro quo hebrei legūt. Et ego cōsuetus vl'assuetus fui ipsi ephraim. Potest etiā significare pedetētim ambulare:a primo significato deriuatū.i.pedetē tim cū eo ambulabam sicut nutricius cū puero. est etiā רֹגֶל Rogel nomē fontis.3.Reg.1. Qui erat vicin⁹ fontis rogel.

Vrina

מֵי רַגְלַיִם

Vices.

רֶגֶל

Cōsuescere

רָגַל

Rogel.

רֹגֶל

רָגַם Ragam. lapidare.siue lapidibus obruere. Leuit. 20. Lapidibus obruet eos. & in eodem. 24. Lapidet eum omnis multitudo. Nume. 15. Obruat eum lapidibus omnis turba. Deut. 21. Lapidibus obruet eū populus ciuitatis Ezech.16. Et lapidabunt te lapidibus. & in eo.23. Et lapidetur lapidibus populorum. Et inde מַרְגֵּמָה Margema.i.acervus lapidum. Pro quo beatus hieronymus transtulit acervus mercurii. Prouer.26. Sicut qui mittit lapidem in acervum mercurii:ita qui tribuit insipienti honorem. Quod a liqui hebrei exponunt sic. scilicet sicut qui mittit lapidem scilicet precioſum in aceruum lapidum.s.cōmunium : ita qui tribuit insipienti honorem . Potest etiam deriuari ab אַרְגְּוָן Argaman q̄ significat purpuram : vt sit sensus:sicut qui ligat lapidem vel saxum in purpura: ita qui tribuit insipienti honorem. Item רִגְמָה Rigma.i.ducatus vel principatus. ps.67. Principes iuda duces eorum. Et aliqui hebrei secundum primā significationem legunt. lapidatio eorum. Sed beatus hiero. in psal.iuxta he.ve.transtulit. Principes iuda in purpura sua.s.ab אַרְגְּוָן Argaman quod significat purpuram:vt supra dictum est.

רָגַם lapidib⁹ obruere. lapidare.

מַרְגֵּמָה

Mercurius mercurij

אַרְגְּוָן

Purpura

רִגְמָה

Ducatus

Purpura.

רָגַן murmurare

רֹגֶן murraſ

רֹגֶן Ragan. Susurrare.murmurare.mussitare. Deut.1. Murmuraſtis in tabernaculis vestris. Et inde נִרְגָּן Nirgan. siue רֹגֵן Rógen.i.susurro vel murmurator aut mussitator. prouer.16. Et verbosus.i.susurro separat principes. & in eodem.26. Verba susurronis quasi simplicia. Esa.29. Mussitatores discent legem.

Susurro.

Mussitator

רָגַע

רָגַע Ragaa. scindere.diuidere. quiescere. turbare. Iob.7. Cutis mea aruit & cōtracta est.pro quo hebrei legunt. Cutis mea scissa est & contabuit. & in eodem.26. In fortitudine illius repente maria congregata sunt. Pro quo hebrei legunt. In fortitudine illius scidit seu diuisit maria. Potest etiam significare sicut est in littera nostra. Nam רָגַע Régaa significat repente vel subito: vt infra dicetur. Esa.51. Qui conturbo mare & intumescunt fluctus eius . Pro quo hebrei legunt. Diuidēs mare. Et inde רִגְעֵי rigee.i.diuisiones vel scissure. ps.34. Et in iracundia terre loquētes dolos.p quo he.le. & in scissuris terre.i.in locis absconditis terre. Itē רָגַע Ragaa.i.quiescere vel requiescere. Deut.28. In gētib⁹ quoq; illis nō quiesces. Esa.30. Ibi cubauit lamia.i.requieuit.& in eodē.51. & iudiciū meū in lucē populorū quiescet. Hiere.30. Vade in requiē suā israel.Pro quo hebrei legunt. Vade ad requiescendum israel. Hiere.43. Refrigerare & sile.i.requiesce & sile . & in eodem. 50. Vt exterreat terrā: & cōmoueat habitatores babylonis. Pro quo he.le. Vt requiescere faciat terram. nam ex ruina babylonis quieuit terra. vt habetur. Esa.14. Et inde מַרְגֵּעָה Margea.siue מַרְגֵּעַ Margoa.ideſt requies.seu refrigerium. Esa.28. Et hoc est refrigerium meū: & noluerunt audire. Hiere.6. Et inuenietis refrigeriū animab⁹ vīs. Item רָגַע Régaa. siue רָגַע Ragaa. ideſt subito.repēte:aut punctus. Iob.20. Et gaudiū hypocrite ad instar puncti. & in eodem.21. Et in puncto in infernū descendunt. ps.6. Et erubescāt valde velociter. Pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit. Et confundantur subito. Hiere.4. Repente vastata sunt tabernacula mea:subito pelles mee. & in eodem.18. Repente loquar aduersus gētem & aduersus regnum . & in eodem. Et subito loquar de gente & regno . Scribitur etiam cum aleph in principio & he in fine. & dicitur אַרְגִּיעָה Argia. Prouer.12. Qui autē testis est repentinus concinat linguam mēdacii. Hiere. 49. Quia subito currere faciam illum ad illam . Et in plurali רְגָעִים Regaim. Esa.27. Repente propinabo ei. Pro quo hebrei legunt. In momentis propinabo ei. Ezech.32. Et obtupescent repente.i.in momentis.

Punctus.

Subito Repēte.

אַרְגִּיעָה Repētinus subito

רְגָעִים Repente

רָגַשׁ Ragas.fremere.tumultuare.congregare. ps.2. Quare fremuerūt gentes. Et aliqui hebrei in predicto loco legunt . Quare congregate sunt gentes . Vnde beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit. Quare congregaverunt gentes. Et in lingua chaldaica cōmuniter ponitur pro congregare. Dañ.6. Tunc principes & satrape surripuerūt regi.i.congregati sunt ad regem: vel cum tumultu aut strepitu venerunt. Et inde רֶגֶשׁ Ragas.ideſt cōgregatio: vel cōsensus. Ps.54. In domo dei ambulauimus cū consensu.i.si mul cōgregati. Sed beatus hiero.in predicto psalterio transtulit. Ambulauimus in terrore.i.in tumultu. Scribitur etiā cum thau in fine. ps.63. Et a multitudine operantiū iniquitatem. Pro quo beatus hiero.in predicto psalterio trāstulit. Et a tumultu operantium iniquitatem.

Fremere Cōgregaſ.

רֶגֶשׁ Cōsensus

Terror. multitudo

Tumultus

רָדַד Radad.extendere.expādere.subiicere.3.Reg.6. Operuit tam cherubim q̄ palmas auro. Pro quo hebrei legunt. Et extēdit super cherubim & super palmas aurum.i. laminis aureis operuit ea. & in eodē.7. Subter leones & boues lora ex ere dependentia. Pro quo hebrei legunt. Et subter leones & boues lora opere extēto. Significat etiā subiicere. Ps.143. Qui subdit populum meū sub me. Esa.45. Vt subiiciam ante faciem eius gētes. Vide etiam de hoc supra in dictione יָרַד Iarad. Et inde רְדִיד Redid.ideſt pallium siue theristrum. Cāti.5. Tulerunt pallium meū. Et in plurali רְדִידִים Redidim. Esa.3. Et sindones & vittas & theristra. Vbi ponitur pro theristris: que mulieres expandūt super se:a primo significato deriuatum.

Extendere

Subiicere.

רְדִיד Pallium

רְדִידִים teristra.

רָדָה Rada.dominari.preesse.imperare subiicere.sumere. obtinere:applaudere.Geñ.1. Et presit piscibus maris & volatilibus celi . & in eodem . Et dominamini piscibus maris. Leuit.25. Ne affligas eum per potentiam. Pro quo hebrei legunt. Non domineris vel non imperes ei per violentiam siue cum austeritate. & in eodem. Nō affliget eum violenter. ideſt non dominetur eius cum violentia vel austeritate. & in eodem.26. Et subiiciemini his qui oderunt vos. Pro quo hebrei legunt. Et dominabuntur vestri:inimici vestri. Nu.24. De iacob erit qui dominetur. Iudi.5. Saluate sunt reliquie populi : dominus in fortibus dimicabit . Pro quo hebrei legunt . Tunc dominabitur qui reliquus fuerit in fortibus populi: dominus dominabitur mihi in fortibus:ideſt contra fortes. Ps.67. Ibi beniamin adoleſcentulus in mentis excessu . Pro quo hebrei legunt . Ibi beniamin paruulus dominans eis . Pro quo beatus hiero. in psal.iuxta he.ve.transtulit. Ibi beniamin paruulus continens eos. ps.71. Et dominabitur a mari vsq; ad mare. Ps. 109. Dñare in medio inimicorū tuorum. Esa.14. Subiiciē tem in furore gentes crudeliter. Threñ.3. De excelso misit ignē in ossibus meis: & erudiuit me. Pro quo hebrei legūt. Misit ignem in ossibus meis: & dominatus est eorum: siue

Preeſſe. Dominari

© Biblioteca Nacional de España

subiecit vel continuit ea. Sed in lingua chaldaica significat erudire.sicut est in littera nra.Ezech.34.Sed cū austeritate imperabatis eis. Vide etiā de hoc infra in dictione רוד Rod

Imperare Sumere

Significat etiam sumere vel obtinere. Iudi.14. Quē cum sumpsissēt in manibus.& in eodem.Quod mel de corpore leonis sumpserat.Esa.21. Et reges obtinebit. Potest etiā legi.& regum dñabitur:secūdum primā significationem. Ponitur etiam pro applaudere.Hiere.5.Et sacerdotes applaudebant manibus suis.

Obtinere.

applaudeſ

רָדַם Radam.sopiri.dormire.s.sopore graui.vl sopore demergi.stupefieri: vel stupore cadere. seu collabi. Iudi.4. Qui soporem morti socians defecit.ps.75. Dormitauerunt qui ascenderunt equos. Dañ.8. Cūq loqueretur ad me collapsus sum pronus in terra. Ione.1. Et dormiebat sopore graui.Et inde תַּרְדֵּמָה Thardema.i.sopor.Geñ.2.Et misit deus soporem grauem in adam.Iob.4. Quando solet sopor occupare homines.

Sopiri. Dormire Collabi

תַּרְדֵּמָה

ſopor

רָדַף Radaph.persequi.sequi.Geñ.34. Et nō sunt ausi persequi recedentes .Exo.14.Et psecutus est filios israel. Deut.16.Quod iustum est psequeris.i.sequeris.Iudi.5.Sequimini me.& in eodē.4.Et barach persequeretur fugientes currus.ps.7.Persequatur inimicꝰ animā meam.ps.33. Inquire pacem & persequere eā. ps.37. Quoniā sequebar bonitatem.Prouer.15.Qui sequitur iustitiā diligitur a deo Esa.5.Ve qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam. Threñ.5.Ceruicibus nris minabamur.Pro quo he.le.Sup ceruices nostras psequebamur.i.persecutionē patiebamur Ezech.35.Cum sanguinē oderis:sāguis persequetur te.Et inde מְרַדָף Murdaph.i.persecutio.Esa.14. Subiiciētem in furore gentes crudeliter.Pro quo he.le.Subiiciētem in furore gentes persecutione absq cessatione.

Persequi. Sequi.

Cessatio.

רָהָה Raha.formidare. Esa.14. Ne timeatis:neq formidetis.& solum inuenitur in predicto loco.

Formidaſ.

רָהַב Rahab.excedere.excellere.superbire.tumultuari.suscitare. ps.89.Et amplius eorum labor & dolor.i.tempus quod excedit octoaginta annos est labor & dolor.Ps. 137.Multiplicabis in anima mea virtutem.i.excellere facies.Canti.1. Quia ipsi me auolare fecerūt. Pro quo hebrei legunt.Ipsi me excellere vel superbire fecerunt. Esa.3.Tumultuabitur puer cōtra senem.i.supbiet: vel excellentiorē se putabit.Ponitur etiam pro suscitare.Prouer.9. Discurre festina & suscita amicum tuum.Et inde רַהַב Rahab.i.superbus vel superbia. Iob.36. Et prudentia eius percussit superbum.Esa.30. Superbia tantum est:quiesce.& in eodem.31. Nunquid tu non percussisti superbum. est etiā רַהַב Rahab. nomen proprium loci.Ps.86.Memor ero rahab & babylonis scientiū me. Sed etiam in predicto loco beatus hieronymus in psal.iuxta he.ve.transtulit.Memorabor superbie & babylonis.Et in plurali רְהָבִים Rehabim.ps.39.Et non respexit in vanitates & insanias falsas. Pro quo beatus hiero.i psal.iuxta he.ve.transtulit.Et non est auersus ad superbias pompasq mendacii.

amplius Excedere multiplicaſ. auolare Excellere

Tumultuari..

רַהַב suscitare. superbus superbia.

רְהָבִים

ſuperbie.

רָהַט Rahat.in lingua chaldaica significat currere.Et inde רְהָטִים Rehatim.i.canales vbi aque decurrunt. Geñ. 30.Posuitq eas in canalibus vbi effundebatur aqua. Significat etiam laquearia que in tectis domorum fiūt in modū canalium.Cāti.i.Laquearia nostra cupressina.& in eodem. 7. Et come capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus. Pro quo hebrei legūt.Et coma capitis tui sicut purpura regis ligati in laquearib9.i.in domo laquearibus constructa. Potest etiam legi sicut est in littera nostra.

Currere.

canales

Laqaria.

שׁוּב Sub. vertere. reuertere. reuerti. cōuertere. redire. reducere. reddere. retribuere. respōdere. habitare. Geñ. 15. Quarta autē generatione reuertentur huc. & in eo. 16. Reuertere ad dñam tuā. Exo. 4. Reuertar ad fratres meos. & ī eodē. 24. Donec reuertamur ad vos. Leuit. 25. Reuertetur homo ad possessionē suā. Nu. 10. Reuertere dñe ad multitudinē israel. Ios. 5. Et circūcide secūdo filios israel. ꝑ q̄ he. le. Et reuertere circuncide secundo filios israel. i. iterū circuncide secundo filios israel. 4. Reg. 20. Sed reuertatur retrorsum decē gradibus. Iob. 17. Oēs vos cōuertimini & venite. ps. 6 Cōuertere dñe: eripe aiam meā. Eccl. 1. Et in circulos suos reuertitur. & in eodē. 9. Verti me ad aliud. Canti. 6. Reuertere reuertere sulamitis: reuertere reuertere & ituea mur te. Esa. 6. Et cōuertatur & sanem eum. & in eodem. 38. & reuersus est sol decē lineis. & in eo. 55. Et vltra nō reuertetur. & in eodē. 59. Auersi sumus ne iremus post deū nostrū. Et in eo. Qui redeunt ab iniquitate. Hiere. 4. Si reuerteris ad me israel dicit dñs: ad me reuertere. & in eo. 14. Reportauerūt vasa sua vacua. ꝑ quo he. le. Reuersa sunt vasa sua vacua Et in eo. 31. Postq̄ cōuertisti me. & in eo. 40. Et mecū noli

Cōuertere

Vertere

auertere. Redire.

© Biblioteca Nacional de España

venire:sed habita apud godoliam.Pro quo he.le.Et adhuc ille non reuertebatur:& reuertere ad godoliā.Ezech.16.Reuertentur ad antiquitatē suā. & in eo.46. Et reuertetur ad principem.& īeo.47.Cūq; me cōuertissem. Osee.12.Et tu ad dñm deū tuū cōuerteris.& in codē.14.Conuertere israel ad dñm deū tuū.& in eo.Cōuertentur sedentes in vmbra ei?.Naū.2.quia sicut reddidit dñs superbiā iacob:sic superbiā israel.p quo he.le. Sicut cōuertit dñs superbiā vlcel situdinem israel. Et inde verbum tertie cōiugationis quod significat reuerti facere.siue reducere:aut retribuere:vel respondere.Geñ.14.Reduxit omnē substātiā.& in codē.24. Filiū tamen meū ne reducas illuc.& in eo.43.Et illā quā inuenistis in sacculis vrīs reportate.i.reducite.& īcodē.44. Reportauimus ad te de terra chanaā.i.reduximus.Exo.10. Reuocauerunt moysen & aaron ad pharaonē. i. reuerti fecerūt.1.Reg.6.Et recludite vitulos earū domi.Pro quo he.le. Reuerti facite siue reducite vitulos earū in domū. Et in eodem.Sed quod debetis ei reddere pro peccato.& in codē Quid est quod pro delicto reddere debemus. & in eodem. Et vasa aurea que soluistis ei .p delicto.i.reddidistis seu retribuistis.ps.50.Redde mihi letitiā salutaris tui.ps.71.Reges tharsis & insule munera offerent.i.reducent vel retribuent. ps.87.Auertisti ab ira indignationis tue. pro quo he.le.Auertere fecisti ab ira indignationem tuā:siue indignationis tue.ps.115.Quid retribuā dño. Esa.38.Ecce ego reuerti faciā vmbrā linearū. & in codē.42. Nec est qui dicat :redde. Hiere.29. Et reducam vos ad locum istum . & in eodem. 33.Et cōuertā cōuersionē iuda.p quo he.le. Et cōuertere faciam siue reducā conuersionem iuda.& in eo.2. Reducā cōuersionē eorū.Ponitur etiā pro soluere.4.Reg.3.Et soluebat regi cētū millia agnorū.Significat etiā respōdere.Iob. 6.Respondete obsecro absq; contentione.& in eo.20.Idcirco cogitationes mee varie succedūt sibi.p quo he.le.Idcirco cogitationes mee respondent mihi.& in eodē.33.Respō de si habes quid loquaris.Prouer.18. Qui pri? respōdit q̄ audiat.Pōitur etiā pro habitare.ps.22.Et inhabitem in domo dñi in longitudine dierū.Ezech.35. Ciuitates tue non habitabuntur. Vide etiā de hoc supra in dictione יָשַׁב Iasab & aliqñ scribitur cum duplici beth.ps.22. Aiam meā cōuertet.Esa.49.vt reducā Iacob ad eum.& in eo.58. Auertens semitas in quietem.Hiere.3.Cōuertimini filii reuertētes.i. auertētes seipos a via recta.& in codē.8. Et qui auersus est nō reuertetur:quare ergo auersus est populus iste in ierusalem auersione cōtentiosa.Ezech.38. Que reuersa est a gladio.& in eodē.39.Et reduxero eos de populis.Mich.2.Cū reuertatur qui regiones nras diuidat.Significat etiā decipere.Esa.47. Sapiētia tua & scientia tua decepit te. Vide etiā de hoc supra in dictione שָׁבַב Sabab. & inde שׁוּבָה Suba.siue מְשׁוּבָה Mesuba.i.cōuersio siue redit? vel auersio.Esa.30. Si reuertamini & quiescatis:salui eritis.p quo he.le. In conuersione & quiete salui eritis.Osee.11.Et populus meus pēdet ad reditū meū. Significat etiā auersionē vel auersatricem.Prouer.1. Auersio paruulorū interficit eos. Hiere.2. Et auersio tua increpabit te.& in eo.3. Que fecerit auersatrix israel.& in eo. Iustificauit anima suā aduersatrix israel. & in eodem.8.Quare auersus est populus iste in ierusalem auersione contentiosa.& inde תְּשׁוּבָה Thesuba siue שְׁבָת Sebath aut שְׁבוּת Sebuth.i.reditus:siue cōuersio.2. Reg.11.Factū est autē vertēte anno.i.in reditu anni.ps.125.In cōuertendo dñs captiuitatem sion.Pro quo hebrei legunt. In cō uertendo dñs cōuersionem sion.Potest etiam deriuari a supradicta dictiōe שָׁבָה Saba.que significat captiuare sicut est in littera nra.Hiere.3.Et cōuertā cōuersionē ppli mei. & in eodem. Ecce ego cōuertam cōuersionem tabernaculorum iacob.& in eodem.33. Reducam enim cōuersionem terre.

שׁוּב Sub.canescere.i.canum seu decrepitū esse.senescere.

1.Reg.1.Ego autē senui & incanui.& inde שֵׂיבָה Seba idest canicies.senectus siue senium. Leuit.19. Coram cano capite consurges.3. Reg.14. Quia caligauerāt oculi eius prae senectute.Prouer.20.Et dignitas senum canicies. Osee.7. Sed & cani effusi sunt īeo.p quo hebrei le.Canicies effusa est in eo.& inde שָׂב Sab.i.canus seu senex.Iob.11. Et senes & antiqui sunt in nobis.

שׁוּד Sud.linire . leuigare.s.calce. Deut.21. Et calce leuigabis eos.& in eodē. Et leuigabis eos calce. Et inde שִׂיד Sid.i.calx.vt in predictis locis. Ponitur etiam .p cinere. Esa. 33.Et erunt populi q̄si de incendio cineris. Amos.2.Quia incenderit ossa regis idumee vsq; ad cinerem.

שָׁוָה Saua.equare.adequare.equiperare.equalem esse.ponere.prodesse. Prouer.3.Et omnia que desiderantur huic non valent comparari.i.adequari.& in eo.25.Ne efficiaris ei similis.Pro quo he.le. Ne sis ei equalis. & in codē. 27. Et litigiosa mulier comparatur.i.adequatur. Ester.7. Nuncaūt hostis noster est:cuius crudelitas redūdat in regē Pro quo hebrei legunt. Quia non equat siue equiperat hostis in dānum regis. Potest etiam legi.quia non .pdest. Esa. 28.Nōne cum adequauerit faciē eius.& in eo.40.Cui assimilastis me & adequastis.Threñ.2. Cui exequabo te & cōsolabor te. Osee.10.Fruct? adequabitur ei.Significat etiam ponere vel preponere.ps.15. Prouidebā dñm in conspectu meo semper. Pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.trā stulit.Preposui dñm in conspectu meo semper.ps.17.Qui posuit pedes meos tanq̄ ceruorū. ps.20. Gloriā & magnū decorē impones sup eum. ps.88 . Posui adiutoriū sup potentē.ps.118. Iudicia tua non sum oblitus. Pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit.Iudicia tua .pponebā. ps.130.Si nō humiliter sentiebam:sed exaltaui animā meā. Pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit.Si non posui & silere feci animā meā. Significat etiā .pdesse vel expedire.Ester.3. Et optime nosti quod non expediat regno tuo.& in eodem.5.& cum hec omnia habeam: nihil me habere puto.Pro quo he.le. Et omnia hec non prosunt mihi. Iob.33.Et vt eram dignus non recepi.pro quo he.le.& non pro fuit mihi.Potest etiā legi.& non adequauit mihi.i.non recepi equalia meis delictis. & tūc erit sensus sicut in littera nra. Et dicūt aliqui hebrei q̄ a predicta dictione deriuatur שָׁוְא Sau quod significat vanū siue frustra. De quo vide supra in dictione שׁוְא So.

שׁוּחַ Súach.incuruari.inclinari.Prouer.2. Inclinata est ad mortem domus eius. De quo vide infra in dictione שַׂחַת Sachach.& in dictione שָׂחָה Sacha.& inde שׁוּחָה Sucha siue שִׁיחָה Sicha.i.fouea.ps.56.Foderūt ante faciem meam foueam. Prouer.22.Fouea profunda os aliene.Et aliquando scribitur cum thau in fine.ps 93. Donec fodiatur peccatori fouea. Ezech.19. Non absq; vulneribus suis ceperunt eum.Pro quo hebrei legunt. In foueis suis captus est.Et sequitur metaphorā capture leonis qui capitur in foueis. Potest etiam legi sic.in interitu suo siue in internitione sua captus est.& tūc erit sensus sicut in littera nostra. Ponitur etiā שַׂחַת Sachath pro interitu vel internitione.ps.54. Deduces eos in puteum interitus.Esa.51. Et non interficiet vsq; ad internitionem.Ezech.28. Interficiēt & detrahēt te.pro quo hebrei legunt.In interitum siue internitionem detrahent te.Potest etiam legi in foueam detrahent te. Vide etiā de hoc infra in dictione שַׂחַת Sachath.& in plurali שִׁיחוֹת Sichoth.ps.118. Narrauerūt mihi iniqui fabulationes.Pro

Reducere
Reportaſt
Reuocare
Reddere
Soluere
Offerre
Retribuef
Reuerti facere.
ſoluere
Reſpōdeſ
Habitare.
שׁוּבָה מְשׁוּבָה
Cōuerſio . Reditus Auerſio.
auerſatrix
תְּשׁוּבָה שְׁבַת שְׁבוּת
Reditus Cōuerſio.

שׁוּב senescere
שֵׂיבָה Canus. senectus Canicies
שָׂב Canus.
שׁוּד Leuigare
שִׂיד Calx. Linis
שָׁוָה Cōparare Eq̄lem eē. adequare. Exequare Ponere Imponeſ. proponeſ. Expedire Prodeſſe.
שָׁוְא Uanum.
שׁוּחַ Inclinari
שׁוּחָה שִׁיחָה Fouea.
שַׂחַת Interitus Infinitio
שִׁיחוֹת

© Biblioteca Nacional de España

quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit. Foderunt mihi iniqui foueas.

Fouee. שׂוּחָה

Meditari Loqui שׂוֹחַ Soach.meditari.loqui.Gen̄.24. & egressus fuerat ad meditādum in agro. Iudi.5. Et ambulatis in via: loquimini. Iob.12. Loquere terre & respondebit tibi. p̄s.68. Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta. p̄s.118. In mādatis tuis meditabor. p̄s.142. In factis manuū tuarum meditabar. Prouer.6. Euigilans eloquere cum eis. Esa.53. Generationē eius quis enarrabit. i. quis loquetur. Et inde

Eloqui Enarrare. שִׂיחַ Siach. i. meditatio: vel eloquiū. 3. Reg.18. Forsitā loquitur. pro quo hebrei legunt. Forsitā est ei eloquiū. 4. Reg.9.

Eloquium Nostis hominē & quid locutus sit. pro quo he.le. Nostis hominē & eloquiū eius. Iob.7. Et reuelabor loquens mecum in strato meo. Pro quo he.le. Et eleuabor eloquio meo: siue in meditatione mea. p̄s.54. Cōtristatus sum in exercitatione mea. Pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit humiliatus sum in meditatione mea. & in titulo psalmi. 101. vbi dicitur. Et coram dño effudit precem suā. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Et coram dño fuderit eloquiū suum. p̄s.141. Effundo in conspectu eius orationem meam. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Effundā in conspectu eius eloquiū meum. Amos.4. Et annuuciās homini eloquiū suum. Potest etiā legi meditationē suam. i. cogitationem cordis sui. quod soli deo pertinet. Ponitur etiā pro dolore vel querimonia. 1. Reg.1. Quia ex multitudine doloris & meroris mei.

exercitatio

Dolor. שִׂיחַ

Circuire perābulare שׂוּט Sut. circuire. discurrere. dispergi. s. huc et illuc. remigare. Nu.11. Circuibat populus: & colligens illud frāgebat mola. 1. Reg.24. Perābula omnes tribus israel. i. discurre vel circue omnes tribꝰ israel. & in eodem. Et lustrata vniuersa terra affuerunt. pro quo hebrei legunt. Circuierunt siue discurrerunt per vniuersam terrā. 2. Paralipo.16. Oculi enim dñi contemplātur vniuersam terram. Pro quo hebrei legunt. Oculi enim dñi discurrunt. i. circunspiciunt per vniuersam terrā. Iob.1. Circuiui terrā & perābulaui eā. Hiere.5. Circuite vias ierusalem. & in eodē. 49. Plāgite & circuite per sepes. Zach.4. Oculi dñi qui discurrunt in vniuersam terrā. significat etiā remigare. Ezech.28. Habitatores sidonii & aruadii fuerunt remiges tui. & in eodem. In a quis multis adduxerunt te remiges tui. & inde מַשּׁוֹט masot i. remus. vt in eodē. Quercus de basan dolauerūt i remos tuos. & in eo. Omnes qui tenebant remū. & inde שַׁיִט Saít. i. remiges. Esa.33. Non transibit per eum nauis remigum. Item שׁוֹט Sot. i. flagellum. Iob.5. A flagello lingue absconderis. Prouer.23. Flagellum equo & chamus asino. Esa.28. Flagellum inundans cū trāsierit. & in plu. שׁוֹטִים Sotim. 3. Reg.12. Pater meꝰ cecidit vos flagellis. & aliqñ scribitur cū duplici teth & dicitur שׁוֹטֵט Sotet. pro quo beatus hieronymus trāstulit offendiculū. Iosz.3. Sed crūt vobis in laqueū & in offendiculū in latere vestro. Item שִׂטִּים Sitim. genus est arboris. Exo.25. Et ligna setim. & in eodem. Aream de lignis setim compingite.

Discurrere

Remigare שָׁשׁוּט

Remus שַׁיִט

Remiges. שׁוֹט

Flagellum שׁוֹטִים

Flagella. שׁוֹטֵט

offēdiculū שִׂטִּים

Setim.

שׁוּט Sut. errare. diuertere. s. a via recta. Nume.5. Vir cuius vxor errauerit. De quo vide infra in dictiōe שָׂטָה Sata.

Errare

שׂוּךְ Such. vallare. sepire. cooperire. protegere. Iob.1. Nōne tu vallasti eam ac domū eius. Osee.2. Ego sepiam viam tuā spinis. & inde מְשׂוּכָה Mesucha. i. sepis: seu coopertū. Prouer.15. Iter pigrorū quasi sepes spinarū. Esa.5. Auferā sepem eiꝰ. & aliqñ scribitur cū sāmach loco sin. Mich.7. Et qui rectus est quasi spina de sepe. Significat etiā operimentū. Ezech.28. Ois lapis p̄ciosus opimentū tuū. & inde שׂוֹכָה sucha. i. ramus. Iudi.9. & arrepta securi preciditarboris ramū. & in eo. Igitur certatim ramos de arboribꝰ precidentes sequebātur ducē. Pro quo he.le. Preciderunt oīs populus vnusquisq; ramū suū. & in plurali שְׂכִים Sichim. i. sudes. Pro quo beatus hiero. transtulit clauos. Nu.25. Erunt vobis quasi claui in oculis vr̄is. & dicunt aliqui hebrei q; significat spinas seu ramos spinarū. & inde שֶׂכִּין sachin. i. culter seu gladiꝰ. Prouer.23. Et statue cultrū in gutture tuo. & inde שְׂכוֹת Suchoth. Pro quo btūs hiero. transtulit sagenas. Iob.40. Nunquid implebis sagenas pelle eius. hebrei vero dicunt q; significat cultros sicut dictio p̄cedēs. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Nūquid cōcides cultris pellē eius. De quo vide supra in dictione מָלֵא Male.

Clauí. שֶׂכִּין

Culter. שְׂכוֹת

sagene.

Cultri.

שׂוּל Sul. sinus. seu ora inferior vestimenti. s. illa pars vestimēti q̄ est deorsum secus pedes. & solū inuenitur i numero plurali. Exo.28. Deorsum vero ad pedes eiusdē tunice per circuitū. Pro quo he.le. Sup oras vestimēti per circuitum. Esa.6. Et ea que sub ipso erāt replebant tēplum. i. ore vel fimbrie inferiores vestimenti. Ponitur etiā pro locis verendis seu pudendis. Naū.3. Et reuelabo pudenda tua in facie tua. Potest etiā legi sic. & reuoluā fimbrias vel oras tuas s. inferiores sup faciē tuā. s. vt reuelētur pudenda tua.

ora iferior

Fimbrie pudenda.

שׁוּם Sum. alliū. & solū inuenitur in numero plu. s. שׁוּמִים Sumim. i. allia. Nu.11. Porriq; & cepe & allia

Allium שׁוּמִים

Allia. שׁוּם

שׂוּם Sum. ponere. reponere. imponere. componere. constituere: facere: seu fabricare. Geñ.6. Ostiū vero arce pones in latere deorsum. & in eodē.30. Ponebat iacob virgas in canalibus. & in eodē.4. Et hic innocens in lacū missus sum. pro quo he.le. Et etiā hic nihil feci: vt ponerent me in lacum. & in eodē.15. & repositus est in loculo in egypto. Nu.11. Et cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me. Deut.11. Ponite verba mea hec in cordibus vestris. Iosz.8. Pone insidias vrbi. 1. Reg.9. Et de asinis quas nudius tertius perdidisti: ne solicitus sis. Pro quo hebrei legūt. Ne apponas cor tuum eis. & in eo.28. Et posui animā meam in manu mea. 2. Reg.12. Et circūegit super eos ferrata carpenta. i. posuit super eos. 3. Reg.20. Et ait seruis suis circundate ciuitatē: & circundederunt. pro quo hebrei legunt. Et ait seruis suis ponite. s. obsidionē seu machinas. 4. Reg.9. Depingit oculos stibio. pro quo hebrei legūt. Et posuit stibiū in oculis suis. Iob.4. Et quia nullus intelligit in eternū peribunt. pro quo he.le. Et quia nullus apponit. s. cor: in eternum peribūt. & in eodē.17. Libera me dñe & pone me iuxta te. & in eo.36. Simulatores & callidi prouocant iram dei. Pro quo he.le. Ponent siue apponent irā. s. dei. p̄s.47. Ponite corda vestra in virtute eius. p̄s.55. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. p̄s.106. Et posuit sicut oues familias Canti.8. Pone mevt signaculū super cor tuū. Esa.28. Et ponam iudicium in pondere. & in eodem.41. Et recogitēt & intelligant pariter. pro quo he.le. Et apponāt. s. cor: & intelligāt pariter. & in eodē. Et ponemus cor nostrū & sciemus nouissima. Hiere.17. & ponit carnē brachium suū. Aggei. 2. Anteq; ponatur lapis super lapidē in templo dñi. Significat etiā facere: seu fabricare. Exo.4. Quis fecit os hominis aut quis fabricatus es mutū & surdum. Significat etiam constituere vel ordinare. Exo.2. Quis constituit te iudicem & principē super nos. p̄s.49. Et illic iter: quo ostendā illi salutare dei. Pro quo beatus hiero.in p̄s.iuxta he.ve.trāstulit. Et qui ordinat viam: ostendam illi salutare dei. Ponitur etiam pro resistere. 1. Reg.15. Quomodo resistit ei in via. i. posuit insidias in via. Ponitur etiam pro parere. Esd.10. & fuerunt ex eis mulieres que peperant filios. i. apposuerant filios. Et inde שׂוּמָה Suma. idest propositum seu positio. 2. Reg.13. Quoniā in odio absalō erat positus. p quo hebrei legunt. Quoniā in ore absalō erat positio seu ppo

Reponere. Imponere.

apponere

Facere Fabricare Cōstituere.

Ordinare Resistere.

שׂוּמָה

Positio

© Biblioteca Nacional de España

תְּשׂוּמֶת
תְּשׂוּמֶת
Depositus

sitū. Et inde תְּשׂוּמָה Thesuma siue תְּשׂוּמֶת Thesúmeth. i. depositū. Leuit. 6. & negauit proximo suo depositum.

שׂוּעַ
Clamare.
שַׁוְעָה
שַׁוְעַת
שׁוּעַ
Vlulatus.
Clamor.

Súaa. clamare. claudere. s. oculos. linire. admirari: siue obstupescere. Iob. 30. Consurgens in turba clamabā. ps. 17. Clamauerunt nec erat qui saluos faceret. ps. 118. Preueni in maturitate & clamaui. Et ide שַׁוְעָה Saaua siue שַׁוְעַת Saauath. aut שׁוּעַ Súa. i. clamor siue vlulatus. 1. Reg. 5. Et ascendebat vlulatus in celū. ps. 17. Et clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius. Hiere. 8. Ecce vox clamoris filie populi mei. Iob. 30. Et si corruerint: ipse saluabit. Pro quo hebrei legunt. Si in interitu suo eis clamor. i. si clamauerint. Potest etiā deriuari a dictione יְשַׁע Iasaa. que significat saluare sicut est in littera nostra. Et inde dicunt aliqui hebrei ꝙ deriuatur תְּשׁוּעָה Thesua: ꝙ significat salutem. ps. 143. Qui das salutem regibus. De quo vide supra in dictione יְשַׁע Iasaa. significat etiā predicta dictio שׁוּעַ Súaa clauderc. s. oculos. Esa. 6. Et oculos eius claude. & aliqui hebrei legunt. & oculos eius linire siue oblinire. s. luto ne videant. De quo vide infra in dictiōe שַׁעֲיָה Saa. & inde dicunt aliqui ꝙ deriuatur מְשַׁעֵי Misii. i. linitio vel lenitas. Ezech. 16. Et a quis non est lota in salutē. Pro quo ipsi legunt. Et aquis nō est lota ad leuitatē. Potest etiam deriuari a dictione יְשַׁע Iasaa que significat salutem. vt supra dictū est. Significat etiā p̄dicta dictio obstupescere siue admirari. Esa. 29. ostupescite & admiramini. Potest etiā legi secūdum primā significationē sic. s. clamate & exclamate. Itē שׁוּעַ Súaa. i. magnificus seu magnitudo: aut potēs: vel tyrānus. Iob. 34. Nec cognouit tyrānum: cū disceptaret contra pauperem. & in eo. 36. Depone magnitudinē tuā absq; tribulatione. Esa. 22. Scrutans murū: & magnificus super mōtem. Et aliqui hebrei in predicto loco legunt. & clamor siue vlulatus ad montem: secundum primā significationem. & in eodem. 32. Nec fraudulentus vocabitur maior. i. potēs vel magnificus. Ezech. 23. Nobiles tyrānique & principes.

שׁוּף
Conterere

שׁוּף Suph. conterere. conquassare. conculcare. percutere. Geñ. 3. Ipsa. conteret caput tuū. & in eo. Et tu insidiaberis calcaneo eius. Pro quo hebrei legūt. Et tu conteres: siue conquassabis calcaneū eius. nam eadē dictio ponitur in predicto loco pro cōterere & pro insidiari. Iob. 9. In turbine enim cōteret me. ps. 138. Et dixi forsitan tenebre cōculcabūt me. & aliqui hebrei dicūt ꝙ in p̄dicto loco significat obscurare siue contenebrare. vnde ipsi legunt. Forsitā tenebre obscurabunt me. Et btūs hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Operient me. idest cōtenebrabunt me: de quo vide supra in dictione נָשַׁף Nasaph.

שׁוֹק
Iacuſ cē.
Desiderat
Inebriare

שׁוֹק Suc. desiderare. appetere. redūdare. Esa. 29. Et anima eius vacua. Pro quo he. le. Et aia eius desiderans siue appetens. s. cibū & potum. ps. 64. Visitasti terrā & inebriasti eam. pro quo he. le. Et desiderare siue appetere eā fecisti. Potest etiā deriuari a dictione שָׂקָה Saca. que signāt irrigare seu inebriare: sicut est in littera nra. Et inde תְּשׁוּקָה Thesuca. i. desideriū seu appetitus. Geñ. 3. Et sub viri potestate eris. Pro quo hebrei legunt. Et ad virum tuū desideriū tuū siue appetitus tuus. & in eodē. 4. Sub te erit appetitus eius Canti. 7. Et ad me cōuersio eius. Pro quo hebrei legunt. & ad me desideriū siue appetitus eius. Significat etiā predicta dictio redundare. Ioel. 2. Et redundabūt torcularia vino & oleo. Item שׁוֹק Soc. i. callis seu platea aut vicus. Eccl's. 12. & claudēt ostia in platea. & in eo. Et circūdabūt in platea. & in plu. שְׁוָקִים Seuachim. Canti. 3. Per vicos & plateas. Item שׁוֹק Soc. idest. crus. seu armus: vel sura. Exo. 29. Armūq; dexterum. Iudi. 14. Vt stupentes suram femori imponerēt Et in plurali שׁוֹקַיִם Socáim. Deut. 28. Percutiet te domin? vlcere pessimo in genibus & in suris.

תְּשׁוּקָה
Desiderū
Appetit?
Cōuersio.
Redūdaſ.
שׁוֹק
Platea
שְׁוָקִים
Vici.
שׁוֹק
Brmus.
sura
שׁוֹקַיִם

שׁוּר
Sur. canere. cantare. psallere. aspicere. intueri. insidiari. ornare. Exo. 15. Tunc cecinit Moyses carmen hoc domino. & in eodē. Cantemus domino. Iudi. 5. Cecinitq; debbora & barach. & in titulo psalmi. 7. Vbi dicitur in finē psalmus dauid quem cantauit dño. Esa. 5. Cantabo dilecto meo. Soph. 2. Vox cātantis in fenestra. Et inde מְשׁוֹרֵר Meſorer. i. cantor: siue cātans. 1. Paralipo. 6. Hemā cantor filiꝰ ioelis. Et in plu. מְשֹׁרְרִים Meſorerim siue שָׁרִים Sarim. vt in eodē. 15. Vt constituerent de fratribus suis cantores. Nee. 10. Ianitores & cātores & nathinei. ps. 86. Sicut letantium omniū nostrum habitatio est in te. pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Et cantores quasi in choris: omnes fontes mei in te. & in genere femininо שָׁרוֹת Saroth. siue מְשׁוֹרְרוֹת Meſoreroth. 2. Reg. 19. vl' audire possum vltra vocem cantorum. z. Paralipo. 35. Omnes cantores atq; cātatrices vsq; in presentem diem lamētationes super iosiam replicant. Esd. 2. Et in ipsis cantores atq; cantatrices. Eccl's 1. Feci mihi cantores & cantatrices. Et inde שִׁיר Sir. i. canti cum seu carmen. Iudi. 5. Surge loquere cāticum. ps. 39. Im misit in os meū canticum nouū. ps. 41. Et nocte canticum eius apud me. Scribitur etiā cum he in fine & dicitur שִׁירָה Sira. Exo. 15. Tunc cecinit moyses & filii israel carmen hoc dño. Deut. 31. Scripsit quoq; moyses canticum. Et in plurali שִׁירִים Sirim. Canti. 1. Cāticum canticorū salomonis. vbi ponitur tam in singulari q̄ in plurali. Reperitur etiā in plurali שִׁירוֹת Siroth. secundū terminationē pluralem feminiнorum. Amos. 8. Et stridebūt cardines templi. Pro quo hebrei legūt. Et vlulabunt carmina tēpli. i. loco carminū erit vlulatio. Significat etiā predicta dictio שׁוּר Sur. aspicere siue intueri. Nu. 21. Et de collibus considerabo eum. i. intuebor eum. & in eodem. 24. Intuebor illū. Iob. 33. Respiciet homines & dicet. & in eodē. 36. Memento ꝙ ignores opus eius: de quo cecinerunt viri. Pro quo hebrei legunt. Quod intuiti sūt siue aspexerūt vel cōtēplati sunt viri. s. sancti. Potest etiā legi sicut est in littera nra: secūdum primā significationē. Canti. 4. Coronaberis de capite amana. Pro quo hele. Aspicies siue ītueberis de capite amana. Pōt etiā legi coronaberis: quod est idē quod coronaberis: vt infra dicetur. Significat etiā insidiari: eo quod insidiatores aspiciunt de latibulis suis. ps. 5. Dñe deduc me in iustitiā tuā ꝓpter inimicos meos. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. trāstulit. Propter insidiatores meos. ps. 58. Deus ostēdet mihi super inimicos meos. Pro quo beatus hiero. transtulit. Deus ostēdet mihi in insidiatoribus meis. ps. 91. Et despexit oculus meus super inimicos meos. Pro quo beatus hieronymus trāstulit. Et respiciet oculus meus eos qui insidiantur mihi. Hiere. 5. Insidiantes quasi aucupes. Ponitur etiā predicta dictio pro ornare. Esa. 57. Et ornasti te vnguento regio. Hebrei tamē dicunt ꝙ in predicto loco significat offerre. s. munus siue donare. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Obtulisti siue donasti regi oleum siue vnguentum. Et inde תְּשׁוּרָה Thesura. idest oblatio: siue munus vel donū. 1. Reg. 9. Et sportulā nō habemus: vt demus homini dei. Pro quo hebrei legunt. Et oblatio seu munus non est nobis ad offerendum viro dei. Item שׁוּר Sur. siue שׁוֹר Sor. idest murus. Geñ. 49. Et in furore suo suffoderunt murum. & in eodē. filie discurrentes super murum. ps. 17. Et in deo meo transgrediar murum. Et in plurali שָׁרוֹת Saroth. Hiere. 5. ascendite muros eius. Ezech. 27. Naues maris principes tui. Pro quo hebrei legunt. Muri tui. idest sunt in circuitu tui quasi muri. Quod si scribatur cum puncto ceboleth in littera sin tunc significat principes in genere femininо:

שׁוּר
Canere
Cantare.
מְשׁוֹרֵר
Cantor
מְשֹׁרְרִים
שָׁרִים
Cantores.
שָׁרוֹת
מְשׁוֹרְרוֹת
cātatrices
שִׁיר
Canticus.
שִׁירָה
Carmen.
שִׁירִים
Cantica
שִׁירוֹת
Carmina.
שׁוּר
Cōſiderar.
Intueri.
Reſpicer.
cotonari
Aſpicere.
Inſidiari
Ornare.
Donare.
תְּשׁוּרָה
ſportula.
Munus.
שׁוּר
שׁוֹר
Murus.
שָׁרוֹת
Muri.

© Biblioteca Nacional de España

שׁוּרָא אוּשׁוּרְנָא Muri.

vt in sequẽti dictiõe dicetur. & in lingua chaldaica dr אוּשׁוּרְנָא Vsurna. i. muri. Esd. 4. Et muros eius & parietes componentes. Et in eodem. Quia si ciuitas illa edificata fuerit & muros eius instaurauerint. & in eodem. 5 Et muros eius instauraretis. & inde שׂוּרוֹת Suroth. Pro quo beatus hieronymus transtulit aceruos. Iob. 24. Inter aceruos eorum meridiati sunt. Item שׁוֹר Sor. i. bos. Exo. 22. Si bos cornu percusserit. Leuit. 22. Bos ouis & capra. Iob. 6. Aut mugiet bos: cum ante presepe plenũ steterit. Et in plurali שְׁוָרִים Seuarim. Osee. 12. Ergo frustra erant in galgal boues immolantes: & secundum hoc significatum. Geñ. 49. Vbi nos habemus & in furore suo suffoderunt murũ: aliqui hebrei legunt subneruauerũt bouẽ. & exponũt illud de ioseph qui dictus est bos vel taurus. Deut. 33. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius.

שׂוּרוֹת Aceruí

שׁוֹר Bos

שְׁוָרִים Boues

שׁוּר Sur. dominari. imperare. principari. i. principatum exercere. siue principẽ esse. prevalere. Iudi. 9. Regnauitq; abimelech super israel: trib9 annis. Pro quo hebrei legũt. Et dñatus est: siue princeps fuit abimelech super israel. Prouer. 8. Per me principes imperãt. Osee. 8. Principes steterunt: & non cognoui. & in eodem. Et in fortitudine sua directus est cum angelo. Pro quo hebrei legunt. Dominatus est: siue prevaluit. & in eodem. Et ỹ ualuit ad angelum: & cõfortatus est. Vide etiam de hoc infra in dictione שָׂרָה Sara. & aliquando scribitur cum littera sámech loco sin. i. Paralipo. 15. Conenias aũt princeps leuitarum prophetie prerat. Et inde שַׂר Sar. i. princeps. Exo. 2. Quis te constituit principem & iudicem. Ios. 5. Sum princeps exercitus domini. & in plurali שָׂרִים Sarim. Iob. 29. Prĩcipes cessabãt loqui. ps. 118. Etenim sederunt principes: aduersum me loquebantur. & in eodem. Principes persecuti sunt me gratis Et aliquando scribitur cum littera sámech loco sin. Hiere. 6. Omnes isti principes declinantes. & in genere femínino שָׂרוֹת Saroth. Iudi. 5. Vna sapientior ceteris vxoribus ei9 hec verba socrui respondebat. Pro quo he. le. Sapientiores domine seu principes eius respondebant ei. 3. Reg. 11. Fueruntq; ei vxores quasi regine septingente. Pro quo hebrei legunt. Fuerunt q; ei vxores principes septingente. Ezech. 27. Naues maris principes tue. Sed in aliquibus libris hebraicis reperitur שָׂרוֹת Saroth cũ puncto seboleth. quod significat muros, vt dictũ est supra in dictione precedẽti. Itẽ מְשׂוּרָה Mesura. i. mensura. Leuit. 19. In pondere & in mensura. i. Paralipo. 23. Et super omne pondus atq; mẽsurã. & aliqñ scribitur sine mẽ. Esa. 28. Et ponat triticũ per ordinẽ Pro quo he. le. Et ponat triticum in mensura. Sed in lingua chaldaica significat ordinẽ. sicut est in littera nostra. s. quando scribitur cum puncto seból eth.

שׁוּר Dñari.

שׂוּר Imperare principẽ cẽ.

שׂוּר Prevalere

שַׂר Princeps

שָׂרִים Príncipes

שָׂרוֹת domine

שָׂרוֹת Príncipes.

מְשׂוּרָה Mensura.

Ordo

שׂוּשׂ Sos. letari. gaudere. exultare. Deut. 28. Et sicut antea letatus est dñs super vos bene vobis faciens: sic letabitur dísperdẽs vos. & in eodẽ. 30. Et gaudeat super te in omnibus bonis: sícut gauísus est in patrib9 tuis. ps. 69. Exultẽt & letentur in te. ps. 118. Letabor ego super eloquia tua. Esa. 35. Letabitur deserta & inuia. & in eodẽ. 61. Gaudens gaudebo in dño. & in eodẽ. 64. Occurrísti letanti & facienti iustitiam. & in eodẽ. 66. Gaudete cũ ea gaudío. Et inde מָשׂוֹשׂ Masos. i. gaudiũ siue letitia: & vt in p̃dicto loco. Iob. 8. Hec est enim letitia vie eius. Threñ. 2. Gaudiũ vniuerse terre. & inde שָׂשׂוֹן Sason. i. gaudium seu letitia. ps. 44. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. ps. 50. Redde mihi letitiam salutaris tui.

שׂוּשׂ Letari

Exultare.

Gaudere

מָשׂוֹשׂ Letitia

Gaudium.

שָׂשׂוֹן Letitia.

שׂוּת Soth. ponere. imponere. statuere. Geñ. 4. Posuit mihi dñs semẽ aliud. Exo. 7. Neq; apposuit cor etiã hac vice. & in eodem. 10. Vt faciã signa mea hec in eo. Pro quo hebrei legunt. Vt ponã signa mea hec in eo. & in eodẽ. 23. Ponãq; termios tuos a mari rubro vsq; ad mare philistinorum. 1. Reg. 4. Que non respondit eis: neq; animaduertit. p quo hebrei legunt. Neq; apposuit cor suũ. Iob. 7. Quid apponis erga eum cor tuũ. & in eodem. 38. Et hic confringes tumentes fluctus tuos. Pro quo he. le. Et hic pones. i. de pones superbiam fluctuũ tuorũ. & est sensus sicut in littera nostra. ps. 3. Non timebo millia populi circũdantis me. pro quo hebrei legũt. Non timebo millia populi: qui in circuitu posuerunt super me. s. obsidionem. ps. 16. Oculos suos statuerunt declinare in terra. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Oculos suos posuerũt. ps. 48. Sicut oues in infernũ positi sunt. Prouer. 22. Appone autem cor tuũ ad doctrinã meam. Esa. 16. Pone quasi noctem vmbrã tuam. & in eodẽ. zz. Et equites ponent sedes suas in portis. Hiere. 13. Et ponet eam in vmbrã mortis: & in caliginem. Pro quo he. le. & ponet eã in vmbra mortis: & ponet in caligínem. Ponitur etiam pro dimittere. Iob. 10. Dimitte ergo me vt plangam paululum dolorem meũ. Et inde שִׂית Sith. ideſt ornamentũ quod mulieres ponũt super se. Prouer. 7. Et ecce occurrit ei mulier in ornatu meretricio. Ponitur ẽt pro iniquitate. ps. 72. Operti sunt iniquitate & impietate sua. Et inde שֵׁת Sath. i. fundamentũ. & solum inuenitur in numero plurali. s. שָׁתוֹת Sathoth. ps. 10. Quoniã quem perfeciſti destruxerũt. Pro quo hebrei legunt. Quoniã fundamenta dissipata sunt. beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit leges: que sunt quasi fundamenta. alii vero dicunt q; significat retia: sicut Esa. 19. Vbi nos habemus. & erunt irrigua eius flectentia. Pro quo ipsi legũt. Et erũt retia eius attrita vel dissipata. Potest etiã deriuari a dictione שָׂתָה satha que significat irrigua sicut est in littera nra. Itẽ שֵׁת Seth. i. locus natiũ: seu verẽda. Esa. 20. Discooptis natibus ad ignominiã egypti. Et in plurali שָׁתוֹת Sathoth. 2. Reg. 10. Et precidit vestes eorum medias vsq; ad nates.

שׂוּת Ponere. Apponer.

dimittere. שִׂית

Ornatus

Iniquitas

שֵׁת שָׁתוֹת Fũdamẽta

Leges.

שׁוּת Nates.

שָׁתוֹת Nates.

שָׂתָה Irrigare

שׁזב Sazab. in lingua chaldaica signãt liberare: seu eripere. Dañ. 3. Quis est de9 qui eripiet vos de manu mea. & in eodem. Potest eripere nos de camino ignis ardẽtis: & de manu tua o rex liberare.

Eripere Liberare.

שׁזף Sazaph. aspicere. intueri. Iob. 28. Nec intuitus est eũ oculus vulturis. Cãti. 1. Decolorauit me sol. Pro quo he. le. Aspexit me vel intuitus est me sol.

שָׂזַף Intueri decolorat. Aspícere

שׁזר Sazar. retortũ. s. filũ duplicatũ & retortũ. & scribitur cũ mẽ in principio & dicitur מָשְׁזָר Moszar. Exo. 27 De byſſo retorta.

מָשְׁזָר Retortum

שׁחח Sachach. curuare. humiliare. inclinare. Iob. 9. Sub quo curuãtur qui portãt orbẽ. & in eo. zz. Et qui iclinauerit oculos suos saluabitur. & in eo. 38. Qñ cubãt in antris. i. qñ curuãtur vel humiliãtur in antris. ps. 9. Inclinauit se & cadet. ps. 37. Miser factus sum & curuat9 sum vsq; in finẽ. ps. 41. Quare tristis es aia mea. Pro quo btũs hiero. in psal. iuxta he. ve. trãstulit. Quare ĩcuruaris aia mea. ps. 106. Et pauci facti sunt: & vexati. p quo he. le. Et pauci facti sũt: & humiliati vel incuruati sunt. Prouer. 14. iacebũt mali añ bonos. i. humiliãtur vel incuruãtur. Eccls. 1. Et obsurdescẽt oẽs filie carminis. p quo he. le. & humiliabũtur oẽs filie carminis. i. submissa voce canẽt: nõ valẽtes vocẽ eleuare. Esa. z Et incuruabit se hõ. & in eo, Et incuruabitur oĩs sublimitas hoĩm. & in eo. 25. Et humiliabũtur & detrahẽtur vsq; ĩ terrã. & in eo. 60. Et venient ad te curui: filii eorũ qui humiliauerunt te. Threñ. 3. Et tabescet in me aia mea. p quo he. le. Et curuatur siue humiliatur ĩ me aĩa mea. Mich. 6. Et humiliatio tua in medio tui. Abach. 3. Incuruati sunt colles seculi. Vide etiã de hoc infra in dictione שַׂחָה Sacha.

שׁחח Curuare. Inclinare

humiliaſ.

© Biblioteca Nacional de España

שָׂחַח Sachach. natare. ps.5. Lauabo p singulas noctes lectulū meū. p quo btūs hiero. in psal. iuxta he.ve. trāstulit. Natare faciā tota nocte lectū meū. Esa.25. Sicut extēdit natans ad natādū. Ezech.47. Qm̄ intumuerāt aq̄ pfunde torrētis. p q̄ he.le. qm̄ intumuerūt aq̄ natatorie torrētis i. aque erāt tā pfunde: q̄ nō poterāt trāsuadari nisi natādo.

Natare

שֹׁחַד Sochad. munus seu donum. aut repetunde. Exo.23. Nec accipies munera: que etiam excecant prudentes. Deut.16. Nō accipies psonā neq̄ munera: quia munera excecant oculos sapientum. 1. Reg.8. Acceperunt munera & peruerterūt iudicium. 4. Reg.16. Misit regi assyriorū munera. ps.14. Et munera super innocentem nō accepit. Esa. 45. Nō in precio neq̄ in muneribus. & in hebreo declinatur tantum singulariter & caret numero plurali. & inde verbum שָׁחַד Sichad: quod significat donare siue munera dare vel accipere. Iob.6. De substantia vestra donate mihi. Pro quo hebrei legunt. Donate pro me. Ezech.16. Et dona donabas eis: vt intrarent ad te.

Munus

Donare.

שָׁחַח Sacha. curuare. incuruare. humiliare. inclinare. adorare. Prouer.z. Inclinata est ad mortem domus eius. & in eodem.12. Meror in corde viri humiliabit illum. Esa. 51. Qui dixerūt anime tue incuruare: vt transeamus. Et in de שַׁחוּת Sachuth. i. curuatio: siue interit? Prouer.28. In interitu suo corruet. vide etiam de hoc supra in dictione שָׁחַח Sachach. & quando est verbum quarte cōiugationis tunc significat adorare. eo quod adorantes inclināt se proni in terra. vt Geñ.18. Et adorauit in terra. & ī eodem.33. Adorauit pnus in terra septies. Exo.24. Et adorabitis procul. 2. Reg 15. Sed & cum accederet ad eum homo vt salutaret illum. p quo hebrei legunt. Vt adoraret vel inclinaretur illi. & in eodem. Cūq̄ ascenderet dauid sūmitatē montis in quo adorabat. & in eodē.16. Oro vt inueniam gratiā coram te dñe mi rex. Pro quo hebrei legunt. Adoro. i. grās ago. inueni gratiā coram te. Ezech.8. Et adorabāt ortum solis. & in eo 46. Adorabunt super limen porte. Et inde הִשְׁתַּחֲוָיָה histhachauaia. i. adoratio. 4. Reg.5. adorāte eo ī eodē loco: & ignoscat mihi deus seruo tuo. Pro quo he.le. In adoratione mea in domo remon ignoscat dñs seruo tuo.

Inclinare

Humiliaſ.

Interitus

Adorare

Adoratio.

שָׁחַט Sachat. iugulare. decollare. immolare. occidere. mactare. Geñ.22. Et arripuit gladium vt immolaret filium suum. Et in eodem.37. Et in sanguine hedi quē occiderant tinxerunt. Leuit.1. Immolabitq̄ vitulum corā dño Nu.11. Nunquid ouiū vel boum multitudo cedetur. i. occidetur vel iugulabitur. 1. Reg.14. Tulit oues & boues & vitulos & mactauerūt in terra. & in eodē. Et occidite super istud 4. Reg.25. Filios autē sedechie occidit corā eo. z. Paralipo. 30. Immolauerunt autē phase. Esa.22. Et iugulare arietes. & in eodem.57. Immolātes paruulos in torrentibus. Et in eodē.66. Qui immolat bouē quasi interficiat virum. Osee. 5. Et victimas declinastis in pfundū. Pro quo hebrei legūt. Et immolare siue iugulare declinatores ī profundum. idest declinantes a via recta: profunde immolabant idolis. Et in de שְׁחִיטָה Sechita. i. iugulatio vel occisio. z. Paralip.30. Immolauerūt leuite phase: his qui non occurrerant sanctificari domino. Pro quo hebrei legunt. Et leuite super occisionem vel immolationem pascharum: idest agnorū qui immolabātur in pascha. Ponitur etiam pro vulnerare. Hiere. 8. Sagitta vulnerans lingua eorum. Vbi pro vulnerans ponitur שָׁחוּט Sachut. & aliqui hebrei dicunt q̄ in predicto loco significat limatam vel politam aut tersam a rubigine. Et inde dicitur זָהָב שָׁחוּט Zahab Sachut. i. aurum purissimū. scilicet a rubigine. 3. Reg.10. Fecitq̄ rex salomon ducenta scuta de auro purissimo. & aliqui he.le. de auro ductili.

Mactare.

Jugulare.

Occisio.

Vulnerar.

puriſſimū

שָׂחַט Sachat. exprimere. Geñ.40. Et expressi in calicem quē tenebam. & solum inuenitur in predicto loco.

Exprimere

שָׂחַל Sachal. leena. aspis. Iob.4. Rugitus leonis & vox leene. Et in eodem.28. Nec pertransiuit per eam leena Osee.13. Et ero eis quasi leena. Ponitur etiam pro aspide. ps. 90. Super aspidem & basiliscum ambulabis. Itē שַׁחֲלֶת Sachéleth. genus est gūmi. Pro quo beatus Hieronymus trāstulit onycham. idest coloris vnguinis. Exo.30. Sumeti bi aromata stactem & onycham & galbanum.

Leena.

aſpis.

Onycha

שְׁחִין Sechin. scabies. vlcer. Exo.9. Erunt enim in hominibus & in iumentis vlcera. Deut.28. Percutiat te deus vlcere pessimo.

Vlcer

שַׁחַס Sachis. illud quod gignit terra ex granis semētis in messe cadentib?: vel quod sponte nascitur. Pro quo beatus hieronymus transtulit poma. Esa.37. In anno secūdo pomis vescere. Pro quo hebrei legunt. Et anno secundo que sponte nascuntur. Et aliquando scribitur cum sámach in principio & sin in fine. 4. Reg.19. In quarto autem anno que sponte nascuntur

Poma

Que ſpōte naſcitur

שַׁחַף Sacheph. egestas. & scribitur cum thau in fine & dicitur שַׁחֲתָּפַת sachépheth. Deut.28. Percutiat te domin? egestate. Et solū inuenitur in predicto loco. & dicunt aliqui hebrei q̄ significat calorem excessiuum. Alii vero dicūt q̄ significat tu morē corporis: sicut fit in hydropicis. Itē שָׁחָף Sachaph. nomen est auis. Pro quo beatus hiero. trāstulit larum. Leuit.11. Et larum & accipitrem.

Egeſtas.

Larus

שָׂחַף Sachiph. tabulatum. siue stratum ligneū. Ezech.41. Stratūq̄ ligno per gyrum.

Stratum.

שַׂחֲצָן Sáchas. superbia. Iob.41. Ipse est rex super omnes filios superbie. In alio vero loco beat? hieronymus transtulit institorē. Vt supra in eodem.z8. Non calcauerūt eam filii institorum. potest etiam legi filii superbie.

Supbia.

Inſtitores

שָׂחַק Sachac. contundere. cōminuere. Exo.30. Cūq̄ in tenuissimū puluerem vniuersa contuderis. Iob.14. Lapides excauāt aq̄. i. cōminuūt. ps.17. Et cōminuā eos vt puluerem ante faciem venti. Et inde שְׁחַק Sáchac. i. puluis tenuissimus qui adheret statere. Btūs hieronymus transtulit momentum. Esa.40. Et quasi momentū statere reputate sunt. Item שְׁחָק Sachac. i. celum seu ether aut nubes. ps. 88. Et testis in celo fidelis. & in eodē. Quis in nubib? equabitur dño. Pro quo he.le. Quis in celo equabitur dño. Pōt etiā legi sicut est in littera nra. Et in plu. שְׁחָקִים Sechacím. Iob.38. Quis enarrabit celorū rationē. ps.17. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. p quo btūs hiero. in psal. iuxta he.ve. transtulit. Tenebrosa aqua in nubib? etheris. Ponitur etiā pro nubibus. Deut.33. Magnificētia eius discurrūt nubes. Iob.36. Que de nubibus fluunt. ps.35. Et veritas tua vsq̄ ad nubes. Potest etiam legi vsq̄ ad celos.

Cōtūdere.

Excauare

Cōminuer

Momētus

Celum.

Nubes.

Celi.

Ether.

Nubes

שָׂחַק Sachac. ridere. irridere. ludere. illudere. Abach.1. Ipse super omnē munitionē ridebit. Et cōmuniter scribitur cum littera sádic. De quo vide supra in dictione צָחַק Sachac cū sádic in prima. signāt etiā irridere. 2. Paralipo. 39. Illis aūt irridētibus & subsanātibus eos. Threñ.1. Et deriserūt sabbata ei?. Itē signāt ludere. Iudi.16. Vt vocarēt sāsō: & añ eos luderet. 2. Reg.6. Dauid aūt & ois israel ludebāt corā dño. & ide מְשַׂחֵק Mishac. i. ridiculū. Abach.1. Et tyrānni ridiculū ei? erunt. Et inde שְׂחוֹק Sechoc. i. derisus: ludus. Iudi.16. Expectantes ludētē sāson. p quo he.le. Expectātes ludū samson. Eccl's.2. Risū putaui errorē. & ī eo.10. In risu faciūt panē. & ide nomē ppriū יִשְׂחָק Isaac. qđ interptatur risus. Geñ.12. Vocauit abraam nomē filii sui quē genuit ei sarra isaac. Et licet ibi scribatur cū lra sádic: tamen aliqñ scribitur cū sin. ps.104. Et iuramenti sui cū isaac. Ponitur etiā

Ridere.

Irridere

Deridere.

Ludere

Ridiculū.

Ludus

Riſus

Iſaac.

© Biblioteca Nacional de España

יִשְׁחָק Idolum

יִשְׁחָק Isaac pro idolo: eo quod idolū est opus dignū risu seu ridiculū. Amos. 7. Et demolientur excelsa idoli. Et in eo. Et nō stillabis super domum idoli.

שָׁחַר Denigrari שְׁחוֹר Niger. שְׁחוֹרָה Nigra. Fusca שָׁחוֹר Carbo. שִׁיחוֹר Turbidus שָׁחַר Wane. aurora Diluculū.

שָׁחַר Sachar. nigrescere. denigrari. nigrū esse. Iob. 30. Cutis mea denigrata est sup me. & inde שְׁחוֹר Sechor. i. niger. Leuit. 13. Et capillū nigrū. & in ge. fe. שְׁחוֹרָה secho ra siue שְׁחַרְחֹרֶת Secharchóreth. Canti. 1. Nigra sumsed formosa. & in eo. Nolite me cōsiderare q fusca sim. i. nigra. & inde שָׁחוֹר Sachor. i. carbo: eo quod est niger. Threñ. 4. de nigrata est sup carbones facies eorū. & inde fluuius egypti dr שִׁיחוֹר Sichor. Eo qđ habet aquā turbidam. Ios. 13. a fluuio turbido qui irrigat egyptū. Hiere. 2. Vt bibas aquā turbidam. Item שָׁחַר Sachar. i. mane seu diluculū aut aurora. Geñ. 19. Cumq esset mane cogebāt eū angeli. & in eo. 32. Iam enim ascēdit aurora. Iob. 38. Nunquid post ortū tuū precepisti diluculo. Esa. 14. Lucifer qui mane oriebaris. Osee. 6. quasi diluculū preparatus egressus eius. Et in eo. 11. Sicut mane transiit. Ioel. 2. Quasi mane expansū super montes. Et aliqñ scribitur cū mē in principio & dr מִשְׁחַר Mischar. ps. 109 Ex vtero ante luciferum genui te. pro quo btūs hiero. in ps. iuxta he. ve. trāstulit. De vulua orietur tibi ros adolescētie tue. i. mane orietur. & inde verbū שָׁחַר Sacher qđ signat manicare siue mane surgere vel mane quere. Iob. 7. & si mane me quesieris non subsistam. & in eo. 8. Et si diluculo consurrexeris ad deū. & in eo. 24. Vigilātesq ad predā. i. mane surgētes. Ps. 62. Ad te de luce vigilo ps. 77. & diluculo veniebāt ad deum. Prouer. 1. Mane cōsurgent & nō inuenient me. & in eo. 8. & qui mane vigilāt ad me inuenient me. & in eodem. 11. Bene consurgit diluculo qui querit bona. & in eo. 13. Qui aūt diligit illū: instanter erudit. pro quo he. le. Qui aūt diligit illum: euigilat illū ad eruditionē. Esa. 26. De mane vigilabo ad te. Osee. 6. In tribulatiōe sua mane cōsurgēt ad me. Ponitur ēt pro desiderare. Prouer. 7. Desiderans te videre. Sed ēt predicto loco he. le. Vt mane cōsurgerē ante faciē tuā. & inde שַׁחֲרוּת sachruth. i. puericia scđm hebreos: que est quasi mane ī homine. btūs hiero. trāstulit voluptatē. Eccl's. 12. adolescentia & voluptas vana sunt. ponitur ēt שָׁחַר Sachar p luce matutina. Esa. 8. Nō erit eis lux matutina. ponitur ēt pro ortu. Esa. 47. Veniet super te malum: & nescies ortum eius.

שָׁחַת Corrūpere Cōputre. scere putrescere Violare. Irritus facere. Dispdere. Delere Destruere Perdere Dissipare. Peccare. Iniq̄ agere.

שָׁחַת Sachath. corrūpere. putrescere. delere. dissīpare. perdere. dispderе. peccare. Geñ. 6. Corrupta est aūt terra corā deo. Et in eo. Cūq vidisset deus terrā esse corruptā: oīs quippe caro corrupat viā suā. Hiere. 13. Et ecce computruerat lūbare. i. corruptū fuerat. Et in eo. Sic putrescere facia supbia iuda. & in eo. 51. qui corrūpis vniuersā terrā. Naum. 2. Et propagines eius corruperunt. Malach. 3. & non corrūpet fructus terre. Signat ēt violare seu irritū facere. Amos. 1. Et violauerit miam eius. Malach. 2. Irritū fecistis pactū leui. Signat ēt delere vel dissīpare. aut pdere siue dispdere. Geñ. 6. Et ego dispdā eos cū terra. & in eo. 18. Nō delebo. i. nō dispdā si inuenero ibi quadraginta quinq. Et in eo. 19. Delebimus locū istū. & in eo. Quia delebit dñs ciuitatē hanc. Nu. 22. Et vos causa critis necis oīum. pro quo he. le. Et dispderetis vel perdetis omnem populum istum. Deut. 9. Ne dispderas populū tuū. 2. Reg. 20. Moliebātur destruere murū. pro quo he. le. Dissīpabāt ad diruendū murum. Prouer. 23. Et perdes pulchros sermones tuos. Hiere. 5. Ascēdite muros eius & dissīpate. Ezech. 25. Interficientes & implētes inimicitias veteres. pro quo he. le. Ad dispdendum & dissīpandum inimicitia seculi. i. propter inimicitiam veterem. Ponitur etiam pro peccare. Exo. 32. Peccauit populus tuus. Deut. 31. Noui ego q post mortem meā iniq̄que agetis. idest peccabitis. & in eo. 32. Peccauerunt ei. Osee. 9. Profunde peccauerunt sicut in diebus gabaa. & in de מָשְׁחַת Moschath. i. corruptū: seu debile vl' defforme. Leuit. 22. Quia corrupta & maculata sunt omnia Malach. 1. Et votū faciens: immolat debile dño. Ponitur ēt pro inglorio. Esa. 52. Sic inglorius erit inter viros aspectus eius. Et inde מָשְׁחִית maschith. i. dissīpans vel dispderens aut corrūpens. Prouer. 18. Frater est opa dissīpantis. & in eo. 28. Particeps homicide est. Pro quo he. le. Particeps est viro dissīpanti vel corrūpēti. Hiere. 51. Ecce ego ad te mons pestifer pro quo hebrei legunt. Dissīpans aut dispderēs vel corrūpens. vnde sequitur qui corrumpis vniuersam terram. Ponitur etiam pro interfectione vel internitione. Ezech. 9. & vnusquisq vas interfectiōis habens in manu sua. Et in eo. 21. Fabricantium interitū. Ponitur ēt pro laqueo vel pedica qua aues capiuntur. Hiere. 5. Laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. ponitur etiam pro macie vel deformitate. Dañ. 10. Sed species mea mutata est in me: & emarcui. pro quo he. le. Et species mea mutata est in me in maciem vel deformitatē. est ēt nomē mōtis ꝑpe ierusalem. Pro quo btūs hiero. transtulit offensionē. 4. Regū. 23. Excelsa quoq que erāt in ierusalē ad dexterā partē montis offensionis. & inde שָׁחַת Sachath. i. corruptio siue interitus. Ps. 15. Nec dabis sanctū tuū videre corruptionē. Ponitur ēt p fouea vel sepulchro. Quod est locus corruptiōis. ps. 93. Donec fodiatur peccatori fouea: De quo vide supra in dictiōe שׁוּחַ Suach. & in plu. שְׁחִיתוֹת Sechithoth. ps. 105. & eripuit eos de internitiōibus eorū. Ponitur ēt p peccatis. Threñ. 4. Captus in peccatis nīis. & inde שְׁחִיתָא Sechitha. quod ī lingua chaldaica signat deceptionē. Dañ. 2. Quod iterp tationē quoq fallacē & deceptione plenam composueritis.

שָׁטָה Errare

שָׁטָה Sata. errare. Preuaricari. auertere. diuertere. declinare. i. a via recta Nu. 5. Vir cuius vxor errauerit. & in eo. Et si nō polluta est deserto mariti thoro. pro quo he. le. Et si non declinasti siue diuertisti pollutione sub viro tuo. idest a viro tuo. & in eo. Sin aūt declinasti a viro tuo atq polluta es. Prouer. 4. Declina & desere eam. & in eo. 7. Ne abstrahatur in viis suis mens tua. pro quo he. le. ne diuertat si ue declinet in viis eius cor tuum. Osee. 5. & victimas declinastis in profundū. & inde שָׂטִים Satim. siue שְׂטֵי sate. i. preuaricationes siue auersiones. ps. 39. & nō respexit in vanitates & insanias falsas. pro quo he. le. nō respexit ad supbias & ꝑuaricatiōes mēdacii. & aliqñ scribitur cū sámach loco sin. Ps. 100. Facientes preuaricationes odiui.

שָׁטַח Expādere.

שָׁטַח Satach. expandere. extendere. Nu. 11. Et siccauerunt eas per gyrum castrorum. Pro quo he. le. Expanderunt siue extenderunt eas per gyrum castrorū. i. ad exsiccādum eas. 2. Regum. 17. Et expandit velamen super os putei. Iob. 12. Et subuersas in integrum restituet. Pro quo hebrei legunt. Expandens gētes & deducit eas: siue requiescere facit eas. Ps. 87. Expandi ad te manus meas. Hiere. 8. & expandent ea ad solem & lunam. Et inde מִשְׁטָח Mistach. idest locus vbi aliquid extenditur ad exsiccandum. Ezech. 26. Siccatio sagenarum erit in medio maris. ꝑ quo hebrei legunt. Extensio sagenarum erit in medio maris. idest locus vbi sagene extendantur ad exsiccandum eas.

שָׂטַם Odire

שָׂטַם Satham. Odire. odium habere. cōminari. Geñ. 27. Oderat autem esau Iacob. Et in eodem. 49. Inuiderunt q illi habentes iacula. Pro quo hebrei legunt. Oderūt siue comminati sunt illi. Et in eodem. 50. Ne forte memor sit iniurie quam passus est. Pro quo hebrei legunt. Ne forte comminatus sit nobis ioseph. Iob. 16. & comminās mihi infremuit contra me. & inde מַשְׂטֵמָה Mastema. idest cō-

Cōminari מַשְׂטֵמָה

© Biblioteca Nacional de España

mínatio síue odium. Beatus hieronymus transtulit amentiam vel insaniam. Osee. 9. Propter multitudinem iniquitatis tue & multitudinem amentie. & in eodem. Insania in domo dei eius.

Amentia. Insania

שָׂטַן Satan. aduersari. contrarium esse. ps. 108. Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi. Pro quo beat⁹ hieronymus in ps. iuxta he. ve. transtulit. Aduersabantur mihi. Et in eodem. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Qui aduersabantur mihi. Zach. 3. Et sathan stabat aduersus eum vt aduersaretur ei. & inde שָׂטָן Sathan. idest aduersarius seu contrarius. vt ī predicto loco. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Ps. 108. & diabolus stet a dextris eius. vbi ponitur pro diabolo. & inde שִׂטְנָה Sitna. idest aduersatio siue inimicitia. Geñ. 26. Appellauitq; eum inimicitiam.

Aduersari

aduersari⁹ diabolus.

שִׂטְנָה inimicitia

שָׂטַף Sataph. Lauare inundare. obruere. Leuit. 6. Defricabitur & lauabitur aqua. & in eo. Non lotis ante manibus. Pro quo hebrei legunt. Et manus suas non lauit aqua. & in eodem. Vas autē ligneum lauabitur aqua. 3. Reg. 22. Et lauerunt currus eius in piscina samarie. Significat ēt inundare vel obruere. Iob. 14. Paulatim terra consumitur. idest inundatur. Ps. 77. Et torrentes inundauerunt Cantī. 8. Et flumina non obruent illam. idest non inundabunt. Esa. 8. Inundans & transiens. & in eodem. 10. Inundabit iustitiam. Et in eodem. 28. Flagellum inundans cū transierit. Esa. 30. Spiritus eius velut torrens inundans. Hiere. 47 & erit quasi torrens inundans: & cooperiet terram. Ezech. 13. Erit enim imber inundans. Dañ. 11. & veniet properans & inundans. Significat etiam ire cū impetu. Hiere. 8. Quasi equus impetu vadens in prelio. Pōitur etiam pro expugnare cum impetu & inundatione bellantium. Dañ. 11. & brachia pugnantis expugnabuntur a facie eius. Et in eodem. Et exercitus eius opprimetur. p quo hele. Et exercitus eius inundabit. idest expugnabit. potest etiam legi expugnabitur siue inundabitur. & inde שֵׂטֶף Séteph. idest inundatio siue diluuium. Ps. 31. Veruntamē in diluuio aquarum multarum.

Lauare.

Inūdak. Obruere

Ire cū īpetu.

Expugnaf

שֵׂטֶף Diluuium

שׁוֹטֵר Soter. Executor: seu exactor. pretor. pro quo beatus hieronymus transtulit preceptorem siue magistrū. Prouer. 6. Que cum non habeat ducem nec preceptorem & in plurali שׁוֹטְרִים Sotrim. Deut. 16. Iudices & magistros constitues in portis tuis. & in eodem. Qui docerent vos singula. Pro quo hebrei legunt. Et exactores vel pretores per tribus vestras. Potest etiam legi. & magistros siue preceptores per tribus vestras. & inde מִשְׁטָר Mistar. idest ratio. Iob. 38. Aut pones rationem eius in terra. & aliqui hebrei dicunt q̄ significat descriptionem. Item שָׂטַר Setar. in lingua chaldaica significat latus. Dañ. 7. Et in parte stetit. idest in vno latere.

preceptor

שׁוֹטְרִים Magistri.

מִשְׁטָר Ratio.

שָׂטַר Latus.

שַׁי Sái. munus. ps. 71. Tibi offerent reges munera. ps. 75 Omnes qui in circuitu eius affertis munera. & solū inuenitur in hebreo in numero singulari: & caret nūero plurali.

Munus.

שִׁיזִין Sig. diuersorium: secundum translationem nostram: 3. Regum. 19. Forsitan loquitur: aut in diuersorio est. hebrei tamen dicunt q̄ significat negociationem siue occupationem.

diuersoriū

שִׂיחַ Siach. virgultum seu arbor. aut germen. Geñ. 2. Et omne virgultum agri. Iob. 30. Et mandebāt herbas & arboris cortices. & in plurali שִׂיחִים Sichim. Geñ. 21. Abiecit puerum subter vnā arborē. pro quo hebrei legūt. sub vna de arboribus. Iob. 30. Qui inter huiuscemodi letabantur. Pro quo hebrei legunt. Qui inter arbores siue inter virgulta letabantur.

Virgultuz Arbor

שִׂיחִים Arbores.

שִׁילֹה Silo. mittendus. secundum translationem nostram quasi שִׁילּוּחַ Siloach. vt Geñ. 49. Donec veiat qui mittendus est. Hebrei tamen interpretātur מְשִׁיחַ Mesiach idest christus. & sic est in translatione chaldaica. scilicet donec veniat mesiach. idest christ⁹. potest etiam deriuari a dictione שָׁלַח Salal. vel a dictione שָׁלָה Sala. de quo infra dicetur.

mittendus

Christus.

שִׁין Sáin. vrina. Esa. 36. Et bibant vrinam pedum suorum.

Vrina

שִׁיר Ser. ornamentum brachiorum: vt armilla. & solum inuenitur in numero plurali. scilicet שִׁירוֹת Seroth. Esa. 3. Et torques & armillas & monilia.

שִׁירוֹת Armille.

שַׁיִשׁ Sáis. marmor. 1. Paralipo. 29. Et marmor parium abundantissimum. & aliquando scribitur sine iod & dicitur שֵׁשׁ Ses. Ester. 1. Columnis marmoreis. & in eodē. Smaragdino & pario stratum lapide.

שַׁיִשׁ marmor

שֵׁשׁ marmor. smaragd⁹

שַׁיִת Sáith. vepres. spina. Esa. 5. Et ascendent super eā vepres & spine. Et in eodem. 7. Vepres enim & spine erunt in vniuersa terra. Et in eodem. 10. Et deuorabitur spina eius & vepres eius.

שִׁירַת Spina

שָׁכַךְ Sachach. cessare. quiescere. Geñ. 8. Et imminute sunt aque: & clausi sunt fontes abyssi. p quo hebrei legūt Et cessauerunt aque siue quieuerunt. Nu. 17. Et cohibebo a me querimonias filiorum israel. idest cessare faciā. Ester. 2. Postq̄ regis asueri indignatio efferbuerat. i. quieuerat vl cessauerat. Et in eo. 7. & ira regis quieuit.

Cohibere. Cessare

שָׁכַב Sachab. cubare. iacere. requiescere. dormire. concubare. prostrari. Exo. 6. Mane quoq; ros iacuit per circuitum castrorū. Nu. 23. Nō cubabit donec deuoret predam. 2. Reg. 8. Coequans terre. Pro quo hebrei legunt. Iacere siue cubare fecit eos in terra. s. ad coequandū eos terre. Et in eo. 13. Cuba sup lectulū. & in eo. Cuba mecū soror mea. 4. Reg. 4. Et collocauit eum super lectulū hois dei. pro quo he. le. Et iacere siue cubare eum fecit. Hiere. 3. Vbi nō prostrata sis. i. vbi nō cubasti. Ponitur ēt p dormire vel requiescere. Geñ. 19. Ecce dormiui heri cū patre meo. Et in eo. 28 Terram in qua dormis: tibi dabo. & in eo. 47. Sed dormiā cum patribus meis. Leuit. 26. Dormietis: & nō erit q exterreat. Nu. 5. Si non dormierit vir alienus tecum. & in eo. Et concubuisti cū altero. i. dormisti. 1. Reg. 3. Reuertere & dormi. 3. Reg. 1. Cū dormierit dñs meus rex cū patribus suis. Iob. 30. Et qui me comedūt nō dormiūt. ps. 87. Sicut vulnerati dormientes in sepulchro. Prouer. 24. pauxillū conseres manus tuas vt quiescas. Eccl's. 2. Neq; in nocte mente requiescit. Et in eo. 4. Et si dormierint duo fouebuntur mutuo. Ezech. 31. Descende & dormi cum incircuncisis. Zach. 14. Et mulieres violabuntur. i. dormient vel cubabunt cū eis. Et ppie p dicta dictio signāt iacere vel cubare. modo sit ad dormiendū: modo ad quiescēdū: aut in sepulchro p mortē. vt patet in locis p dictis. & inde שִׁכְבַת Sichbath. siue מִשְׁכָּב Mischab. idest cubatio: siue concubitus. Leuit. 18. Et cū muliere pximi tui nō coibis. pro quo he. le. Nō dabis cōcubitū tuū. & in eo. & cū masculo nō cōmiscearis coitu femineo. & in eo. 19. Hō si dormierit cū muliere coitu seminis. i. cōcubitu seminis. Signāt ēt מִשְׁכָּב Mischab lectū siue lectulū aut stratū. Exo. 22. Sed iacuerit in lectulo. 2. Reg. 4. Qui dormiebat super stratum suum in meridie. Ps. 4. Et in cubilibus vestris compungimini. Cantī. 3. In lectulo meo per noctem quesiui. & secundum hebreos significat etiam predicta dictio שָׁכַב Sachab. effundere. scilicet super terram. Iob. 38. Et concentum celorum quis dormire facit. pro quo hebrei legunt. & lagenas siue lagūcula.

Iacere. Cubare.

Prostrari vomire.

Cōcubare

Quiescē. Requiescere

שִׁכְבַת

Cōcubit⁹. Coitus

מִשְׁכָּב Lectulus. Stratum. Cubile

שֶׁכַב

© Biblioteca Nacional de España

celorum quis effundere facit. & accipiũtur ibi laguncule ꝑ nubibus. Sed magis proprie est in translatione nostra. De quo vide supra in dictione נָבֵל nabel. & inde מִשְׁעָב Miscab. ꝙ secundum hebreos significat vrceum . eo quod ab eo aqua effunditur. Pro quo beatus hieronymus transtulit stratoria. 2. Reg. 17. Obtulerunt ei stratoria & tapetia & vasa fictilia.

מִשְׁעָב stratoria

שַׂכָּה Sacha . depictum . imaginatum vel insigne: & scribitur cum mem in principio & iod & thau in fine & dicitur מַשְׂכִּית Maschith. Leuit. 26. Nec insignem lapidem ponetis in terra vestra. Prouer. 18. Et quasi murus validus circundans eum. Pro quo hebrei legunt. Et quasi murus excelsus in pictura sua: siue in imaginatione sua. Ezech. 8. Et vnusquisq; in abscondito cubilis sui. Pro quo hebrei legũt. Et vnusquisq; in cubili depicto suo. & in plu מַשְׂכִּיוֹת Machioth. Nu. 33. Confringite titulos. i. lapides insignitos vꝰ depictos. Ps. 72. Transierunt in affectũ cordis. ꝙ quo btũs hiero. in ps. iuxta he. ve. trãstulit. Trãsierũt cogitatiões cordis. i. imaginatiões cordis. Põitur ẽt pro lectis. Prouer. 25. Mala aurea in lectis argenteis. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Cum picturis argenteis. & inde שִׂכְוִי sechui idest gallus. Iob. 38. Vel quis dedit gallo intelligentiam. & aliqui hebrei dicunt ꝙ signãt cor siue intellectum.

מַשְׂכִּית Insignis.

מַשְׂכִּיוֹת Abscõditi Pictura Tituli. Affectus. Cogitationes. Lecti. Picture.

שַׂכְוִי Gallus

שָׂכַח Sachach. obliuisci. obliuioni tradere. inuenire . Geñ. 40. Oblitusq; est interpretis sui. Et i eo. 41. Vt oblíuioni tradatur cuncta retro abundantia. Deut. 4. Nec obliuiscetur pacti in quo iurauit patribus tuis. Ps. 9. Oẽs gentes qui obliuiscuntur deũ. ps. 30. Obliuioni datus sum tanq; mortuus a corde. ps. 49. Intellígite hec qui obliuiscímini deum. ps. 76. Aut obliuiscetur misereri deus. Ps. 136. Si oblitus fuero tui ierusalem: obliuioni detur dextera mea. Eccl's. 8. Et laudabantur in ciuitate quasi opera iustorũ. pro quo hebrei legunt. Et obliuioni tradũtur in ciuitate : ꝙ ita fecerint: siue quod rectum fecerint. Sed si pro יִשְׁתַּכְּחוּ istachechu legatur יִשְׁתַּבְּחוּ istachechu: per mutationem littere caph in litteram beth que est quasi ciusdẽ figure: tũc significat laudabantur sicut est in littera nostra. Esa. 23. In oblíuione eris o tyre septuaginta annis. Hiere. 2 . Nunquid obliuiscitur virgo ornamenti sui. & in eo. populus vero meus oblitus est mei. & in eo. 23. Qui volunt facere vt obliuiscatur populus meus noĩs mei. Threñ. 2 . Obliuioni tradidit dominus in sion festiuitatem & sabbatum. & in ligua chaldaica significat inuenire. Dañ. 2. Inueni hominem de filiis trãsmigrationis. & in eo. Nullusq; locus iuẽtus est eis.

Obliuisci Obliuioni tradere

Inuenire

שָׂכַל Sachal. orbari. absq; liberis fieri. Sterilem siue infructuosum esse. Geñ. 28. Cur vtroq; orbabor filio. Et i eo. 31. Oues tue & capre tue steriles non fuerunt. Et in eo. 42. Absq; liberis me feciſtis. Et in eo. 43. Ego autem qua si orbatus: absq; liberis ero. Leuit. 26. Que consumantvos & pecora vestra. i. absq; liberis faciant. Deut. 32. foris vastabit eos gladius. i. absq; liberis faciet. 1. Reg. 15 . Sicut fecit absq; liberis mulieres gladius tuus: sic absq; liberis erit inter mulieres mater tua. Iob. 21. Vacca peperit & non est priuata fetu. Hiere. 15. Interfeci: perdidi populum meum pro quo hebrei legunt. Absq; liberis feci & perdidi populũ meum. Et in eo. 50. Sagitta eius quasi viri fortissimi interfectoris. pro quo hebrei legunt. Quasi viri fortissimi orbantis. idest absq; liberis faciẽtis. Ezech. 5. Et bestias pessimas vsq; ad internitionem. Pro quo hebrei legũt. & bestias pessimas: & absq; liberis te facient. Et in eodem. 14 . Et bestias terre induxero super terram vt vastent eam. idest absq; fructu eam faciant; siue vt faciant absq; liberis habitatores terre. Et in eodem. 36. Et non addes vltra vt absq; eis sis. idest vt sis orbata absq; eis. Et in eodem. Et suffocans gẽtem tuam. Pro quo hebrei legunt. Et orbans siue absq; liberis faciens gentem tuam. Osee. 9. Da eis vuluam sine liberis. Malach. 3. Nec erit sterilis vinea in agro. & aliquando preponitur littera caph littere sin. Ezech. 36. Et gentem tuam non necabis vltra. idest non facies eam absq; liberis. & inde שָׁכוּל Sacul. idest orbatus : siue ille qui factus est absq; liberis. 2. Regum. 18. Veluti si vrsa raptis catulis in saltu suí at. idest orbata. Osee. 13. Occurram eis quasi vrsa raptis catulis. & in hebreo in predictis locis legitur in genere masculino: eo quod est promiscuí gñis. & in genere femíno שְׁכוּלָה Sechula. idest orbata siue sterilis. Canti. 4. Et sterilis non est inter eas. Esa. 49. Ego sterilis & non pariens. scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מְשַׁכְּלָה Mesachela. siue מְשַׁכֹּלֶת Mesachàleth. Exo. 23. Non erit in fecunda & sterilis terra tua. 4. Regum. 2. Sed aque pessime sunt & terra sterilis. & inde שְׁכוֹל Sechol. siue שִׁכּוּל Sicul. idest sterilitas vel orbatio. Ps. 34. Sterilitatem anime mee. Esa. 47. Et ignorabo sterilitatem. Et in eodem . Veniẽt tibi duo hec subito in die vna sterilitas & viduitas . Et in eodem. 49. Filii sterilitatis tue . dicitur etiam מְשַׁכֶּלֶת Mesacaleth . 4. Reg. 2. & nõ erit mors neq; sterilitas. Itẽ אֶשְׁכֹּל Escol . idest botrus. Nu. 13. Pergentesq; vsq; ad torrentem botri. Et in eodem. Absciderunt palmitem cum vua sua. ꝙ quo hebrei legunt. Absciderunt inde palmitem & botrum vuarum vnum. Canti. 1. Botrus cipri dilectus meus mihi. Mich. 7. Non est botrus ad comedendum . & in plurali אַשְׁכְּלוֹת Ascheloth. Deut. 32. & botri amarissimi. Geñ. 40 Et post flores vuas matureſcere. Pro quo hebrei legũt. Maturabant in botris eius vue. Canti. 7. Vbera tua botris.

Orbari. sterilé esse Absq; liberis esse.

Priuari fetu Interficere

Sterilis. Orbatus.

שְׁכוּלָה Sterilis.

מְשַׁכְּלָה Sterilis.

שִׁכּוּל Sterilitas

מְשַׁכֶּלֶת Sterilitas

אֶשְׁכֹּל Botrus

אַשְׁכְּלוֹת Botri

שָׂכַל Sachal. Intelligere. prudenter agere. aspicere: suppo nere. s. in modum crucis. Deut. 29. Vt intelligatis vniuersa que facitis. Et in eodem. 32. Vtinam saperent & intelligerent. Ios. 1. Vt intelligas cuncta que agis. Et in eodem. Tunc diriges viam & intelliges eam. 1. Reg. 18 . Prudenti? se regebat ꝙ omnes viri saul. idest intelligebat. Et in eo. In omnibus quoq; viis suis dauid prudenter agebat. Et in eo. Videns itaq; saul ꝙ prudens esset nimis. 1 . Paralip . 28. vt intelligerem vniuersa opera exemplaris. ps. 2. Et nunc reges intelligite. ps. 31. Intellectum tibi dabo . idest faciam te intelligere. ps. 40. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Prouer. 16. Cor sapientis erudiet os eius. pro quo hebrei legunt. intelligere facit os eius. & in eodem. 17 Quocunq; se verterit prudenter intelliget . Et in eodem. 21. Excogitat iustus de domo impii. pro quo hebrei legũt. Intelligit iustus. & inde מַשְׂכִּיל Maschil. idest intelligens vel sapiens: aut prudens: vel eruditus. ps. 13. Vt videat si est intelligens. Prouer. 16. Et eruditus in verbo reperiet bona Et in eodem. 17. Seruus sapiens dominabitur stultis filiis. Amos. 5. Ideo prudens in tempore illo tacebit. Ponitur etiam pro intellectu vel eruditione aut disciplina. vt in titulo pſi. 31. Vbi dicitur intellect? dauid. & in titulo. pſi. 34. vbi dicitur in finẽ pro filiis chore intellectus. & beatus hiero. in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit . Victori filiorum chore eruditio. & inde שֵׂכֶל Sechel. idest intellect? seu disciplina. 1. Regum. 25 . Eratq; mulier illa prudentiſsima. Pro quo hebrei legunt. Et erat mulier illa boni intellectus. ps. 110. Intellectus bonus omnibus facientibus ea. Prouer. 3. Et inuenies gratiam & disciplinam bonam. Et aliquando scribitur cum he in principio & dẽ הַשְׂכֵּל haschel. Iob. 34. Et verba eius non sonant disciplinam . & in lingua chaldaica dẽ שִׂכְלְתָנוּ Sochlethanu. Dañ. 5 . Scientia & sapientia inuente sunt in eo . Signãt etiã predicta dictio

Intellígere Eruditus. Prudens. Intellect? . Eruditio

Excogitat

Intellect?

disciplina

disciplina

Scientia.

© Biblioteca Nacional de España

aſpicere. aſpicere vel intueri. Geñ. 3. Aſpectuq; delectabile. Pro quo he.le. Et deſiderabile erat lignū ad aſpiciendum. Poteſt ēt

ſup põef.ſ. in modū crucis. legi ad intelligēdū: ſecundū primā ſignificationē. ſignāt ēt predicta dictio ſupponere. ſ. in modū crucis. Geñ. 48. Cōmutans manus. i. vnū brachiū ſupra aliud ponēs in modū crucis. vnde apud chaldeos & indos crux dicitur מַשְׁכָּל maſcal. nam ego interrogaui quēdā indū xp̃icolā qui ſemper crucē geſtabat in manu: quo noie illa crux vocabatur ī ſuo idiomate apud indos & rñdit q; appellabatur מַשְׁכָּל Maſcal. quod põt interpretari intellectus ſeu ſapientia ſcām primā ſignationē. vnde apoſtolus prima ad corinthios capitulo primo ait. Nos aūt predicamus xp̃m crucifixū iudeis quidē ſcādalū: gētibus aūt ſtultitiā: ipſis aūt vocatis iudeis atq; grecis xp̃m dei virtutem & ſapientiam.

שִׁכְלַל Extruere. Inſtaurare. שִׁכְלַל Sachlal. In lingua chaldaica ſignāt conſtruere vel extruere aut inſtaurare. vt Eſdre. 4. Extruētes muros eius. & in eodem. Si ciuitas hec edificata fuerit: & muri inſtaurati.

שִׁכַּם Manicaſſe. mãe ſurgere. שִׁכַּם Sacam. manicare. i. mane ſurgere. Geñ. 19. Et mane proficiſcemini in viā vr̃am. Pro quo he.le. Et manicabitis in viā veſtrā. i. mane ſurgetis. 1. Reg. 1. Et ſurrexerunt mane & adorauerunt corā dño. 2. Reg. 15. Abſalō mane cō ſurgens ſtabat in introitu porte. p̃s. 126. Vanū eſt vobis ante lucē ſurgere. i. manicantes. Eſa. 37. Et ſurrexerunt mane. Hiere. 5. Equi amatores in feminas & emiſſarii facti ſunt mihi. pro quo he. ſe. Equi armati manicātes ſiue mane ſurgentes facti ſunt. poteſt ēt deriuari a dictiõe מַשָּׂךְ maſach. & intelligi ſicut in littera noſtra. De quo vide ſupra in predicta dictione. Et in eo. 11. Mane conſurgens & cōteſtās

De nocte cõſurgef Et in eo. 25. De nocte conſurgens & loquens. pro quo he. le. Manicans & loquēs. vbi ponitur אַשְׁכֵּם aſchem חַשְׁכֵּם Haſchem. & in eo. 26. Quos ego miſi ad vos de nocte conſurgens & dirigens. Oſee. 6. Quaſi ros mane pertranſiēs.

שְׁכֶם Humerus ſcapula שְׁכֶם Item שְׁכֶם Sechem. i. humerus. Geñ. 9. Palliū impoſuerūt humeris ſuis. Et in eo. 21. Impoſuit ſcapule eius. i. humero eius. Et in eo. 24. Cum hydria quā portabat in ſcapula. Et in eo. 49. Suppoſuit humerū ſuū ad portandū. Ponitur ēt

Iunctura humeri. Pars. Dorſum. pro iunctura humeri. Iob. 31. Humer⁹ me⁹ a iũctura ſua cadat. Sigñat ēt partē. vt Geñ. 48. Do tibi partē vnā extra fratres tuos. p̃s. 20. Qm̃ ponces eos dorſum. pro quo he. le. qm̃ ponces eos partē. poteſt ēt legi ſcām primā ſignificationē. Qm̃ ponces eos humerū. & ſic tranſtulit beatus hiero. in pſ. iuxta he. ve. ſ. humerū. Soph. 3. Et ſeruiant ei humero vno. Pro quo he. le. In partē vnā ſiue in parte vna. Eſt etiā שְׁכֶם Sichem nomen proprium loci. Geñ. 12. Vſq; ad locū ſichē Oſee. 6. In via interficientium pergentes de ſichem. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. In via interficientiū partem. i. hominum.

שָׁכַן Habitare. שָׁכַן Sachan. habitare. morari. Geñ. 35. Cūq; habitaret in illa regione. Exo. 25. & habitabo in medio eorum. & in eo. 40. Nube operiēte oīa. Pro quo he. le. Eo quod habitabat ſiue morabatur ſup illud nubes. Leuit. 16. Quod fixum eſt inter eos in medio ſordiū habitatiōis eorū. p quo he. le. Qui habitat cū eis in medio ſordiū eorū. Deut. 12. vt ponat nomē eius ibi & habitet in eo. & in eo. Vt ſit nomen eius ibi. i. vt habitet. & in eo. 33. Et inter humeros illius requieſcet. i. habitabit. Ioſ. 22. In qua tabernaculum dñi eſt. Pro quo hebrei legunt. In qua tabernaculum domini habitat. 3. Regum. 8. Dominus dixit vt habitaret in nebula. Ps. 7. & gloriā meam in puluerem deducat. pro quo he. le. Et gloriam meam in puluere habitare faciat. p̃s. 77. tabernaculum ſuum vbi habitauit in hominibus. p̃s. 93. Paulo minus habitaſſet in inferno anima mea. Ezech. 17. Et habitabunt ſub ea omnes volucres. Ponitur etiam pro ſepelire. Naum. 3. Sepelientur principes tui. & inde שְׁכֵנָ Sechan. ſiue שְׁכֵנ Sachen. ideſt habitator ſeu vicinus. ideſt cohabitator. Exo. 12. Aſſumet vicinum ſuum qui coniunctus eſt domui eius. Eſa. 33. Nec dicet vicinus elangui. Oſee. 10. Vaccas bethauen coluerunt habitatores ſamarie. Quod in hebreo legitur ſingulariter. ſcilicet habitator ſamarie. & ponitur ibi ſinguläre pro plurali. Et in plurali שְׁכֵנִים Sechenim. Deut. 1. Et ad cetera que ei proxima ſunt. Pro quo hebrei legunt. Et ad omnes vicinos eius. Hiere. 12. Hec dicit dominus aduerſus omnes vicinos meos. & in genere femini no שְׁכֵנָה Sechena Exo. 3. Sed poſtulabit mulier a vicina ſua. & in plurali feminino שְׁכֵנוֹת Sechenoth. Ruth. 4. Vicine autem mulieres congratulantes ei & dicentes. & inde

ſepelire. שְׁכֵנ Vicinus. Habitator שְׁכֵנִים Proximi Vicini שְׁכֵנָה Vicina. שְׁכֵנוֹת Vicine. מִשְׁכָּן Tabernaculum מִשְׁכָּנוֹת tabernacula. מִשְׁכָּנִים tabernacla

מִשְׁכָּן Sachin. culter: ſeu gladius. Prouerbiorum. 23. Et ſtatue cultrum in gutture tuo. De quo vide ſupra in dictione שׁוּךְ Such. Culter.

שָׁכַר Inebriaſſe. Ebriũ eſſe. שָׁכַר Sachar. inebriari: ebriũ eſſe. Geñ. 9. Bibēſq; vinū ineb riatus eſt. Deut. 32. Inebriabo ſagittas meas ſanguine. 1. Reg. 1. vſq; quo ebria eris. Eſa. 29. Inebriamini ſed nõ a vino. & in eo. 49. ſanguine ſuo inebriabūtur. & in eo. 63 & inebriaui eos ī idignatiõe mea. Hiere. 51. Inebriās oēm terrā. & ī eo. & inebriabo eos: vt ſopiātur. Abach. 2. mittēs fel ſuū & inebriās. Aggei. 1. bibiſtis & nõ eſtis inebriati. & inde שִׁכּוֹר Sichor. i. ebrius ſiue temulētus. 1. Reg. 25. Erat enī ebrius nimis. 3. Reg. 20. Benadab aūt bibebat temulētus. & in plu. שִׁכּוֹרִים Sichorim. Ioel. 1. expergeſcimini ebrii. & in ge. ſe. שִׁכּוֹרָה Sichora ſiue שִׁכֹּרֶת Sechurath. 1. Reg. 1. Eſtimauit ergo eā heli temulentā. Eſa. 51. Et ebria & non a vino. & inde שִׁכָּרוֹן Sicharon. ideſt ebrietas. Hiere. 13 Ecce ego implebo oēs habitatores terre huius & reges qui ſedent de ſtirpe dauid ſuper thronum eius & ſacerdotes & pphetas & oēs hītatores ieruſalē ebrietate. & inde שֵׁכָר Schar. i. cicera vel omne quod inebriare poteſt. Leuit. 9. Vinū & omne quod inebriare poteſt non bibetis. Nu. 6. A vino: & oē quod inebriare põt: abſtinebit. Deut. 29. Vinū & ſiceram non bibiſtis. Ponitur ēt pro ebrietate. Prouer. 20. Et tumultuoſa ebrietas. Et in eodem. 31. Quia nullum ſecretum eſt vbi regnat ebrietas. Eſa. 5. Ad ebrietatem ſectādam. Item אֶשְׁכָּר Eſcar cum aleph in principio. ideſt donum ſeu munus. p̃s. 71. Reges arabum & ſabba dona adducent. ponitur etiam pro precio. Ezech. 27. Dentes eburneos & hebeninos commutauerunt in precio tuo.

Temulẽt⁹ שִׁכּוֹרִים Ebrij. Temulẽta שִׁכּוֹרָה Ebria שִׁכָּרוֹן Ebrietas. שֵׁכָר q̃ ebriat poteſt. Sicera Ebrietas. אֶשְׁכָּר Donum. Precium שָׂכַר Cõducere. Locare שָׂכַר Sachar. mercede cõducere. locare. Geñ. 30. quia mercede cõduxi te. Deut. 23. quia cõduxerūt cōtra te balaā filiū beor. 1. Reg. 2. repleti priꝰ: pro panibus ſe locauerunt. Nee. 13. Et cõduxerunt aduerſus eos balaam. Aggei. 1. Et qui mercedes congregat: miſit eas in ſacculum pertuſum. pro quo he. le. & qui mercede cõducitur: cõducitur ad ſacculum perforatum. & eſt ſenſus ſicut in littera noſtra. Prouer. 26. Et qui impoſuit ſtulto ſilentium iras mitigat. Pro quo hebrei legunt. Et qui cõducit ſtultos: & q cõducit tranſeuntes: vel tranſgreſſores. Poteſt etiā legi ſic. Et qui

© Biblioteca Nacional de España

obturat stultos :obturat irascētes.i.qui obturat os stultorū: quod est idem sensus sicut in littera nostra. & licet ad hoc qđ significet obturare deberet scribi cū littera sámach loco sin: vt dictū est supra in dictione סָכַר Sachar.tamē frequenter ponitur in scriptura sin pro sámach & econuerso. Sicut ēt reperitur predicta dictio cū sámach loco sin.vt Esdre.4. Conduxerūt aūt aduersus eos consiliatores .& pro eo qđ ī littera nostra est iras:in hebreo habetur שִׂכְרִים obrim q̄ dictio pōt ēt signāre irascentes: vt dictū est supra in dictione עָבַר Aabar.& inde שָׂכַר Sechar.i.merces seu stipēdiū aut pcium laboris vel ministerii.Geñ.15. Merces tua magna nimis.& in eo.30. Dedit deus mercedē mihi. Nu.18. Preciū est p ministerio quo seruitis in tabernaculo. Deut.24. Sed eadē die reddes ei preciū laboris sui.Prouer.11. Seminanti aūt iustitiā merces fidelis.Zach.8. Merces hois non erat nec merces iumentorum.& aliqñ scribitur cū mē in principio & tau in fine.Geñ.29. Dic quid mercedis accipias.& in eo.31. Et mutauit mercedē meā decē vicibus.& ide שָׂכִיר Sachir.i.mercenarius seu cōductus.Exo.22. Maxime si cōductū venerat pro mercede operis sui.Leuit.19. Nō morabitur opus mercenarii apud te.Iob.7. Et sicut dies mercenarii dies eius:Malach.3. Et qui calūniantur mercedē mercenarii.& in plu.שְׂכִירִים Sechirim.Hiere. 46. Mercenarii quoq; eius qui versabantur in medio eius. & in ge. fe. שְׂכִירָה Sechira.Esa.7. In die illa radet dñs in nouacula cōducta. Item שֵׂכֶר Sécher.i.lacuna seu pelagus.Esa.19. Oēs qui faciebāt lacunas ad capiendos pisces.& aliqui hebrei dicunt q̄ significat rete.

merces Precium.

Cōductus mercēari?

mercēarij

Cōducta.

Lacuna

שָׂלַל Salal.spoliare.depredari.proiicere.seu dimittere.ps 75. Turbati sūt oēs insipientes corde. pro quo btūs hiero.in ps.iuxta he.ve.trāstulit.Spoliati sunt supbi corde. Esa.59. Et qui recedit a malo:prede patuit. i. spoliatus est. Ezech.29. Depredabitur manubias eius:& diripiet spolia eius.Abach.2. Quia tu spoliasti gentes multas:spoliabunt te oēs qui reliqui fuerint de populis.& inde שׁוֹלֵל Solal. i. spoliatus.Iob.12. Qui ducit consiliarios in stultū finē. Pro quo he.le. Qui ducit consiliarios spoliatos: quia nihil prodest eis consiliū & prudētia sua.pōt ēt intelligi spoliatos.i. priuatos scientia & intellectu qđ est idem sensus cū littera nostra.Mich.1. Vadā spoliatus & nudus.& inde שָׂלָל Salal i.spoliū.siue preda. Nu.31.& tulerūt predā & vniuersa que ceperāt.1.Reg.30. Hec est preda Dauid.Hiere.21. Et erit ei aīa sua quasi spoliū. Signāt ēt p̄dicta dictio p̄icere seu dimittere.Ruth.2. Et de vestris manipulis proiicite de industria.& aliqui hebrei dicūt q̄ inde deriuatur שִׁילֹה Silo.p quo btūs hiero.trāstulit qui mittendus est. Geñ.49. donec veniat qui mittendus est. De quo vide supra in dictione שִׁילֹה Silo.

Turbari

spoliare Diripere

שׁוֹלֵל

spoliatus.

שָׂלָל

Preda

spolium Proiicere שְׁיוּלָה mittendo.

שָׁלַב Salab.conectere.coniūgere.Exo.26. Due incastrature fiant:quibus tabula alteri tabule cōnectatur.& inde שְׁלָבִים Selabim.i.iuncture vel connexiones.3. Reg.7. Inter iuncturas & inter coronulas & plectas.

שָׁלֶג Séleg.siue שֶׁלֶג sáleg.nix.Exo.4. Protulit leprosam instar niuis.Iob.6. Irruit super eos nix.ps.50. Et super niuem dealbabor.Hiere.18. Nix libani.& inde verbū שָׁלַג Saleg.quod signāt ningere:seu niue dealbari.ps.67. Niue dealuabuntur in selmon. Pro quo aliqui hebrei legūt.ninget in selmon.

Conectet. שָׁלַב

Iuncture. שְׁלָבִים

Nix. שֶׁלֶג

niue dealbare Ningere. שָׁלַג

שָׁלָה Sala.pacificari.quietari.abūdare.s.diuitiis.locupletari seu prosperari.mentiri:seu deficere.negligere. Iob.3. Nōne dissimulaui: nonne silui :nōne quieui.p quo he.le. Nōne pacificatus vel quietus fui:nōne silui. Et in eo. 12. Abundāt tabernacula predonum.s.diuitiis:aut pacificata vel quieta sunt.ps.121. Et abūdantia diligentibus te. Pro quo he.le. Pacificati vel quieti sint:qui diligunt te. Et btūs hiero.in ps.iuxta he.ve.transtulit. Sit bene his qui diligūt te.i.abundātes vel locupletati sint. Hiere.12. bene est oībus qui preuaricātur & inique agūt.i.psperātur seu locupletātur. Threñ.1. Inimici eius locupletati sunt: & inde שַׁלְוָה Saleu .i. quietus siue opulentus aut locupletatus vel diues. Iob.16. Ego ille quōdā opulētus.& in eo.21. Diues & felix vbi ponitur pro felice.pro quo he.le.quietus & pacificus. Hiere.49. Ascendite ad gētē quietam. Dañ.4. Ego nabuchodonosor quietus eram in domo mea.& in plu. שַׁלְוִים Saluim . Ps.72. & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias.& in ge.fe. שַׁלְוָה Saléua.Zach.7. Cum adhuc ierusalem habitaretur & esset opulenta.& inde שַׁלְוָה Salua.i.abūdantia vel prosperitas.pacificatio.vel quies.Ps.121. Et abūdantia in turribus tuis.Prouer.1. Prosperitas stultorū perdet eos.Hiere.22. locutus sum ad te in abundantia tua. Ezech.16. & abundantia & ocium. Dañ.11. & veniet clam . pro quo he.le.& veniet in pace vel quiete.& in eo.& abundantes & vberes vrbes ingredietur.pro quo he.le.in abundantia & in vbertatibus vrbis ingredietur . Signāt etiam predicta dictio mentiri vel deficere.4.Regū.4. Nunquid nō dixi tibi ne illudas me.i.ne deficias vel ne mētiaris mihi.nam supra dixerat noli mentiri ancille tue.Iob.27. Et non liberet deus animā eius . pro quo he.le.& deficiat seu mentiatur deo anima eius.ponitur ēt pro negligere.2.Paralip.29. Filii mei nolite negligere.Et inde שָׁל Sal.i.error seu temeritas.2.Reg.6.& pcussit eū sup temeritatē. scribitur ēt cū iod in fine:& dē שָׁלִי Séli.pro quo btūs hiero.transtulit dolū.2.Reg.3.vt loqueretur ei in dolo.Et inde שָׁלוּ Salu:siue שְׁלוּת Seluth.i.culpa:siue error vel delictū . Dañ. 4.Forsitā ignoscet deus delictis tuis.& in eo.6 . Ois culpa & suspitio nō inuenirētur in eo.pōtur ēt שָׁלוּ Salu pro blasphemia.& in eo.3.& lingua q̄cūq; locuta fuerit blasphemiam.Ponitur ēt pro negligētia.Esdre.4. Videte ne negligēter hec īpleatis.& ide dicūt aliqui hebrei q̄ deriuatur שְׁלִיָּה Silia.i.illuuies secūdinarū.Deut.28.& illuuies secūdinarū q̄ egrediūtur de medio feminum eius.

Solue. שָׁלַח

Delictum Culpa, שָׁלוּ

blasphemia. negligētia שְׁלִיָּה

Illuuies scōinarus. שִׁלְהֹבֶת

שִׁלְהֹבֶת Salhab-flāma.& scribitur cū tau ī fine & dē שַׁלְהֶבֶת Salhebeth.Iob.15. Ramos eius arefaciet flamma.Ezech.20. Nō extinguetur flāma succēsionis eius.& aliqñ cōpōitur cū dictiōe יָהּ Ia & dē שַׁלְהֶבֶת יָהּ salhebeth ia.i.flāma domini.Canti.8. Lāpades eius lāpades ignis atq; flāmarū pro quo he.le.Flāma dñi.& dicūt hebrei q̄ cōponitur ibi cū dictione יָהּ Ia quod est nomen domini ad denotandum magnitudinem flamme.

Flamma. שַׁלְהֶבֶת יָהּ

Flamme. flāma dñi.

שְׂלָו Selau.coturnix.ps.140. Petierūt & vēit coturnix.& ī pl.שַׂלְוִים saluiim.Nu.11. arreptas trās mar coturnices.

Coturnix. שַׂלְוִים coturnices

שָׁלַח Salach.mittere.immittere.dimittere.eiicere.extende re.spoliare.siue nudare.Geñ.3. Et emisit eum dominus deus de paradiso.Et in eodem . 18. Et Abraam simul gradiebatur:deducens eos.Pro quo hebrei legunt . Et abraam gradiebatur cum eis: vt mitteret eos.Et in eodem. 24. Dimiserunt ergo eam & nutricem illius.Et in eodem. 26. Dimisitq; eos Isaac.Et in eodem. 28 . Cumq; dimisisset eum isaac.Et in eodem.Et misisset eum in mesopotamiam.Et in eodem.32.Misit autem nuncios ante se. Et in eodem.38.Misit autē iudas hedum.Et in eo . Ego misi hedū quē promisi.Et in eo.32. Beniamin domi retēto a iacob. Pro quo he.le.Et beniamin fratrem ioseph nō misit iacob cum fratribus suis.Et in eodem.43.Mitte puerum mecū. Et in eodem.Et remittat vobiscum frēm vestrū.Leuit. 16. Ille vero qui dimiserit caprum emissarium. Et in eo.26.

Emittere Dimittere

mittere

Remittere.

© Biblioteca Nacional de España

Emittāq; in vos bestias agri. Iudi. 5. Et barach vestigia sūt secuti: qui quasi in pceps & barathrū se discrimini dedit. p quo he.le. Et barach in valle missus est pedibus suis. Et in eo. Manū suā misit ad clauū. 4. Reg. 15. cepit dñs mittere ī iudā rasin regē syrie. Ester. 3. Et lre signate ipsius noīe miss se sunt. Iob. 8. Et dimisit eos in manu iniquitatis eorū. Et in eo. 18. Misit enim in rete pedes suos. & in eo. 30. Pedes meos subuerterunt. pro quo he.le. Pedes meos miserūt. s. ī rete vel ergastulū. ps. 49. Os tuū abūdauit malicia. p quo btūs hiero. in ps. iuxta he. ve. transtulit. os tuū dimisisti in malicia. ps. 73. Incēderūt ignī sanctuariū tuū. p quo btūs hiero. trāstulit. miserūt ignē in sanctuariū tuū. ps. 104. Misit ante eos virū. Prouer. 6. Et eū qui seminat inter frēs discordias. Pro quo he.le. Et īmittēs inter frēs discordias seu rixas. & in eo. 29. puer aūt qui dimittitur volūtati sue: cōfūdit matrē suā. Esa. 27. Speciosa relinquetur: & dimittetur q̄ si desertū. Et ī eo. 32. Immittēs pedē bouis & asini. & in eo dē. 43. Propter vos misi babylonē. Hiere. 38. Et submiserūt hieremiā in funibus. & in eo. Et submisit ea ad hieremiam in lacū. Ezech. 2. Mitto ego te. Et in eo. ecce manꝰ missa ad me. Signāt ēt eiicere vel proiicere. Nu. 5. Vt eiiciāt de castris oēm leprosum. & in eo. Tā masculū q̄m feminā eiicite. Esa. 27. Cū abiecta fuerit iudicabit eā. Signāt ēt extēdere. Genē. 37. Manusq; vras seruate inoxias. pro quo he.le. Et manū nō extendatis in eū. Exo. 24. Nec nō sup eos q̄ pcul recesserāt de filiis isrl' misit manū suā. i. extēdit manū suā. 1. Paralip. 13. Tetēdit oza manū suā. & in eo. Eo qđ tetigisset arcā. p quo he.le. Eo qđ extendisset manū suā in arcā. ps. 54. Extendit manū suā in retribuēdo. ps. 79. Extēdit palmites suos vsq; ad mare. Esa. 58. Extēdere digitum: & loqui qđ nō pdest. Hiere. 17. & qđ ad humorē mittit radices suas. i. extēdit radices suas. Signāt etiam nudare siue spoliare. Nec. 5 Vnusquisq; tm̄ nudabatur ad baptismū. & ī lingua chaldaica cōiter signāt spoliare siue pellē detrahere. & inde מְשִׁלַח Mislach. siue מְשִׁלּוּחַ Mislōach. aut מְשִׁלַּחַת Mislachath. i. missio. vel īmissio. Deut. 12. & letabimini ī cūctis ad que miseritis manū. pro quo he.le. Et letabimini in oī missiōe manuū vrarū. Et in eo. Et benedicat tibi dñs deus tuus in oī ope tuo. pro quo he.le. In oī missione manus tue. i. in oī ad qđ manū miseris. Ester. 9. Et mittāt sibi mutuo partes epularū & ciborū. p quo he.le. & missio munerū vniuscuiusq;. Ps. 77. Immissionem per angelos malos. Eccl's. 8. Nec sinitur quiescere ingruēte bello. pro quo he.le. Et nō est missio siue legatio in bello. Esa. 7. Et erit ī pascua bouis. pro quo he.le. & erit in missionē bouis. i. vt ibi mittatur in pascua. & in eo. 11. Idumea & moab pceptū manus eorum. pro quo he. le. missio siue immissio manus. & in plu. שִׁלּוּחִים Siluchim. i. emissiones aut donatiōes vel munera que mittūtur alicui. Exo. 18. Tulit sephorā vxorē moysi postquā remiserat. pro quo he.le. Post missiōes suas i. postq̄ remiserat eā: sicut est in lra nostra. & aliqui he.le. Post donatiōes vel dotes eiꝰ. Mich. 1. Dabis emissarios sup hereditatē geth. pro quo aliqui he.le. Dabis donatiōes vel munera. & inde שַׁלְחוֹת siue שַׁלְחוֹת Salchoth. i. ppagines seu rami. eo qđ emittūtur & extēduntur huc & illuc. Cantī. 4. Emissiones tue paradysus malorū punicorū. i. ppagines tue vel rami tui. Esa. 16. Propagines eius relicte sunt. & inde שִׁלֹחַ Sélach. siue שִׁילֹחַ Siloach: qđ ē nomē fluuii ppe ierusalem. Nec. 3. & muros piscine siloe ī hortū regis. Esa. 8. Eo qđ abiecit populus iste aquas siloe. & interpretatur missus. Ioannis. 9. Vade & laua in natatoria siloe: quod interpretatur missus. & inde שֶׁלַח Sélach siue שַׁלַּח Salach. i. arma. s. missilia. aut gladius: vel pugio. 2. Paralip. 23. Cōstituitq; oēm populū tenentiū pugiones. Et in eo. 32. fecitq; vniuersi gñis armaturā. Nec. 4. & altera tenebat gladiū. Iob. 33. Vt nō trāseat in gladiū. & in eo. 36. Si autē nō audierint trāsibūt p gladiū. ponitur ēt p fenestra. Ioel. 2. & p fenestras cadēt. Itē שֻׁלְחָן Sulchan. i. mēsa. Exo. 25. facies & mēsā de lignis setim. ps. 22. parasti in cōspectu meo mensam. & in plurali שֻׁלְחָנוֹת Sulchanoth. 2. Paralipo. 4. Nec non & mensas decem. Esa. 28. Omnes enim mense replete sunt vomitu.

Imittere. submittere

Eūcere abūcere.

Extendere.

Tendere.

Nudare Spoliare. מְשִׁלַּחַת מִשְׁלַחַת

missio.

Immissio

שִׁלּוּחִים

missiones

Emissarij. munera. שַׁלְחוֹת

Emissiões ppagies. שֶׁלַח שִׁילֹחַ

Siloe.

שֶׁלַח

Pugio. armatura. Gladius.

Fenestra.

שֻׁלְחָן mensa.

שֻׁלְחָנוֹת mense.

שָׁלַט Salat. dñari. ptātē habere. ptātē exercere. Nec. 5. Sed & ministri eorū deprēsserant pplm. pro quo he.le. Dominati sunt vel ptātē exercebāt sup pplm. ps. 118. & nō dñetur mei oīs iniustitia. Eccl's. 2. & dñabitur in laboribꝰ meis Et in eo. 5. Potestatēq; ei tribuit vt comedat ex eis. Et ī eo. 8. Dñatur hō homini in malum suū. & inde שִׁלְטוֹן Siltō siue שָׁלִיט Salit. i. dominās: vel potēs. Eccl's. 8. Et sermo illiꝰ ptāte plenꝰ est. Et in eo. Nō est in hoīs ptāte, phibere spūm p quo he.le. Non est hō potēs in spū. & in eo. Nec habet potestatē in die mortis. & in lingua chaldaica dicitur שַׁלִּיטָא Salita. Dañ. 2. Qui a rege ptātē accepat. & in plu. שַׁלִּיטִים Salitim. Vt in eo. 7. Supra decē principes ciuitatis. & ī gefe. שַׁלְטָת salateth. Ezech. 16. Opa meretricis & procacis. pro quo he.le. Opa mulieris meretricis potētis. i. prevalētis sup alias meretrices. Item signāt scutū seu clypeū aut arma. & solū inuenitur in nu. plu. s. שִׁלְטֵי salitim: siue שִׁלְמֵי Silte. 2. Reg. 8. & tulit arma aurea que habebāt seruī adadezer. 4. Reg. 11. Et dedit eis hastas & arma regis dauid. z. Paralip. 23. Deditq; ioiada sacerdos centurionibus lanceas clypeosq; & peltas regis dauid. Canti. 4. Mille clypei pendent ex ea: oīs armatura fortium.

שָׁלַט dominari.

potestatē habere שִׁלְטוֹן שָׁלִיט

Potestas Potens. שָׁלִיטָא

Potens. שָׁלִיטִים

Principes שָׁלְטָת

Procax. Potens. שָׁלִיטִים שִׁלְטֵי arma.

Clypei armatura

שָׁלַח Salach. proiicere. deiicere. abiicere. mittere. Genē. 21. Abiecit puerū. & in eo. 27. Venite occidamus eum: & mittamus in cisternā veterē. i. proiiciamus. & in eo. Miserūtq; eū in cisternā. Ioel. 18. Vt hic corā dño deo vestro in silo mittā vobis sortē. 3. Reg. 13. & erat cadauer eiꝰ proiectū in itinere. 4. Reg. 10. Et proiecerūt milites & duces. Ps. 21 In te proiectus sum ex vtero. ps. 147. Mittit crystallū suam sicut buccellas. Esa. 6. Et sicut q̄rcus q̄ expādit ramos suos. i. que proiicit a se ramos suos. Hiere. 9. Qm̄ deiecta sunt tabernacula nostra. Threñ. 2. Proiecit de celo in terrā inclytā israel. Ezech. 16. Sed proiecta es sup faciē terre. Dañ. 8. Et deiecit locū sanctificatiōis. & inde quedā porta in ierusalē dicebatur שַׁלֶּכֶת Saléeheth. quod interpretatur proiectio seu missio. idest ducens vel mittēs. 1. Paralip. 26. iuxta portam que ducit ad viam ascensionis. Item שָׁלָךְ Sálach. nomen est auis. Pro quo beatus hieronymus trāstulit mergulum. Leuit. 11. Mergulum & ibin.

Abūcere. mittere.

Proiicere.

deiicere.

שַׁלֶּכֶת que ducit.

שָׁלָךְ mergulus

שָׁלַם Salā. restituere. reddere. retribuere. soluere. s. debitū. pacificare. siue in pace esse: vel pacificū aut pacatum esse. perficere. complere. aut consumare. Exo. 21. Reddet bouem pro boue. Et in eo. zz. Quinq; boues pro vno boue restituet. & in eodem. Si non habuerit quod pro furto reddat. idest restituat. Leuit. 6. Reddet oīa que per fraudem voluit obtinere. Iudi. 1. Ita reddidit mihi deus. 4. Reg. 4. vende oleum: & redde creditori tuo. Ps. 7. Si reddidi retribuentibus mihi mala. Ps. 34. Retribuebant mihi mala pro bonis. ps. 61. Quia tu reddis vnicuiq; secundum opa sua. Prouer. 11. Si iustus in terra recipit: quātomagis impius & peccator. pro quo hebrei legunt. Si iusto in terra retribuitur. idest recipit secundum opera sua: quantomagis impiꝰ & peccator. Esa. 65. Sed reddam & retribuam in sinu eorū. Hiere. 18. Nunquid reddetur pro bono malum. Ioel. 3. Nūquid vltionem vos redditis mihi. & inde שִׁלֵּם Silem: siue

Restituere

Reddere

Retribuere

שָׁלַם

© Biblioteca Nacional de España

שְׁלוֹם retributio

שְׁלוֹם Silum.i.retributio vel restitutio.Deut.32.Mihi vindicta:& ego retribuam eā.pro quo he.le.Mihi vīdicta & retributio.Osee.9.Venerunt dies retributionis.Mich.7.& iudex in retribuendo est.pro quo he.le.Et iudex in retributione.Scribitur ēt cū tau in fine.p̄s.90.Et retributionē peccatorū videbis.& in plu.שְׁלוֹמִים Selomim.Ps.68.Fiat mensa eorum corā eis in laqueū & in retributiones.signat ēt predicta dictio pacificare:aut pacatū esse vel pacē habere.Deut.20.Si aūt fedus inire noluerit.pro quo he.le.Si aūt nō pacificabitur.i.si noluerit tecū pacē habere:vel pacē facere.Ios.10.Et quod transfugissent gabaonite ad israel:Pro quo he.le.Et quod pacificati fuissent cum israel.Et in eo.Quare transfugerit ad iosue.i.pacem haberet cū eo.3.Reg.22.Pacemq habuit iosaphat.Iob.5.Et bestie terre pacifice erunt tibi.Et in eo.8.Et pacatū reddet habitaculū iustitie tue.Et in eo.22.Acquiesce igitur ei:& habeto pacē Prouer.13.Qui aūt timet preceptū in pace versabitur.& in eo.16.Inimicos quoq; ei⁹ cōuertet ad pacē.pro quo he.le.Inimicos quoq; eius pacificabit ei.& est sensus sicut in lra nostra.& inde שָׁלוֹם Salom.i.pax seu pacificus.aut cōcordia.Gen.43.Pax vobiscum:nolite timere.Leuit.26.Dabo pacē in finibus vestris.Nu.20.Do ei pacem federis mei.3.Reg.2.pacificus ne est ingressus tuus.Iob.25.Qui facit cō cordiā in sublimis suis.p̄s.37.Non est pax ossibus meis.p̄s 119.Cū hiis qui oderunt pacē:erā pacificus.Esa.41.Transibit in pace.Et in eo.55.Disciplina pacis nostre sup eū.& in eo.57.Veniat pax.& in eo.Pacem ei qui lōge est:& ei qui ppe est.& in eo.Non est pax impiis.ponitur ēt pro sano vl' sospite.Gen.43.Sanus ne est pater vester senex.pro quo he.le.est pax patri vestro seni.i.est sanus.Et in eo.qui rīdere unt sospes est.Est ēt dictio salutandi.1.Reg.25.& salutabitis eū ex nomine meo pacifice.& sic dicetis.Sit fratrib⁹ meis & tibi pax:& oībus q̄cūq; habes sit pax.2.Reg.20.Salue mi frater.i.pax sit tibi.1.Paralip.12.Pax tibi & pax adiutoribus tuis.& inde שְׁלֵמִים Selemim.i.pacifici.Gen.35.Viri isti pacifici sunt.2.Reg.20.Nonne ego sum que respondeo veritatē in israel.pro quo he.le.nōne ego pacificarū fideliū israel.i.vna de ciuitatib⁹ pacificis & fidelibus.p̄s.54.Extendit manū suā in retribuendo.pro quo btūs hiero.in ps.iuxta he.ve.trāstulit.Extendit manū suā ad pacifica sua.Naū.1.Si perfecti fuerint & ita plēs.Pro quo he.le.Si pacifici fuerint.Pōt ēt signāre perfectos sicut est in lra nra:vt infra dicetur.Accipitur ēt pro sacrificio pacificorū.Exo.20.Et offeretis sup eo holocausta & pacifica vra.& in eo.24.Immolauerūtq; victimas pacificas dño.Leuit.3.Hostia pacificorū.Amos.5.Et vota pinguiū vestrorū nō accipiam.Pro quo he.le.Et pacificū pinguiū vrorū nō accipiā.i.sacrificiū pacificū.& inde שׁוּלַמִּית Sulanith.Quod interpretatur pacifica.Cāti.6.reuertere reuertere sulamitis.sic debet legi:nō sunamitis.Signāt ēt p̄dicta dictio cōplere vel consumare aut pficere.Gen.13.Nedū cōplete sunt iniquitates āmorreorū.3.Reg.7.Et perfecit oē opus.& in eo.9.perfectūq; est oē opus.2.Paralip.4.Sicq; completū est oē opus.Esa.38.De mane vsq; ad vesperā finies me.i.cōsumabis.& in eo.44.& consiliū seruorū suorū cōplēs.& in eo.& oēm volūtatē meā cōplebis.& in eo.60.Et complebuntur dies luctus tui.& inde שָׁלֵם Salem.i.cōpletus vel cōsumat⁹ aut pfectus siue integer.& in ge.fe.שְׁלֵמָה Selema.3.Reg.6.de lapidibus dolatis atq; perfectis.Quod i hebreo legitur singulariter.s.lapide perfecto vel integro.Et est in he.ge.fe.Amos.1.Eo quod concluserint captiuitatem perfectam in idumea.& in plurali.שְׁלֵמוֹת Selemoth.Deut.27.Et de saxis informib⁹ & impolitis.Pro quo hebrei legunt.De lapidibus integris siue perfectis.& inde שְׁלֹמִים Selomim.ideſt perfectiones vel consumationes.Hiere.13.Translata ē omnis iuda transmigratione perfecta.Quod in hebreo legitur pluraliter.scilicet transmigratiōe perfectionum vel cōsumationum.& inde מְשֻׁלָּם Mesulam.ideſt consumatus.siue perfectus.Esa.42.Quis cecus nisi qui venundatus est.Pro quo hebrei legunt.Quis cecus sicut Mesulam.quod interpretatur perfectus siue consumatus aut pacificus.Potest etiam significare illum cui aliquod debitum solutū est vel cui aliquid restitutum est.

Integre. Perfecte שְׁלוֹמִים pfectiōes

שַׁלְמָה Salma.vestimentum.seu vestis.Exo.22.Et oue ac vestimento.Et in eodem.Si pignus a proximo tuo acceperis vestimentum.

Cōsumat⁹.

שַׁלְמָה Vestimētū

שָׁלַף Salph.euaginare.educere.scilicet gladium.discalciare.soluere.scilicet calciamentum.euellere.Iudi.3.Nec eduxit gladium.Et in eodem.8.Qui non eduxit gladium tuum & interfice me.Et in eodem.20.Quadringēta millia peditum pugnatorum.Pro quo hebrei legūt.Quadringēta millia virorū peditum euaginantium siue educentium gladium.& in eodem.Inuenti sunt viginti millia de beniamin educentium gladium.Iob.20.Eductus & egrediens de vagina sua.Significat etiam discalciare.Ruth.4.Soluebat homo calciamentum suum.Ponitur etiam pro euellere.p̄s.128.quod Priusq; euellatur exaruit.quod hebrei exponunt.priusq; educatur in culmine.

Educere Euaginat.

soluere .s. calciamētum. Euellere

שָׁלֹשׁ Salos.tres siue tria.& est in hebreo generis femini ni vel neutri.Exo.23.Tribus vicib⁹ mihi per singulos annos festa celebrabitis.Deut.19.Tres ciuitates separabis tibi.Prouer.30.Per tria mouetur terra.& in genere masculino dicitur שְׁלֹשָׁה Selosa.vel שְׁלֹשֶׁת selosēth.Gen.9.tres isti filii sunt Noe.Et in eodem.18.Apparuerunt tres viri.Et in eodem.41.Tres propagines:tres adhuc dies sunt.Nume.12.Egredimini vos tantum tres.& inde verbum שָׁלַשׁ Siles.quod significat triplicare siue in tres partes diuidere aut in tertio die aliquid operari:vel tertio idē facere.Deut.19.Et in tres equaliter partes totam terre tue prouinciam diuides.1.Regum.3.Requiretur enim sessio tua vsq; perendie.ideſt vsq; in tertium diem.hebrei tamen legunt cum sequentibus sic.& in tertio die descendes.3.Regum.18.& tertio idipsum facite.& inde שְׁלִישִׁי Selisi.ideſt tertio.Gen.3.Et factum est vespere & mane dies tertius.Exo.39.In tertio ligurius achates & ametistus.& in plurali שְׁלִישִׁים Selisim.siue שְׁלִשִׁים Silesim.Gen.3.Cenacula & tristega facies in eo.ideſt diuisa in tres mansiones.& in eodem.50.Et vidit ephraim filios vsq; ad tertiam generationem.Pro quo hebrei legunt.Et vidit ioseph de ephraim filios tertios.ideſt vsq; ad tertiam generationem.3.Regum.6.Et per cochleam ascendebatur in medium cenaculum:& a medio in tertium.Pro quo hebrei legunt.Et a medio in tertia.scilicet cenacula.quia erat in tres partes diuisum.Ezech.43.Vbi erat porticus iuncta porticui triplici.Pro quo hebrei legunt.Iuncta porticui in tribus siue in triplicibus.Et in genere femininо שְׁלִישָׁה Selisia.siue שְׁלִישִׁית selisith.ideſt tertia.Deut.26.Anno decimarum tertio.& in hebreo est generis femininі:quia annus est generis femininі.1.Regum.20.Vsq; ad vesperam diei tertie.Et in eodem.Si in uestigauero sententiam patris mei crastino vel perendie.ideſt in die tertia.Esa.19.In die illa erit israel tertius egypto & assyrie.Et in hebreo est generis femininі:& refertur ad plebem Israel.& in eo.37.in anno aūt tertio seminare & metere.Zach.6.Et in quadriga tertia equi albi.signāt ēt שְׁלִישִׁית selisith.tertiā partem.Nu.28.Media pars hin per

Tres.

Tria.

Tres.

Tertius.

Tristega

Tertiū.

Tripler.

Tertia

BIBLIOTECA NACIONAL

© Biblioteca Nacional de España

singulos vitulos & tertia per arietem.z. Paralip.z3.Tertia pars vestrū qui veniunt ad sabbatū. Et in eode. Tertia vero pars ad domū regis: & tertia ad portā que appellatur fūdamēti. Significat ēt tripliciter. Ezech.21.Et duplicetur gladi? & triplicetur.i.tripliciter duplicetur. Sigñat ētשְׁלִישַׁיִם Seliſiia conternantē seu trinā.i.trium annorū. Esa.15.Vectes eius vsq; ad segor vitulā conternātem.& inde מְשֻׁלָּשׁ Mesulas.i.trinus seu trimus aut triennis. idest annorū trium.Geñ.15.Sume inquit mihi vaccā triēnem & caprā trinā & arietē ānorū triū.& in ge.fe. מְשֻׁלֹּשֶׁת Mesuleſeth vt in predicto loco: & in plu.fe. מְשֻׁלָּשׁוֹת Mesulasoth. Ezech. 42.Tristega enim erāt.i.per tria tecta diuisa vel p tres māsiones.& inde שְׁלִשֹׁם Silsom.i.nudiustertius. Geñ.31.quod nō sit erga me sicut heri & nudiustertius.& inde שְׁלִשִׁים Seloſim.i.triginta. Geñ.6.Et triginta cubitorū altitudo illi? Et in eo.41.Ioseph triginta erat annorū qñ stetit incōspectu pharaonis.& inde שָׁלִישׁ Salis.i.mēsura capiens tertiā partē alterius mensure maioris.ps.79.Et potū dabis nobis ī lachrymis ī mēsura.Sed btūs hiero.in pſ.iuxta he.ve. trāstulit.Et potasti nos lachrymis tripliciter. Ponitur ēt p mēsura triū digitorū.Esa.40.Quis appēdet tribus digitis molē terre.pro quo he.le.Et mensus est in mēsura.ſ.triū digitorū siue in tripliciſ.mēsura puluerē terre. Sigñat etiā שָׁלִישׁ Salis.ducē seu principē vel principalē .4. Regū.7. Rūdens vnus de ducibus.& in eo.9.Dixitq; iehu ad Badachar ducē.Et in eo.15.Coniurauit aūt cōtra eū phacee filius romelie dux.& in plu.שָׁלִישִׁים Saliſim.Exo.14. Et duces totius exercitus.& in eo.15.Et electi principes eius submersi sunt in mari rubro. Sigñat etiā שָׁלִישִׁים Saliſim res magnas & precipuas: scām hebreos. Prouer. 22. Ecce deſcripſi eā tibi tripliciter.pro quo ipſi legūt.Ecce deſcripſi tibi magna siue precipua.pōt ēt intelligi sicut est in lra nra.si gñat ēt שָׁלִישִׁים Saliſim quedā inſtra musica :que fortasse erāt triāgulata vel triū chordarū.pro quo btūs hiero. transtulit ſiſtra.1.Reg.18.In tympanis leticie & in ſiſtris.

שֵׁם Sem.nomē aut fama.Geñ.2.Nomen vni phiſon.& in eo.4.Iſte cepit inuocare nomē dñi.& in eo.16. vocauitq; nomen eius Iſmael.& in eo.32. Quid queris nomen meum.Leuit.24. Et qui blaſſemauerit nomen domini morte moriatur.ps.9.Nomē eorū deleſti.ps.108. In gñatiōe altera deleatur nomē eius.ps.137.Qñ magnificaſti ſup oē:nomē ſanctū tuū.Hiere.29. Pro eo qđ miſiſti in noīe meo libros.pro quo he.le.Pro eo qđ miſiſti in noīe tuo libros ſiue epl'as.& ponitur ibi שְׁמָךְ Simcha cū he in fine p שְׁמֵךְ Simcha. Sigñat etiā famā vel famoſum.i.noīatū.Geñ. 6.Iſti ſunt potētes a ſeculo viri famoſi. pro quo he.le. Viri fame vel noīs.2.Reg. 7.Feciq; tibi nomē grāde iuxta nomen magnorū.& in plu.שֵׁמוֹת Semoth.Geñ. 2. Appellauitq; adam noibus cūcta aiantia.Exo.1.Hec ſunt noīa filiorū iſrael.Itē שָׁם Sam.i.ibi: aduerbiū loci:ſiue illic: vel illuc Geñ.2.Ibi inuenitur bdelio & lapis onychinus. Deut.10. Que vſq; hodie ibi ſunt.Iob.3. Ibi impii ceſſauerūt a tumultu.ps.13.Illic trepidauerūt timore.ps.49. Et illic iter quo oſtēdā ei ſalutare dei.ps.121.Illuc enim aſcēderūt tribꝰ ps.131.Illuc pducā cornu dauid.ps.138. Etenim illuc manus tua deducet me. Scribitur ēt cū he in fine & dr שָׁמָּה ſama.Geñ.14.& cecideruūt ibi.Deut.1.Nec tu ingredieris illuc.Et in eo.12.Illuc oīa que pcipio cōferetis.Iob.2.& nudus reuertar illuc. Ponitur ēt pro tūc aduerbio tpis. Eccl's. 3.& tps oīs rei tunc erit.& cōponitur cū mem in principio & dr מִשָּׁם Miſam.i.inde ſiue illinc.Geñ.2.Qui inde diuiditur in quattuor capita.& in eo.11.& inde diſpſit eos dñs. Et in eo.49.Inde paſtor egreſſus eſt.& inde שָׁמַיִם ſamaim

Tripliciter. שְׁלִישַׁיִם

Cōternās. מְשֻׁלָּשׁ

Triēnis. Trina. ānorū triū מְשֻׁלָּשׁ

שְׁלִשֹׁת מְשֻׁלֹּשֶׁת

וֹת Tristega שְׁלִשִׁים nudiuſti? שְׁלִשִׁים

Triginta. שְׁלִישׁ

Mensura tripliciter. tres digiti

שְׁלִישׁ Dux.

שְׁלִישִׁים Duces. Principes.

tripliciter. magna.

Sistra.

שֵׁם Nomen.

Famoſi Fama. שֵׁמוֹת

Nomina שֵׁם

Ibi.

Illic Illuc.

שָׁמָּה Ibi. Illuc.

Tunc. מָשָׁם Inde

שָׁמַיִם

i.celi.& ſolū inuenitur in nu.plu.& caret numero ſingulari Sed ponitur aliqñ pro ſingulari:aliqñ pro plurali.Geñ.1. In principio creauit deus celū & terrā.Et in eo. Vocauitq; deus firmamentū celum.Leuit.26.Daboq; vobis celū desuper ſicut ferrū.Deut.30. Si ad cardines celi fueris diſſipatus.Et in eo.32.Audite celi que loquor.& in eo.Celiq; caligabūt rore.Esa.13.Veniētibus de terra procul a sūmitate celi. Sigñat ēt regionē aeris excelsā q̄ est versus celū.Deut. 9.Et ciuitates ingētes & ad celū vsq; muratas.& est hypbolica locutio.Iob. 2. Sparſerunt puluerem ſuper caput ſuum in celum.Prouer.30. Viam aquile in celo. & in lingua chaldaica dr שְׁמַיָּא Semaia.Hiere.10.Dii q celū & terrā nō fecerūt.Dañ.2.Sed est deus in celo reuelans myſteria.

Celum. שָׁמַיִם

אַפַּרְסִתְּיָא Aphara. Vacca: ſiue frugifera: aut acreſcens vel irritans.

אַפַּרְסָיֵא Apharſathei. Diuidētes ſiue dilacerantes pauones.

Apharſathei. Eſdre. 5. & 6. interpretatur Diuidentes: ſiue dilacerantes. heb. apharſachei.

אַפֵּק Aphech. Pelagus: vel fortitudo: aut vigor: vel ſyriace exitꝰ.

אַפֵּקָה Aphéca. Idem.

פְּסַלְמִים Aphechdomini. Portio vel diminutio ſanguinū: aut diminutio tacentium vel aſſimilantium. heb. phechdomim.

פְּתִחְיָה Apheceia. Porta domini: ſiue aperuit dominus. heb. phetheia.

אַפֵּק Apheg. Pelagus: vel fortitudo: aut vigor: vel ſyriace exitus. heb. aphech.

אֲשְׁפְּנַז Affenez. Pharetra aſperſionis vel diſtillationis: ſiue magus aſperſus. heb. aſphenez.

אַפִּיחַ Aphía. Flans vel exſuflans: ſiue loquens: aut illaqueans.

שְׁפִמִי Aphonites. Labium vel ripa aquarum: ſiue contritio aquarum. heh. ſephomites.

חֲפָרַיִם Aphráim. Fodientes: aut explorantes: ſiue confundentes: aut explorans vel confundens mare.

פּוּל Aphrica. Eſa. 66. In hebreo dicitur pul: & interpretatur caſus vel ruina: aut faba.

פּוּט Aphrica. Naum. 3. In hebreo eſt put: & interpretatur craſſa vel pinguis. ſyrum eſt.

חֻפְצִיבָה Aphſíba. Voluntas mea in ea.

חָשְׁפָּא Aphupha. Detectio: ſiue diſcoopertio: aut feſtinatio oris. heb. aſupha.

Apphus. Indignationis conſilium: aut volans conſilium: vel ſcrutator. D.

חָגָב Agab. Locuſta.

Agabus. Idem: vel feſtiuitas patris. D.

Agag. Tectum vel ſolarium: quod eſt. ſcilicet in ſuperiori parte domus

אֲגָגִי Agagites. Idem.

הָגָר Agar. Aduena: ſiue peregrina: aut ruminans: vel timens.

הָגְרִי Agaraí. Aduena: ſiue peregrinus: aut ruminās: vel timens.

הָגְרִים Agareni. Idem. plu. nu.

Agarenus. Idem. ſ. n.

אֲגָא Agge. Sublimitas: ſiue exaltatio.

גֶּבַע Ageba. Collis: ſiue vas vel calix. heb. geba. Nam illud. a. eſt prepoſitio ablatiui caſus.

חָגַי Aggeus. Feſtiuus: ſiue ſolemnis: vel gyrans.

Aggi. Idem.

חֲגִיָּה Aggía. Feſtiuitas domini: ſiue ſolemnitas domini: aut gyrus domini.

חֲגִי Aggite. Feſtiuitates: vel ſolēnitates: aut gyrantes.

חַגִּית Agith. Feſtiua: ſiue ſolēnis: vel gyrans.

Agrippa. Latinum eſt. dictum ab eo q̄ egros. ideſt difficiles partus faciat: vel dicitur ille qui in naſcendo prius emittit pedes.

אַיָּה Ahaía. Vultur: ſiue heu: aut inſula eius: vel vbi eſt. heb. aía.

עַוָּא Ahaíath. Iniqua: ſiue peruerſa. heb. aua.

הַחְכְמוֹנִי Ahamoni. Sapiens: vel ſapientiſſimus: ſiue hamus numerationis vel muneris: aut expectatio muneris. heb. achamoni.

אַחְרַח Ahara. Frater redolens: aut pratum odoris.

אַחְרֵחֶל Aharel. Alter exercitus: ſiue nouiſſimus exercitus: aut alter dolor: ſiue nouiſſimus dolor: aut ouis fratris.

אָחָז Ahaz. Apprehendens: ſiue poſſidens: aut videns.

עֵינְרִמּוֹן Ahenremmon. Duo nomina ſunt. Ahen. oculus: ſiue fons: & Rēmon. malum granatum: vel altitudo eius.

אַחַר Aher. Alter: ſiue poſterior: aut nouiſſimus.

אָחִי Ahí. Frater meus: vel fratres mei.

אֲחִיָּה Ahía. Frater domini.

אֲחִיָּה Ahia. 2. Reg. 21. Vultur: ſiue heu: aut inſula eius: vel vbi eſt. heb. aia.

© Biblioteca Nacional de España

אַיָּלוֹן Ahialon. Ilex vel quercus: aut fortitudo siue ceruus.
אֲחִיאָם Ahiam. Frater matris: aut frater gentis.
אֲחִיָּה Ahias. Frater domini.
יְחִיָּה Ahias. 1. Paralipo. 15. Viuit dominus. heb. iehias.
אֲחִיקָם Ahicam. Frater resurgens: aut frater vindicans.
חִיאֵל Ahiel. Viuit deus: siue vita dei. heb. hiel.
יְעִיאֵל Ahiel. Esd. 10. in fine interpretatur Aceruus dei: siue abstulit deus. heb. iehihel.
אַיָּלָת Ahilam. Quercus: siue maledictio: aut fortitudo. heb. elath.
אֵילוֹת Ahilath. Quercus. plu. nu. siue cerue: aut maledictiones: vt fortitudines.
אַיָּלוֹן Ahilon. Quercus: siue fortitudo: aut ceruus.
אֲחִילוּד Ahilud. Frater natus. vel frater genitus.
אֲחִימָן Ahiman. Frater preparatus: siue frater dextere: aut frater quid.
אֲחִימֶלֶךְ Ahimélech. Frater meus rex: vel frater regis siue consilii.
אֲבִימֶלֶךְ Ahimélech. 1. Paralipo. 18. interpretatur Pater meus rex: siue pater regis vel consilii. heb. Abimélech.
אַחִין Ahin. Frater vini: vel fratres. p. n.
אֲחִיו Ahio. Frater eius: vel fratres eius.
עִיּוֹן Ahion. Intuitus: aut fons: vel oculus.
אֲחִירַע Ahira. Frater iniquitatis: siue frater societatis: aut frater pastoris: vel fratrem confringens.
אֲחִבָּן Ahobban. Frater filii: vel fratris filius: siue frater intelligentie: aut frater edificans: vel absconditus.
אָחַד Ahod. Laudans: siue confitens.
אֲחוּד Ahod. 1. Paralip. 8. interpretatur Vnitas: siue gaudium: aut enigma: vel acumen.
אֲחוֹחַ Ahoc. Tribulus: vel spina: siue fraternitas: aut hamus.
הוּמָם Ahohiman. Tumultus siue turbatio eorum. heb. homam.
אֲחוֹחִי Ahoites. Frater viuus: aut tribulus vel spina mea.
אָחוֹד Ahoth. Laudans: siue confitens. heb. ahod.
אֲחוֹחִי Ahotites. Frater viuus: aut tribulus vel spina mea. heb. Ahohites.
אֲחוּמַי Ahumai. Pratum aquarum: siue frater aquarum.
חוּר Ahur. Liber vel ingenuꝰ: siue albedo: aut foramē. heb. hur.
אֲחִיקָם Ahicham. Frater resurgens: aut frater vindicans.
עַיִן Ain. Oculus: siue fons.
אָחוֹד Aioth. Laudans: siue confitens. heb. Ahud.
עַיָּת Aioth. Esa. 10. interpretatur Hora: siue coaceruatio. heb. aiath.
חַלְאָה Alaa. Infirmitas: siue rubigo.
אַחְלָב Alab. Frater cordis: siue lacteus: vel lactans: aut adeps.
עַלְמָת Alámath. Occultatio: siue iuuentus: aut secula: vel super mortem.
Alameth. Idem.
אַבְיַעַלְבֹן Albialbon. Pater superintelligens: aut pater superedificās vel ex hebreo & syro pater iniurie. heb. abialbon.
חֶלְקַת Alchat. Portio: siue diuisio: aut lenitas: vel lubricatio.
ἄλκιμος. Alchimus. Fortis. G.
לַחְלַח Alc. humiditas humida: aut tabula humida vel viridis: siue maxilla humida. heb. lale.
Aleph. Doctrina: siue mille. D.
הַלְלוּיָהּ Alleluya. Laudate dominum.
ἀλέξαν δρος. Alexander. Adiutor vel auxiliator virilis vel fortissimus. G.
נא Alexandria. Hebraice dicitur no: & interpretatur crudum: siue irritatio: aut prohibitio. grece vero adiutoriū siue auxilium virile vel fortissimum.
ἀλεξάνδρεια. Alexandrini. Adiutores siue auxiliatores viriles vel fortissimi. G.
Alexandrinus. Idem. s. n. G.
Alpheus. Millesimus: vel doctus: aut dux. D.
Aliam. Occultꝰ: aut iuuenis: vel seculum. heb. ailam.
Alian. Folia: siue excelsus.
Alicarnasum. Caput maritime habitationis. G.
Alicarnasus. Idem. G.
Alimis. Vestibulum: vel porticus: aut fortitudo. D.
Almathan. Occultatio: siue iuuentus: aut secula: vel super mortem. heb. alemeth
Almon. Occultum: aut iuuentus: vel seculum ipsius.
Almoth. Occultatio: siue iuuentus: aut secula: vel super mortem.
Aloes. Incantator: aut tacens.
Allon quercus: vel fortis.
Alua. Ascensus eius: siue preuaricatio ipsius.
Aluba. Superior: vel excelsus: aut syriace peruersus. heb. aluan.
Alul. Dolor: siue principium doloris vel immundicie: aut expectatio doloris vel profanationis: siue obstetricatio doloris.
Amma. Obscurata: siue cooperta: aut populus eius: siue cum ea.
Amma. Iudi. 1. Lac: siue adeps: aut mansit in ea: siue principium vel dolor in ea. heb. alba.
Amaad. Populus testimonii: aut populi transitus vel preda: siue populus eternitatis.
Ammad. Ira: vel indignatio: siue calefactio: aut vter. heb. amath.
Amadáthi. Conturbans legem: vel mēsura.
Amal. Labor: aut iniquitas.
Amalech. Populus lambens: vel ex hebreo & syro populus percutiens.
Amalech. 3. Regum. 22. & 2. Paralipome. 18. & Hiere. 36. & 38. interpretatur Rex: siue consiliarius. heb. amélech.
Amalech. ps. 52. in titulo: interpretatur Chorus: siue infirmitas: aut syriace venia. heb. maalath.
Amalechite. Populi lambentes: vel ex hebreo & syro populi percutientes.
Amalechites. Idem. s. n.
Aman. Conturbans: aut tumultuans: siue preparans.
Amana. Fides: siue veritas: aut credulitas: vel nutrix.
Ammanite. Populares.
Ammanites. Idem. s. n.
Ammanitis. Popularis. s. g.
Amaria. Dicit dominus: aut celsitudo domini: vel ex syro & hebreo agnus domini.
Amarias. Idem.
Amasa. Populus parcens: siue populum tollens: vel populum eleuans.
Amasai. Populi munus.
Amasai. 1. Paralipo. 6. d. Fortis: vel robustus.
Amasai. Nec. 11. Populi conculcatio.
Amasia. Fortitudo domini.
Amasias. Idem.
Amasias. 2. Paralipo. 17. Onus domini.
Amasias. 2. Paralipo. 28. Populus parcens: siue populum tollens vel eleuans. heb. amasa.
Amasias. 2. Paralipo. 29. Populi munus: vel cum munere. heb. amasai.
Amasias. Sopho. 1. Dicit dominus: aut celsitudo domini: vel ex syro & hebreo agnus domini. heb. amarias.

© Biblioteca Nacional de España

חֲמָתִי Amatheus. Indignatio: siue calor: aut murus: siue vter: vel lagena.

אֲמָתִי Amathi. Verax: siue timens: aut cubitus: vel famulatus.

Amathitis. Idem. D.

Ammaum. Populus abiectus: siue populus obscuratus. D.

מֶלֶךְ Amelech. Rex: siue consiliarius.

אָמֵן Amen. Vere: siue fideliter.

הַפְּתָאר Amphar. Species: siue forma: vel figuratus: aut depictus: siue mortem maledicens. heb. amthar.

ἀμφίπολις Amphipolis. Vallata vel circundata ciuitas. G.

Amiel. Populus dei. siue mecum deus.

עַמִּיאֵל Ammiel. Idem.

Amihel. Idem.

אַמִּי Amim. Mater: aut timor: siue cubitus: vel syriace gens. heb. ami.

עַמִּינָדָב Aminadab. Populus spontaneus: siue populus vouens: aut populi princeps.

אֲמִינָדָב Aminadab. 1. Reg. 7. &. 16. &. 17. &. 2. Reg. 6. &. 1. Paralip. 9. &. 10. &. 13. interpretatur pater spōtaneus: siue pater vouentis vel voti: aut pater principis. heb. abinadab.

עַמִּישַׁדָּי Ammisadai. Populus omnipotentis: siue mecum omnipotens: aut mecum deuastator.

חֲמוּטָל Amithal. Calor roris: aut indignatio roris: vel ex hebreo & syro caloris sui vmbra.

עַמִּיהוּד Ammiud. Populus laudis vel cōfessionis: siue mecum laus vel confessio.

עַמִּיחוּר Ammiur. Populus libertatis vel foraminis: siue populus albedinis.

עַמִּיזָבָד Amizadab. Populi dos vel dotatio. heb. amizabad.

אַמְנוֹן Amnon. Fidelis: aut verax: siue nutritius: vel pedagogus: aut matris filius.

עָמוֹק Amoch. Vallis: aut profunditas.

עַמּוֹן Ammon. Populus eius.

בֶּן־עַמִּי Ammon. Geñ. 19. in fine: interpretatur Filius populi mei. heb. ben ami.

אַמְנֹן Amon. 2. Reg. 3. Fidelis: aut verax: siue nutritius vel pedagogus: aut matris filius. heb. amnon.

אָמוֹן Amon. 3. Reg. 22. &. 4. Reg. 21. &. 1. Paralipo. 3. &. 2. Paralipo. 18. &. 33. & Nee. 7. & Hiere. 1. &. 25. a. & Sopho. 1. & Matth. 1. interpretatur Fidelis: aut verax: seu artifex: vel nutritius. aut pedagogus.

חָמוֹן Amon. Ios. 19. &. 1. Paralipo. 6. Calor: aut sol: siue ira eius.

הֲמוֹנָה Amona. Numerans: siue preparans: aut multitudo eius: siue tumultus eius: vel syriace veritas.

עַמּוֹנִי Ammoni. Popularis.

Ammonite. Idem. p.n.

מְעוֹנִים Ammonite. 2. Paralipo. 26. a. vbi dicitur & contra ammonitas interpretatur Habitacula: siue afflicti aut delinquentes: vel respondentes. heb. meonite.

עַמֹּנִי Ammonites. Populares.

עַמּוֹנִיּוֹת Ammonitides. Populares. f. g.

אֱמֹרִי Amorrei. Amari: vel loquaces: aut rebelles.

Amorreus. Idem. s. n.

אָמוֹץ Amos. Fortis: vel robustus.

עָמוֹס Amos. Vnꝰ ex duodecim prophetarū interpretatur One ratus: vel onerans.

הַמֵּצָה Amosa. Iurgiū: vel adinuentio: siue azymū: aut cōpressio.

חֲמֹתְדָאר Amothdor. Indignatio vel calor generationis aut pile vel sphere sine habitationis.

Ampliatus. Latinum est a verbo amplio amplias.

אַמְרָפֶל Amraphel. Loquens ruinam: aut loquens occultum vel loquens iudicium.

עַמְרָם Amram. Populꝰ excelsus: vl' manipulꝰ eorū: aut cū excelso.

Amramite. Idem. p.n.

עַמְרִי Amri. Manipulus: vel dominium: siue populus rebellis vel amarus.

אִמְרִי Amri. Nee. 3. Amarus: vel loquens: siue exaltatio: aut syriace aries.

אַמְצִי Amsi. Fortis: vel robustus.

חֲמוּאֵל Amuel. Calor siue ira dei: aut ex syro & hebreo viderunt deum.

חָמוּל Amul. pius: siue misericors.

Amulite. Idem. p.n.

עֲנָה Ana. Respondēs: vel cantans: siue affligens: vel pauper.

הֲנַע Ana. 4. Reg. 18. & Esa. 37. Cōmotio: vel motus.

חַנָּה Anna gratiosa: siue misericors: aut requiescēs: vel donans.

עֲנָב Anab. Vua: aut syriace nodus.

חָנָן Anam. Gratiosus: aut donans: siue pius: aut misericors. heb. anan.

עֲנַמֶּלֶךְ Anamélech. Responsio aut canticum regis: siue afflictio vel paupertas regis vel consiliarii.

עֲנָמִים Anamim. Fons siue oculus aquarum: aut responsio vel afflictio seu canticum aquarum.

חָנָן Anan. Gratiosus: aut donans: siue pius aut misericors.

עֲנָה Anan. Geñ. 36. Respondens: vel cantans: aut affligens: vel pauper. heb. ana.

עֲנָנִי Anan. 1. Paralipo. 3. Nubes: vel auguratio: aut diuinatio. heb. anani.

עָנָן Anan. Nee. 10. vbi dicitur hanā. anan. interpretatur nubes: siue augurium: aut diuinatio.

עֲנָנְיָה Anana. Nubes dñi: aut diuinatio dñi. heb. anania.

חֲנַנְאֵל Ananeel. Gratia dei: siue misericordia dei: aut donum dei.

חֲנַמְאֵל Ananeel. Hiere. 32. Gratia ex deo: siue misericordia vel donum a deo. heb. anameel.

חֲנַנְאֵל Ananehel. Gratia dei: siue misecordia dei: aut donum dei.

חֲנָנִי Anani. Gratiosus: aut donans: siue pius: aut misericors.

חָנָן Anani. Nec. 8. Idem. heb. anan.

חֲנָנִי Annani. Gratiosus: aut donans: siue pius: aut misericors.

חֲנַנְיָה Anania. Gratia domini: siue misericordia domini: aut donum domini.

חֲנַנִי Anania. Nee. 12. Gratiosus: siue donans: aut pius: vel misericors. heb. anani.

חֲנַנְיָה Ananias. Gratia domini: siue misericordia domini: aut donum domini.

עֲנָנְיָה Ananias. Nee. 3. Nubes domini: aut diuinatio domini.

Annas. Affligens: vel humilians: aut respondens. D.

עֲנָת Anath. Responsio: vel cantici: aut afflictio: siue paupertas.

עֲנָתוֹת Anathoth. Idem. p.n.

עֲנָתְיָה Anathothia. Responsiones uel cātica domini: aut afflictiones vel inopie domini.

עֲנָתוֹתִי Anathotites. Respōsio: siue canticum: aut afflictio: vel pau-

עֲנָתוֹת Anathut. Idem. p.n. (pertas.

Andreas. Virilis: vel fortissimus. G. ἀνδρέας

Andronicus. Vir victoriosus. G. ἀνδρόνικος.

עֲנָם Anen. Responsio aut cāticum eorum: siue afflictio vel paupertas eorum: aut syriace ouis eorum. heb. anem.

חֲנֵנִי Aneni. Gratiosus: aut donās: siue piꝰ: vel misericors.

עֲנֵר Aner. Respōsio aut cantici lucerne: siue affligens lucernā.

עָנִי Ange. Gratie siue misericordie vallis. D.

עֲנִי Ani. Responsio: aut canticum: siue afflictus: vel pauper.

עֲנָיָה Ania. Responsio aut cāticum domini: siue afflictus vel pauper domini.

אֲנִיעָם Aniam. Ego populi: siue nauis populi: aut dolor siue fortitudo populi.

חֲנִיאֵל Aniel. Gra siue misericordia dei: aut requies vel donū dei.

Anihel. Idem.

© Biblioteca Nacional de España

עֲנִים Anim. Reſpondẽtes: ſiue cãtantes: aut afflicti vel pauperes

עֲנִיאֵלִי Anioliab. Duo nomina ſunt. Primum ani quod interpretatur reſponſio: aut canticum: ſiue afflictus vel pauper. alterum oliab: quod interpretatur dei pater: vel deus patris. heb. Ani. & Eliab.

אָב

עָנוּב Anob. Vua: aut ſyriace nodus.

חָנוֹן Anon. Gratioſus: ſiue miſericors: vl donãs: ſiue requieſcẽs.

ἀντίπας. Antiphas. Pro oĩbus: vel contra omnes. G.

ἀντιοχεία. Antiochia. Pro vehiculo: vel curru. ſ. loco currus: ſiue contra vehiculum vel currum. G.

ἀντιοχεῖς Antiocheni. Idem. p. n. G.

ἀντιοχεὺς. Antiochenus. Idem. ſ. n. G.

ἀντίοχος Antiochus. Idem quod antiochia. G.

ἀντίπατρος Antipater. Pro patre: vel cõtra patrem. G.
Antipatris. Idem. G.

חָנוֹן Annum. Gratioſus: ſiue miſericors: vel donans: aut requieſcens. heb. annun.

ἀπάμεια. Anun. Idem.

ἀππάμεια. Appamea. Expellens: vel abigens. G.
Appamia. Idem. G.

אַפְּדְנוֹ Apedno. Ornamentum eius: ſiue ira iudicii eius.

ἀπελλῆς Appelles. Expellens vel abigens. G.

ἀπφία. Appia. nomẽ femine. Producens vel pulluläs. G.
Appiiforum: & appia via ex greco & latino lõgĩquum vel remotum forum: ſiue longinqua uel remota via.

ἀποκάλυψις Apocalypſis. Reuelatio. G.

ἀπολλύων Apocalypſis. Reuelatio. G.

ἀπολλῶς Apollyon. Exterminans vel perdens aut deſtruẽs. G.

ἀπολλωφάνης Appollo. Perdens: vel deſtruens. G.
Appollophanes. Perditionem vel deſtructionẽ oſtẽdẽs. G.

ἀπολλωνία. Apollonia. Perditio: vel deſtructio. G.

ἀπολλώνιος. Appollonius. Perdẽs: vel deſtruẽs. G.

ἀπόστολος. Apoſtolus. Miſſus. G.

הַפְצִץ Apſes. Cõminuens: ſiue eripiens: aut aperiens.

הַפּוּתִי Aputhei. Seducens: aut bucella: ſiue latitudo.
Aquila. Latinum eſt.

עָר Ar. Suſcitatio: ſiue vigilia: aut euacuatio: vel denudatio: ſeu ciuitas: aut emulus.

הָרָא Ara. Mons: aut pregnans: ſiue demõſtratio.

אָרָא Ara. 1. Paralipo. 7. Maledicens: aut videns.

אָרָב Arab. Inſidiãs: vel multiplicãs: aut feneſtra: ſiue locuſta.
Araba. Idem. D.
Arabathane. Inſidiatio fortis: aut feneſtre vl locuſte fortitudo vel donum: aut multiplicatio fortitudinis vel doni. D.

עֲרָבִאִים Arabes. Veſpertini: aut fideiuſſores: ſiue ſuaues: aut campeſtres: vel coruí: aut ſalices: vel mixtiones.

שְׁבָא Arabes. ps. 71. In hebreo eſt ſaba: & interpretatur. Conuerſio: ſiue captiuitas: aut canicies: vel ſeſſio.

עֲרָב Arábia. Veſpera: aut veſpertina: vel fideiuſſio: ſiue ſuauitas: aut coruus vel coruina: ſeu deſertũ: vel ſalix: aut cõmixta.

שְׁבָא Arábia. ps. 71. In hebreo eſt ſaba: & interpretatur cõuerſio ſiue captiuitas: aut canicies: vel ſeſſio.

אֲרוּבוֹת Araboth. Cataracte: ſiue feneſtre: aut inſidie: vel locuſte.

עֲרָב Arabs. Veſpertinus: aut fideiuſſor: vel ſuauis: ſiue cãpeſtris: aut coruus: vel ſalix: ſeu mixtio.

אֹרֶךְ Arach. Longitudo: ſiue medicina: vel ſanitas.

עַרְקִי Aracheus. Neruus: au ſyriace fugitiuus:

אַרְכִי Arachites. Longus vel procerus: ſiue ſanans: aut medicina.

עָרָד Arad. Onager: aut ſyriace draco.

חָרָד Arad. Iudí. 7. Stupor: aut tremor.

חֲרָדָה Arada. Idem.

אֲרוֹדִי Aradius. Maledictionis abũdãtia: ant deſcẽdẽs: vel iperãs

אֲרוֹדִי Aradius. Ezech. 27. Imperans: aut deſcendens.

אָרַד Arado. Stupor: aut tremor: ſiue deſcenſio: vel dñium. D.

אַרְפָּד Araph. Lux redemptionis: aut ſternens. ſ. aliquid ad reclinandum. heb. arphad.

הָרָפָה Arapha. Medicina: ſiue relaxatio: aut gigantiſſa: vel mõtis os. ſ. ab ore: aut mons hic. i. in hoc loco.

חֲרוּפִי Araphites. Opprobrium: aut hyems: vel iuuentus: aut ſyriacus acutus.

חֲרָהִיָה Araia. Calor aut ira domini.

אֲרָם Aram. Celſitudo: aut ſublimitas: ſeu decipiens: aut maledictio eorum.

הָרָן Aram nomen viri. Geñ. 11. & 1. Paralipo. 23. Interpretatur Mons: ſiue montanus: aut pregnans: ſiue concipiens: vel cantans: aut preco. heb. haran.

חֲרָם Aram. Nec. 12. Deſtructus: ſiue anathematizatus vl rete ſiue retiaculum: aut dedicatus: ſiue conſecratus. ſ. deo.

רָם Aram. Ruth vltimo Excelſus: vel ſublimis: aut proiiciens. heb. ram.

Aram. Matthei primo & Luce. 3. Excelſus vel ſublimis: aut proiicens.

הֲרָמָה Arama. Excelſa: ſiue ſublimis: aut vermis: ſiue proiiciens.

הָרָן Aran. nomẽ loci. Geñ. 11. in fine. Et. 12. & 17. & 18. & 29. & 4. Reg. 19. & Eſa. 37. & Ezech. 27. Et nomen viri. 1. Paralipo. 2. Vbi dicitur peperit aran. interpretatur Ira: ſiue ira ſcens: aut ſyriace libertas.

הָרָן Aran. Nomen viri. Geñ. 11. & primo. Paralipo. 23. interpretatur mons: ſiue montanus: aut pregnans: ſiue concipiẽs: vel cantans: aut preco.

אָרָן Aran. Geñ. 36. & 1. Paralipo. 1. & 2. vbi dicitur & buna & aran: interptatur Arca: ſiue exultans: aut maledictio eorũ.

עֲרֵעִי Araorites. Miryca: aut ſuſcitatio vigilie: vel vigilia vigilie: aut nudatio pellis.

אֲרָרָט Ararath. Armenia: ſiue maledictio tremoris: aut ex hebreo & ſyrio maledictio ſiue lux currentis.

הָרָרִי Ararí. Montanus.

הָרָרִי Ararí. 2. Reg. 23. d. Tremefactus: ſiue ſtupefactus vel caloris aut ire abundantia. heb. aradi.

הָרָרִי Ararites. Montanus.

חֲרָס Aras. Ira vel calor confidentie ſiue protectionis.

חֲסָרָה Aras. 2. Paralipo. 34. Defectus: ſiue deficiens. heb. aſra.

עֲרָד Arath. Onager: aut ſyriace draco. heb. arad.

עַרְבָתִי Arbatis. Fideiuſſor: vel ſuauis: aut mixtus: vel veſpertinus: ſiue planicies. D.

עַרְבָתִי Arbatites. Idem.

אַרְבַּע Arbee. Quattuor: ſiue accubatio.

אַרְבֵּא Arbella. Suſcitatio veſtutatis: ſiue inſidians ei: vel multiplicans eam: ſiue locuſta eius. D.

אַרְבִּי Arbi. Locuſta: vel feneſtra: ſiue inſidiator: aut multiplicãs.

חַרְבוֹנָה Arbona. Deſtructio: ſiue gladius eius nunc: aut ſiccitas eius nunc: ſiue ira edificantis: vel ira intelligentis.

ἀρχέλαος Archelaus. Princeps populi. G.

אַרְכִיעֲטֹפוֹת Archiatharoth. Lõgitudo coronarum vel circulorum: aut ſanitas vel cicatrix coronarum vel circulorum.

ἀρχίππος Archippus. Princeps vel prefectus equorum. G.

ἀρχιτρίκλινος Architriclinus. Princeps triclinii. ideſt triũ menſarum. G.

ἀρχιτέλωνος Ardon. Imperans: ſiue deſcẽdẽs: aut maledictiõis iudiciũ.

אַרְדֹן Area. Via: ſiue ſemita: aut viator: vel odorãs: ſiue annona. ideſt diurna portio.

אֲרָח Areba. Magna: ſiue multa: aut proiiciens: vel litigioſa: ſiue mons in ea.

הָרְבָּה Arebía. Princeps vel cantans in domino: aut ſiccitas domini. heb. ſarebia.

שְׁרֵבְיָה Arechon. Vacuus: ſiue mons lamentatiõis: vel mons poſſeſſionis.

אֲרֵךְ Ared. Imperans: ſiue deſcendens.

אֲרַם Aree. Via: ſiue ſemita: aut viator: vel odorans: aut annona ideſt diurna portio.

חֲרִיף Areph. Hyems: ſiue opprobrium: vel adoleſcentia: aut ſyriacus acutus.

אֲרִיאֵלִי Areli. Altare: ſiue lux dei: aut viſio dei.

חֲרָם Arem. Deſtructio: ſiue anathema: aut rete: vel retiaculum:

© Biblioteca Nacional de España

sīue dedicatum aut consecratum.scilicet deo.

חֲרֵת Areth.Sculptura:aut libertas.

חָרִיף Areth.Nee.10.Hyems:sīue opprobrium: vel adolescentia: aut syriace acutus.heb.areph.

ἀρέτας. Aretha.Virtuosus:aut placidus.G.

Arethi.Esd.2.Non est in hebreo.

אֲרֻנָּה Aréuna.Arca:vel cantícum:sīue exultatio:aut lux nostra:sīue maledictio nunc. (apharsei.

אַפְרְסָיֵא Arphasei.Dilacerantes:aut frangentes:sīue diuidētes.heb.

אַרְפַּד Arphat.Lux redemptionis:aut sternens.s.aliquid ad reclinandum.heb.arphad.

אַרְפַּכְשַׁד Arphaxad.Sanans vel laxans quasi depredationē aut quasi mammillam:vel sanans aut laxans sicut demon.

צַרְוֹב Argob.Gleba:vel glarea:aut maledictio putei vel dorsi:sīue lux altitudinis.

יַרִיב Arib.Pugnans:sīue multiplicans.Heb.iarib.

אֲרִידַי Aridái.Leo abundans:aut maledictionis abundātia.

אֲרִידָתָא Aridátha.Leonis lex:sīue maledictionis lex vel ritus

אַרְדִי Aridi.Imperans:vel descendens.

אֲרִיאֵל Ariel.Altare:sīue leo dei:aut lux dei.

אֲרִיאֵל Ariel.Nu.26.Altare:sīue lux dei:aut visio dei.

אֲרִיאֲלִי Arielite.Idem.p.n.

חָרִיף Ariph.Hyems:sīue opprobrium:vel adolescentia.aut syriace acutus.

אַרְיֵה Ariph.4.Reg.15.Leo:sīue lux domini.heb.arie.

חֲרִים Arim.Destructus:sīue anathematizatus:aut rete vel retiaculum:seu dedicatus aut consecratus.scilicet deo.

Arimathia.Leo mortuus dño:vel lux mortis dñi.D.

אַרְיוֹךְ Arioch.Longus:vel procerus:sīue sacietas vel ebrietas tua aut leo tuus.

ἀρεοπαγίτης. Ariopagita.De vico martis.G.

ἀρεοπαγος Ariopagus.Vicus martis.nomen erat cuiusdam curie athenīensis sic vocate.G.

אֲרִיסַי Arisái.Sponsus:aut syriace colonus: sīue venenum.

ἀρίσταρχος Aristarchus.Optimus princeps.G.

ἀρίστόβουλος. Aristobolus.Optimus consultor: vel optimū consiliū.G.

אַרְמַת Armenia.Hebraice dr ararat:& interptatur maledictio tremoris:aut ex hebreo & syro maledictio sīue lux currētis.

Armenii.Idem.

הַרְמוֹן Armon.Malum granatum: vel mons numerationis: aut mons preparationis:sīue mons doni vel muneris.

אַרְמוֹנִי Armoni.Aula:sīue maledictio numerationis vel preparationis:aut luminis munus:

אַרְנָן Arnan.Exultans:sīue arca eorum:aut lux filii: vel lux aut maledictio permanens vel eterna.

אַרְנֹן Arnon.Idem.

עָר Arnon.Nu.21.d.ibi.Vt requiescerent in arnon.&.f.ibi.Et deuorabit arnon moabitarū:interptatur suscitatio:seu vigilia:aut euacuatio:vel denudatio:seu ciuitas:aut emulus.

אָרוֹד Arod.Imperans:sīue descendens. (heb.ar.

עָרָד Arod.1.Paralip.8.Onager:aut syriace draco.⌈bundantia.

חַרְדִי Arodi.Tremefactus: vel stupefactus: aut ire vel caloris asa.

אֲרוֹדִי Arodite.Imperantes:sīue descendentes.

הָרוֹדִי Arodites.Imperās:vel descēdens:sīue mōtis abundātia.

הָרוֹרִי Arodites.1.Paralip.11.Montanus.heb.arorites.

עַרְעָר Aroer.Myrica:sīue suscitatio vigilie:aut vigilia vigilie: vel denudatio pellis:aut denudatio emuli.

חֲרוּמַף Aromath.Destructio sīue anathema oris:aut ex hebreo & syro ira cooperimenti.heb.aromaph.

חָרֹשֶׁת Aróseth.artificium:vel aratura:sīue testa:aut silentium: vel surditas:aut syriace silua.

אֲרֹרִי Arothites. Maledictus: sīue maledicens.Heb.arorites.

אַרְצָא Arsa.Terra:sīue volūtas:aut cursus:sīue maledictiōis exit?.

חַרְשָׁא Arsa.Esd.2.& Nee.7.& 12.Artificium: vel aratura:sīue testa:aut silentium: vel surditas:aut syriace silua.

Arsaces.Eleuās scutū:aut eleuatio scuti.G.

Artaba.Genus est mensure.Dañ.13.D.

אַרְתַּחְשַׁשְׂתְּא Artaxérxes.Lumen sīue maledictio silentium vel festinationem ponens:aut feruor letitie.

אַרְתַּחְשַׁסְתְּא Artaxérxes.Esd.7.&.8.& Nee.2.&.5.&.13. Luminis sīue maledictionis silentium:vel festinationem persuadēs: aut feruor direptionis.

Arteman.Integer vel incolumis:aut venust?.G. ἀρτεμᾶν.

חַרְנֶפֶר Aruaphet.Ira tauri:sīue ira crescens:aut ex syro & hebreo libertas tauri vel crescens.heb.arnápher.

הָרוּם Arum.Excelsus:sīue sublimis:aut separans:vel proiiciens.

חָרוּץ Arus.Incisus:sīue aureus:aut solicitus:vel triturātus.

אָסָא Asa.Medicus:aut sanans.syrum est.

עָיָא Asa.1.Paralip.7.f.Aceruus.heb.aia.

חֶשְׁבָּה Asaba.Numeratio:sīue estimatio:vel cogitatio:aut artificium:vel festinatio aut silentium in ea.

חֶשְׁבְיָה Asabia.Numeratio vel estimatio aut cogitatio dñi sīue artificium dñi:aut festinatio vel silentium in domino.

Asabias.Idem.

חוּקָק Asach.Sculptor:aut scriba:sīue legislator.Heb.achac.

חֶסַדְיָה Asadias.Misericordia domini.

עֲשָׂהאֵל Asael.Fecit deus:sīue factura dei.

חֲזָאֵל Asael.3.Reg.19.&.2.Paralip.22.Vidēs deū.heb.azael.

עֲשָׂהאֵל Asahel.Fecit deus:sīue factura dei.

אָסָף Asaph.Congregans:sīue colligens:aut finiens.

עֲשָׂיָה Asaia.Fecit dominus:sīue factura domini.

הָצַלְלְפוֹנִי Asalephum.Vmbra vel submersio vultus: aut sonitus vel tinnitus vultus.heb.asalélphuni.

עָשָׁן Asan.Fumus:aut fumigans.

הַסְנָאָה Asana.Rubus:aut syriace inimicus.

אֶסַרְחַדּוֹן Asaradon.Ligans acumen vel letitiam:aut syriace prohibens nouitatem vel vnitatem.

Asaramel.Btitudo populi dei:aut vestigiū circūcisiōis. D.

אֲשַׁרְאֵלָה Asarela.Beatitudo dei:aut intuens fortem vel quercum:sīue gressus dei.

חֲצַרְמָוֶת Asarmoth.Atrium mortis:vel fenum mortis.

הָאֲרְסוּפִים Asarsasusim.Atriū equorū aut fenū equorū.heb.asarsusim

סִים Asasónthamar.Glarea vel lapillus commutationis: aut diuisio sīue sagitta palme.i.datily.

חֲצָצוֹן תָּמָר

אֲשׁוּר Asbaim.Damule: vel pulchritudines:sīue militie.

הָאֲשׁוּרִים

אַשְׁבַּל Asbal.Ignis vetustatis:aut ignis defluens vel decidens.

אַשְׁבֵּל Asbel.Idem.

אַשְׁבֵּלִי Asbelite.Idem.p.n.

אַשְׁקְלוֹן Ascalon.Appensio vel statera:sīue ignis infamie.

אַשְׁקְלֹנִי Ascalonite.Idem.D.

אַשְׁקְלֹנִי Ascalonite.Idem.p.n.

אַשְׁכְּנַז Ascenez.Ignis quasi distillans vel quasi aspergens.

אַשְׁבַּעַל Asebaim.Damule:sīue pulchritudines:aut militie.

הָאֲשׁוּרִים

חֶשְׁבְּרָה Asebia.Numeratiovel estimatio dñi:aut cogitatio dñi:sīue artificium domini:aut festinatio vel silentium in dño.

חֶשְׁבְנִיָּה Asebia.Nee.9.Numeratio domini:sīue silentium vel festinatio filii domini.heb.asebnia.

חֶשְׁבְּנָה Asebna.Nūeratio:sīue festinatio intelligētis aut edificātis.

חֶשְׁבְּנָיָה Asebonias.Numeratio domini:sīue silentium aut festinatio filii domini. ⌈heb.azécha.

עֲזֵקָה Asecha. Fortis: sīue murata vel septa: aut syriace ānulus.

הָאֲשְׁדּוֹת Assedim. Venationes: aut insidie: vel latera: aut syriace destructiones.

חֶשְׁבַּדָּנָה Asephdana. Festinans aut cogitans iudicium suum: sīue silens aut computans iudicium suum.heb.asebdana

אָצֵל Asel.Prope aut iuxta:sīue ablatio:vel separatio.

© Biblioteca Nacional de España

עֶצֶם Asem. Os. ab osse: aut fortitudo: vel clausura. scilicet oculorum: vel lignum eorum.

חֶשֶׁם Asem. Esd. 2. Silentium aut festinatio eorum.

אֲסֵנָה Asemaa. Periculū: siue infortunium: vel rubus. heb. asena.

עַצְמֹנָה Asemóna. Os nunc ab osse: siue fortitudo nostra: vel clausura nr̃a: siue lignum vel consiliū numerātis vel preparātis

חַשְׁמוֹן Asemoth. Legatio. ideſt ambasiata: siue acceleratus numerus: vel festinata portio: aut silentium numeri vel portionis. heb. asemon.

חֶשֶׁם Assen. Silentium eorum: siue festinatio eorum. heb. assem

הָשֶׁם Assen. 1. Paralipo. 11. Nomen: vel nominatus: siue positio vl̃ positus. heb. assem. ⌈nūc.

אֲשְׁנָה Asena. Mutatio: siue duplicitas: aut dormitatio: siue ignis

אֲסְנַפַּר Asennaphar. Periculum siue infortunium tauri: aut pericu li incrementum.

אֲשְׁכְּנֵז Assenez. Ignis q̃si distillās vel q̃si aspergens. heb. ascenez.

אֲסְנַת Assenez. Geñ. 41. &. 46. Periculū: siue infortuniū. heb. ase

אָשֵׁר Aser. Beatitudo: siue felicitas. (neth.

אסיר Aser. Exo. 6. Vinctus siue incarceratus: aut syriace prohibitus. heb. asir. ⌈heb. Ieser.

לֵיצֵר Aser. 1. Paralipo. 7. Plasmatio: vel angustians: aut ligans.

חֲצַרְוָה Asergada. Atrium hedi eius vel felicitatis eius: aut ex hebreo & syro atrium incisionis vel scisure.

חֲצֵרִים Aserim. Atria: siue vestibula: aut sagitta excelsa.

חֲצֵרוֹת Aseroth. Atria: siue vestibula.

אֲשֵׁרוֹת Aseroth. Ios. 10. &. 12. &. 13. Effusiones: siue decliuia: aut cāpestria: vel depredationes. heb. asedoth.

חֲצַרְשׁוּעָל Aserſua. Atrium vulpis: aut fenum vulpis vel semite siue pugilli. heb. aserſual.

חֲצַרְסוּסָה Aserſua. Ios. 19. a. vbi dicitur bethmarchaboth & aserſua: interpretatur atrium equi: aut fenum equi. heb. aserſusa.

חֲצַרְשׁוּעָל Aserſual. Atriū vulpis: vl̃ fenū vulpis aut semite vl̃ pugilli. Asphar. Plasmatio onagri: aut festinatio tauri. D.

ἀσία. Asia. Limosa vel cenosa. G.

Ἀχαία. Asia. ad Ro. 16. In greco achaia & interp̃tatur dolor vel tri

Ἀσιανοί. Asiani. Limosi vel cenosi. G. (stitia. G.

Assidei. Miluí: vel herodii: aut venantes: vel insidiantes. D.

עָשׂ־אֵל Asiel. Fecit deus: siue factura dei.

חֲשִׁים Asim. Tacētes: siue festinātes: aut silētiū vel festinatio maris

אֲשִׁימָא Asima. Delictum: siue positio: aut ignis maris.

ὑγκρίτος. Asincretus. In greco asyncrit9: & iterp̃tatur icōparabilis. G

הָסִינִי Asineus. Rubus: aut syriace inimicitia.

עֲצִיגֶבֶר Asiōgáber. lignū viri vel robusti: aut cōsiliū viri vl̃ robusti.

אסיר Asir. Vinctus: siue incarceratus: aut syriace prohibitus.

אַשּׁוּרִים Assyrii. Insidiantes: siue beati: aut aspiciētes: vel gradiētes.

אַשּׁוּר Assyrius. Idem. s. n.

אֲצַלְיָהוּ Aslia. Prope dñm: siue ablatio vel separatio domini.

עַזְמָוֶת Asmáueth. Fortis mors: aut hircus vel fortitudo mortis. heb. azmáueth.

Asmodeus. Destructor: vel dissipator: aut delicti abundantia: vel peccatum abundans: siue ignem mensurans. D.

עַזְמָוֶת Asmoth. Fortis mors: siue hircus vel fortitudo mortis. heb.

הַסַּנְאָה Asnaa. Rubus: aut syriace inimicus. (azmoth.

חָשׁוּב Asob. Estimatus: aut numeratus: siue cogitatio: vel artificiū

עֲשׂוֹת Asoph. Faciens: vel factura: aut tinee. scilicet vestimentorum. heb. asoth.

עָצֶם Asom. Os ab osse: vel fortitudo: siue clausura. scilicet oculorum: aut lignum eorum.

חֶשֶׁם Asom. Esd. 10. Silentium vel festinatio eorum.

אָצֵם Ason. Festinatio eorum: siue ieiunans. heb. asam.

ἄσσον. Ason. Act. 20. &. 27. Appropīquatio vel approximatio. g.

חָצוֹר Asor. Atrium: aut fenum.

אֲסֹרְחַדּוֹן Assoradan. Ligans acumen vel letitiam: aut syriace prohibens vnitatem vel nouitatem.

חֲצַרְמָוֶת Asormoth. atrium mortis: aut fenum mortis.

חֲצוֹרְהַדַּתָּה Asornóa. atrium nouum & hoc ex hebreo & syro. heb. asoradatha: & ex hebreo & latino asor nóua.

חֲצוֹרָאֲמָם Asoromamsame. Tria nomina sunt. Asor: atrium. aut fenum. Amam. mater siue timor eorum: aut vlna siue cubitus eorum. Same auditio: vel obedientia. heb. Asor. Amam. Same.

אֲשַׂרְאֵל Asrael. Beatitudo dei: vel intuitus fortis: aut gressus dei.

עֲזַרְאֵל Asrael. primo Paralipo. 12. adiutorium dei: siue atrium dei heb. azrael.

אֲשְׂרִיאֵל Asriel. Beatitudo dei: aut intuitus fortis: vel gressus dei.

Asrielite. Idem. p. n.

עַשְׁתָּרֹת Astaroth. Greges: siue diuitie: aut faciens exploratione: seu tinea legis.

עַטְרוֹת Astaroth. Nu. 32. & Ios. 16. &. 18. Corone: siue calamus inebriationis vel saturitatis: aut ex syro & hebreo consilium inebriationis vel saturitatis. heb. ataroth.

אַשְׁרוֹת Astaroth. Iudi. 3. Nemora: siue luci: aut beatitudines: vel insidie: siue gressus. heb. aseroth.

עַשְׁתְּרָתִי Astarothites. Greges: siue diuitie: aut faciens exploratiōe seu tinea legis.

עַשְׁתֶּרֶת Astérten. Idem.

ἀστυάγης Astyages. Ciuitatis ductor: vel dux. G

חָשׁוּב Assub. Estimatus: aut nūeratus: siue cogitatio: vel artificiū. Asub. Idem.

אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ Assuerus. Princeps & caput.

חִשּׂוּפָא Asupha. Discooperta: aut exhausta: vel nudata.

חֶשֶׁם Asom. Silentium siue festinatio eorū: aut sensualitas eorū.

אָשׁוּר Assur. Insidians: siue beatus: aut aspiciens: vel gradiens.

אַשּׁוּר Assur. 1. Paralipo. 2. &. 4. Denigratus: siue ignis libertatis vel albedinis aut foraminis. heb. ashur.

אַשּׁוּרִים Assurim. Insidiantes: siue beati: aut aspicientes: vel gradientes.

עַתָּךְ Athach. Hora tua: siue tempus tuum.

הַתָּךְ Athach. Hester. 4. Percutiens: vel humilians: aut subiiciens.

עִתָּיָה Athaias. Hora vel tempus domini.

עָתְלַי Athalái. Hora mea: siue tempus meum vel mihi.

עָתַלְיָהוּ Athalia. Hora vel tempus domino.

ἀθλεία. Attalia. Act. 14. d. Augens vel nutriens. G.

ἄθλαλος. Attalus. Auctus: siue nutritus. G.

אֲתָנִי Athanái. Fortis: siue asininus: aut donans.

עָתָר Athar. Oratio: aut deprecatio.

עֲטָרָה Athara. Corona.

עֲטָרוֹת Atharoth. Corone: siue calamus inebriationis vel saturitatis: aut ex syro & hebreo consilium inebriationis vel saturitatis.

חֲתַת Attath. Contritio: aut timor.

ἀθῆναι. Athene. Sine cumulo: vel ab athena. Ideſt minerua minerueles. G.

ἀθηναῖοι. Athenienses. Idem. G.

ἀθηνόβιος. Athenobius. Minerue arcus. G.

אתר Ather. Siniſter: vel clausus.

הַתַּרְשָׁתָא Atherſátha. Dissoluens fundamentum: vel contemplans fundamentum vel potum: siue turturis fundamentū: aut ex hebreo & syro contemplans annum vel tempus.

חֲטוּל Athil. Peccati vlulatio.

חֲטָטָא Athita. Peccati declinatio.

חֲתַמְתָּא Athmatha. Lacerta vel stellio. heb. amta.

חֲתוּפָא Athupha. Rapina: siue peccati coma vel reliquie. Heb. athipha.

חֲתוּשׁ Attus. Peccatum derelinquens.

© Biblioteca Nacional de España

חָמוּץ Attus. Nec. 3. c. Spina: ſiue eſtas: aut tedium: ſiue vigilia: vl finis. heb. achus.

עָוָה Aua. Iniquus: ſiue peruerſus.

Auguſtus. Latinum eſt: vel ab augurio dictus: vel vt alii vo lunt ab augendo.

עָוִים Auin. Iniqui: ſiue peruerſi. heb. auim.

עֲזִיאֵלִי אָב Auioliab. Duo nomina ſunt. Primum ani. quod interpreta tur pauper: ſiue afflictus: aut reſpondens: vel cantans. alte rum oliab. quod interpretatur deus meus pater: ſiue deus patris. heb. Ani. Eliab.

עָוִית Auith. Iniqua: ſiue peruerſa: aut temporalis.

חוֹת יָאִיר Auothiayr. Oppida illumiatiõis: ſiue annũciatiões lumis.

חוֹרֹן עוֹרֵן Auran. Foramen: ſiue libertas: aut albedo.

Auſitis. Hebraice dicitur hus: & interpretatur conſiliũ aut lignum: vel ſyriace affixus: aut fixio.

עֲכָסָה Axa. Compoſita: vel adornata: aut laſciuiens: ſiue confra ctio vel diruptio velaminis.

אַכְשָׁף Axab. Veneficus: ſiue vtiq; conterens. heb. axaph.

עָזָא Aza. Fortitudo: aut capra.

אָסָף Azab. Colligens: ſiue congregans: vel finiens. heb. aſaph.

חַגָּבָה Azaba. Locuſta: ſiue feſtũ celebrans in ea: vel gyrans in ea. heb. agaba.

חֲזָאֵל Azael. Videns deum.

אָסָף Azaph. Colligẽs: ſiue congregans: vel finiens. heb. aſaph.

חֲזָאֵל Azahel. Videns deum.

עֲזָמָוֶת Azamáueth. Fortis mors: ſiue hircus aut fortitudo mortis

עֲזַרְאֵל Azarel. Adiutorium dei: ſiue atrium dei.

עֲזַרְיָהוּ Azarias. Auxilium domini: ſiue atrium domini.

עֲזַרְיָהוּ Azarias. 2. Paralip. 31. vbi dicitur azarias & naad: interpre tatur fortitudo domini. heb. azazias.

אֲזַנְיָה Azarias. Nec. 10. Auris domini: ſiue auſcultatio dñi: vel ar ma domini. heb. azanias.

עֲזַרְקָם Azaricam. Auxilium reſurgentis vel vindicantis: aut for titudo vacua.

חָזוֹ Azau. Videns: aut prophetans.

אֲזָנוֹת Azauoth. Aures: vel auſcultationes: ſiue ſtatere: vel arma. heb. azanoth.

עַזַּז Azaz. Fortis.

עַזְבִּי Azbi. Hyſopus: genus herbe.

עַזְבּוּק Azboth. Hircus vel fortitudo vacuitatis: aut fortis diſſipa tio. heb. azboch.

זָבָד Azebeth. Dos: vel dotatio. heb. zabad.

עָזָא Azech. Fortitudo: aut capra. heb. aza.

עֲזֵקָה Azẽcha. Fortitudo. ſiue murata vel ſepta: aut ſyriace anul?.

חָשֻׁם Azem. Silentium vel feſtinatio eorum. heb. aſem.

עֵזֶר Azer. Adiutorium: ſiue atrium.

עַזְגָּד Azgad. Fortis exercitus: aut fortitudo felicitatis: vel ex he breo & ſyro fortis ſciſſura

עֲזִי Azi. Fortis: ſiue hircus meus.

Azzi. Idem.

אֲחַזְיָי Azi. Nec. 11. b. Videns: ſiue apprehendens. heb. ahazi.

חֲזִיָה Azia. Videns dominum.

עֲזִיָה Aziam. Fortitudo dñi: ſiue hircus dñi. heb. azia.

יַחֲזִיאֵל Aziel. Videns deum. heb. iaziel.

חֲזִיר Azir. Porcus: aut ſyriace conuerſus: vel reuerſus.

מַחֲזִיאוֹת Aziud. Videns ſignum vel litteram. heb. maaziuth.

עֲזִיזָא Aziza. Fortitudo: aut fortis.

עַזְמָוֶת Azmáueth. Fortis mors: ſiue hircus aut fortitudo mortis.

Azmoth. Idem.

זָנוֹחַ Azone. Obliuio: ſiue abiectio: aut iſta requies vel conſola tio. heb. zanóa.

Azor. Adiutor: vel accinctus: aut ſyriace conuerſus. D.

אַשְׁדּוֹדִי יוֹת Azotide. Hebraice dicitur aſdodioth: & interpretatur dep datrices: ſiue ignis dilectionum.

אַשְׁדִּים Azotii. In hebreo dicitur aſdodim: & interpretatur depdã tes: ſiue ignis dilectorum vel patruorum.

אָשְׁדּוֹד Azotus. Hebraice dicitur aſdod: & interpretatur depreda tio: ſiue ignis dilecti: aut ignis patrui.

עַזְרִיאֵל Azriel. Adiutorium dei: ſiue atrium dei.

עֲזוּבָה Azuba. Derelicta: ſiue deſerta: aut fortitudo eius in ea.

עֲזוּר Azur. Adiutus: ſiue adiutor.

חַרְחוּר Azur, Eſd. 2. & Nec. 7. Calefactus: ſiue arefactus: aut ira vel calor albedinis vel foraminis aut libertatis. heb. harhur

De incipientibus a littera. b.

בָּעַל Baal. Idolum: aut dominans: vel ſubiiciẽs: aut poſſidẽs

אַרְבֵּל Baal. Oſee. 10. Vbi dicitur a domo eius qui vindica uit baal: pro eo quod in littera noſtra eſt vindicauit baal: in hebreo eſt arbel: quod interpretatur pugnauit deus: ſi ue vindicauit deus: aut vltus eſt pro deo.

בָּעֲלָה Baala. Idolum eius: aut dominans ei: vel ſubiecta: aut poſſeſ ſa: ſiue in aſcenſione: vel in eleuatione.

בָּלָה Baala. Ioſ. 19. Inueterata: ſiue turbata: aut defluẽs. heb. bala

בַּעֲלַתּוֹ הַר Baaladiud. Duo nomina ſunt. primum baalath quod inter pretatur ſubiecta: ſiue poſſeſſa: aut in exaltatione: vel in a ſcenſione. alterum Iud. quod interpretatur laudans: ſiue confitens. heb. baalath. & Iud.

בַּעֲלַת Baalath. Subiecta: ſiue poſſeſſa: aut in exaltatione: vel in aſcenſione.

בַּעַל בְּרִית Baalberith. Idolũ federis vel pacti: aut ſubiiciẽs vel poſſi dens fedus vel pactũ. ⌈dens diuiſiones.

בַּעַל פְּרָצִים Baalpharaſim. Idolũ diuiſionum: aut ſubiiciens vel poſſi

בַּעַל גָּד Baalgad. Idolum fortune vel felicitatis ſeu exercitus: aut ſu biiciens ſiue poſſidens felicitatem vel exercitum: aut ex hebreo & ſyro idolum ſciſſure.

בַּעֲלָיָה Baalia. Idoli dominus. ideſt deus idoli: vel ſubiiciens aut poſſidens dominus: ſiue in aſcenſu: vel in cenaculo

בְּעָלִים Baalim. Idola: ſiue dñantes: aut ſubiiciẽtes vel poſſidentes

בְּעָלִי Baalim. Oſee. 2. Vbi dicitur & non vocabis me vltra baa lim: interpretatur Idolum meum: ſiue dominans mihi: aut ſubiiciens vel poſſidens me. heb. baali.

בַּעֲלִמְעוֹן Baalmeon. Idolum habitaculi: vel idolum ex pctõ: aut ſu biiciens ſiue poſſidẽs habitaculũ: vel dñium ex peccato.

בְּעָלוֹת Baaloth. Subiecte: ſiue poſſeſſe: vel in aſcenſione.

בַּעַל תָּמָר Baalthamar. Idolũ palme: aut ſubiiciẽs vel poſſidẽs palmã & accipitur hic palma pro arbore: aut idolũ cõmutatiõis: ſiue ſubiiciens aut poſſidens commutationem.

בַּעֲנָה Baana. In reſponſione: ſiue in afflictione: aut in cantico: vel ſyriace deprecatio.

בְּנָעָא Baana. 1. Paralip. 9. In motu. heb. banaa. ⌈heb. bani.

בָּנִי Baani. Filius meus: aut edificatio vel intelligentia mea.

בַּעְשָׁא Baaſa. In factura: ſiue in tinea: aut in cõpreſſiõe: vel ſcruta

בָּבֶל Babel. Confuſio: vel commixtio. ⌈tionẽ tollẽs.

Babylon. Idem.

Babylonia. Idem.

Babylonii. Confuſi: vel commixti.

בַּקְבַּקַּר Bachachar. Vacua vel inanis viſitatio aut matutinatio vel vapulatio: aut inanis vacca. heb. bachbachar.

מַכְבַּנַּי Bachanai. Miſer ſiue pauper filius meus: aut paupertas vel humiliatio filii aut intelligentie vel edificationis. heb. machbanai.

Βακχίδης Bachenor. Ebrius: vel vinoſus. G. νωρ.

Βακχίδης Bachides. Idem. G.

בִּרְקָר Badacher. In compunctione: ſiue in tranſfixione: aut in cõ foſſione: ſiue vectis frigiditatis: vel ſola frigiditas.

© Biblioteca Nacional de España

בָּדָד Badad. Solitarius: ſiue in mammilla: vel in dilectione.
Badadi. Idem. heb. badad.
בְּדְיָה Badaías. Solus dominus: vel vectis domini.
בָּדָן Badan. Vectis: vel ſolus: aut in iudicio.
בַּגָּתָא Bagatha. In torculari.
בִּגְתָן Bagathan. In torculari: aut cibum tribuens.
בַּהֲלִים Bahalis. In letitia: ſiue in arrogantia.
Bahem. In eis: vel cum eis. D.
בַּחוּרִים Bahurim. Electi: ſiue iuuenes: aut in foraminibus vel in li-
bertatib⁹.
בָּלָהָה Bala. Inueterata: ſiue turbata: aut defluens.
בָּעֲלָה Bala. Ioſ. 15. Idolū cius: aut dñans ei: vel ſubiecta: aut poſſeſ
ſa: ſiue in aſcenſione: vel in eleuatione. heb. baala.
בָּלַע Bála. 1. Paralip. 5. Deglutiens: aut deſtruens.
בִּלְהָה Ballaa. Inueterata: ſiue turbata: aut defluens.
בַּעֲלָת Balaad. Subiecta: ſiue poſſeſſa: aut in exaltatione: vel inaſcē
ſione. heb. baalath.
בִּלְעָם Baalam. Vetuſtas populi: vel abſq; populo: ſiue deuoratio
aut deſtructio eorum.
בִּלְחָן Balaan. Inueteratus: ſiue turbatus.
בַּעֲלַתְנָן Balaana. Idoli gratia vel donum: ſiue poſſeſſio gratie vel
doni. heb. báalanan.
בִּלְהָן Balaanan. Inueteratus: ſiue turbatus. heb. balaan.
בִּלָּק Balach. Inuoluens: aut deſtruens: vel cum lambente: aut ſy
riace cum percutiente.
בָּלַע Bálach. Geñ. 36. Deglutiens: vel deſtruens.
בַּלְאֲדָן Baladam. Abſq; imperio: vel abſq; iudicio: aut vetuſtas im
perantis vel iudicii. heb. baladan.
Baladan. Idem.
בִּלְהָן Balam. Inueteratus: ſiue turbatus. heb. balan.
בַּעֲלְחָנָן Bálanan. Idoli gra vel donū: aut poſſeſſor gre vel doni.
בַּעֲלְחָצוֹר Bálaſor. Idoli atriū vel fenū: aut poſeſſor atrii vel feni.
בִּלְדָּד Baldath. Vetuſta dilectio vel mammilla: ſiue inueteratus
motus: aut abſq; motu: ſiue abſq; dilectione vel mammil
la. heb. baldad.
בָּלַע Bale. Deglutiens: vel deſtruens.
Baleite. Idem. plu. nu.
בַּעְלְיָדָע Baliada. Idolū aptū vel manifeſtatū: ſiue poſſeſſor ſcientie
בְּלוֹת Baloth. Subiecte: vel poſſeſſe: aut in aſcenſione.
בַּעֲלְשָׁלִישָׁה Balſaliſa. Idolū tertiū: aut idolū ducis vel principis ſiue po
ſeſſor triū: aut poſeſſor ducatus vel principatus.
בַּלְטְשַׁאצַּר Balthaſar. Abſcondite theſaurizans: ſiue in malleatore the
ſaurizans: vel occulte portans anguſtiam.
בַּלְשַׁאצַּר Balthaſar. Dañ. 5. & 7. & 8. Non portans anguſtiam: vel
non theſaurizans: aut ex ſyro & hebreo ſcrutator theſau
ri. heb. balſaſar.
בָּמוֹת Bamoth. Altaria vel excelſa: ſiue in morte.
בָּמוֹתבַּעַל Bamothbáal. Altaria vel excelſa idoli: aut in morte idoli.
בַּעֲנָא Bana. In reſponſione: ſiue in afflictione: aut in cantico: vel
ſyriace deprecatio. heb. baana.
Banaa. Idem. heb. baana.
בְּנָיָא Banaa. 1. Paralip. 8. In motu.
בְּנָיָהוּ Banái. Filius domini: aut intelligentia domini: ſiue edifica
tio domini. heb. banaia.
Banaía. Idem.
Banaías. Idem.
בְּנֵי Bane. Filii: aut edificantes: ſiue intelligentes.
בְּנָיָה Banea. Filius dñi: aut intelligentia vel edificatio domini.
Bancas. Idem.
בְּנֵיַעֲקָן Banciaacan. Filii tribulationis vel laboris: aut edificatores
tribulationis vel laboris: vel intelligentes tribulationem
vel laborem.
בָּנִי Bani. Filius meus: aut edificatio vel intelligentia mea.
Banni. Idem.

Bannia. Filius dñi: aut intelligentia vel edificatio dñi.
בַּנָיָה Bannia. Eſd. 10. Nutrimentum domini: ſiue arma domini.
heb. zania. זַנָיָה
Baniel. Gratia dei: ſiue requies aut mia dei. heb. haniel. חַנִיאֵל
Baninu. Filii noſtri: aut edificatores noſtri: ſiue intelligen-
tes nos. בָּנִינוּ
Bara. incendium: ſiue expurgatio: aut paſtus בָּעֲרָה
vel iumentum: ſiue inſipientia: vel in vigilia.
Bara. 1. Paralip. 8. b. In ſocietate: ſiue in malicia aut in vlu-
latione: vel in paſtu. heb. baraa. בְּרָעָה
Barrabas. Filius patris vel magiſtri: aut filius confuſionis
vel ignominie. D.
Barach. Fulgur: ſiue in vanum: vel in vacuum. בָּרָק
Baracha. Benedictio: aut genuflexio. בְּרָכָה
Barachel. Benedicens deum: aut genuflectens deo. בְּרָכְאֵל
Barachia. Benedicens dominum: aut genuflectēs domino בְּרָכְיָה
Barachías. Idem.
Barad. Grando: ſiue in deſcenſu: aut in imperio. בָּרָד
Baraia. Creatura domini: ſiue impinguatio aut electio do- בְּרָאָה
mini: ſiue in viſione. ⌈placito. D.
Baraſa. In egeſtate: aut filii plaſmatio: ſiue i curſu: vel in bñ
Báred. Grando: vel in deſcenſione: aut in imperio. בָּרָד
Baria. Sera: vel vectis: ſiue fugitiuus: aut in odore. בָּרִיחַ
Baria. 1. Paralip. 7. & 8. & 23. In malo: ſiue in clamore: aut בְּרִיעָה
in vlulatione: vel in paſtu.
Barieu. Maleficus: vel magus: ſiue in nequitia. D.
Bariona. Filius colūbe: ex ſyro & hebreo. D.
Barnabas. Filius prophete: vel filius conſolationis. D.
Barſabas. Filius reuerſionis vel conuerſionis: aut filiꝰ quie
tis: ſeu filius iuramenti. D.
Barthimeus. btūs hiero. dicit ꝙ corrupte legitur: & debet
ſcribi barſemeꝰ: qđ ſyriace interp̄tatur filiꝰ cecꝰ: vel filius
Bartholomeꝰ. Filiꝰ ſuſpēdentis aquas. D. (cecitatis. D.
Baruch. Bñdictus: ſiue genuflexus. בָּרוּךְ
Barzaith. Filius anguli: aut puritas anguli: ſiue frumentū ⌈anguli. בַּרְזַיִת
Baſa. In malo: ſiue in ſocio: aut in clamore: vel in paſtu: ſiue בָּרַע
Baſaia. In factura dñi בַּעֲשָׁיָה
Baſan. In dente: ſiue in ebore: aut in mutatione: vel in ſom (in cōfractiōe. heb. bara. בָּשָׁן
no ſeu in dormitatione: aut confuſio: vel ignominia.
Baſchama. Confuſio vel erubeſcentia ire vel caloris. D.
Baſchath. Maſa: ſiue inflatio: aut i anguſtia: vel in effuſiōe. בָּצַקַת
Baſemath. Aromata: vel confuſio mortis: aut in deſolatiōe רֹשֶׁמֶת
ſiue in poſitione: aut in nominibus.
Bathuel. Filiatio dei: aut mēſura dei: vel deſertum dei. בְּתוּאֵל
Bauranites. Eligens aq̄s: aut eligēs quis. heb. bauramites. בַּחֲרוּמִי
Bazatha. Cōtēptꝰ: vel deſpectus: ſiue dēpdatio: aut in oliua בְּזָתָא
Baziothia. Cōtēptꝰ vel deſpectiōes eius: ſiue prede eiꝰ: aut בְּזִיוֹתְיָה
in oliua domini. ⌈vel ſyriace deprecatio.
Bean. In afflictione: vel in reſponſione: aut ſcrutatio earū: בְּעַן
Bebai. Pupilla: ſiue concauus: aut vacuus. בֵּבַי
Becbecia. Euacuatio vel diſſipatio dñi: ſiue laguncula dñi. בַּקְבֻקְיָה
Bechetia. Idem. heb. becbetia.
Bechecias. Idem. heb. becbecia.
Bécher. Primogenitus: aut primitie: ſiue in ariete. בְּכַר
Becherite. Idem. plu. nu.
Bechin. In ve. i. in luctu vel in miſeria. ſyrū eſt. heb. beuai. בְּכִי
Béchor. Primogenitus: vel primitie: aut in ariete. בְּכֹר
Bechor. 1. Reg. 9. primogēitura: l̄ primitie. heb. bechorath בְּכוֹרַת
Bechue. Vacuitas: aut euacuatio: vel diſſipatio: ſiue lagun- בַּקְבּוּק
cula. heb. becbuc.
Bedan. Vectis: vel ſolus: ſiue in iudicio. בְּדָן
Beélphegor. Idolum hiatus vel aperture. בַּעַל פְּעוֹר
Beelphegor. Ioſ. 22. In hebreo eſt fogor: & interpretatur פְּעוֹר
apertura: vel hiatus.

© Biblioteca Nacional de España

בַּעַל מְעוֹן Beelmeon. Idoli habitaculum: vel idolum de peccato: aut possessio habitaculi: vel possessio ex peccato.

בַּעַל צְפוֹן Beelsephon. Idolum aquilonis: vel idolum occultum: aut idolum specule: vel possessor aquilonis vel speculationis aut secreti.

בַּעַל טְעָם Beeltheem. Idolum siue possessor saporis vel gustus aut rationis vel eloquii.

בַּעַל זְבוּב Beelzebub. Idolum muscarum: vel possessor muscarum.

בְּאֵרָה Beera. Putei: siue explanatio vel declaratio: aut in luce eius.

בְּאֵרִי Beeri. Puteus: siue explanans: aut declarans: vel in luce: siue in leone.

בְּאֵרוֹת Beeroth. Putei: siue explanationes: vel declarationes: aut in luminibus.

בְּגָוִי Begoai. In corpore meo: siue in gente: aut syriace intrinsece?

Beguai. Idem.

Beggui. Idem.

בְּהֵמוֹת Behemoth. Quadrupedia: siue in ipa mors: aut in tumultu.

בֶּל Bel. Vetustus: aut nihil: siue defluens.

בָּלַע Bela. Deglutiens: siue destruens.

בֶּלֶף Beleb. Mutatio: siue transitus: aut perforatio. heb. heleph.

בֶּלְגָה Belga. Refrigerii: vel confortatio: aut vetustas vultus.

בִּלְגַי Belga. Nee. 10. Refrigerium: siue confortatio: aut vetus vallis. heb. belgai.

בִּלְגָה Belgi. Refrigerii: siue confortatio: vel vetustas vultus. heb.

בְּלִיָּעַל Belial. Peruersus: vel absq; iugo: siue non ascendens.

Belma. Nihilum: aut vetustas nimia. D.

בִּלְשָׁן Belsan. In lingua: aut in detractione: siue vetustas dētis: aut vetus ebur: vel syriace scrutans.

Belsar. Idem. heb. belsan.

אֲבֶל הַשִּׁטִּים Belsatim. Luctus deuiationum siue expansionum: aut luctus spinarum vel minarum. heb. abelsatim.

אֵל תְּכוֹן Belthecen. Dei correctio: siue dei preparatio. heb. eltheceh

בֵּן Ben. Filius: vel edificans: aut intelligens.

בֶּנְאָב נָדָב Benabinadab. Filius patris spontanei: aut filius patris voluentis vel principis.

בֶּנְהֲדַד Benadab. Filius sonitus vel clamoris: aut filius dilecti vel patrui siue mammille. heb. benadad.

בֶּנְחַיִל Benáil. Filius fortitudinis vel exercitus: aut filius diuitiarū vel antemuralis siue doloris.

בֶּנְחֶקֶר Bendéchar. Filius compunctionis vel transfixionis.

בֶּנְחֶסֶד Benéseth. Filius mīe vel opprobrii. heb. benesed.

בֶּנְגֶבֶר Bengáber. Filius viri: aut filius robusti vel potentis.

בֶּנְהִנֹּם Benhennon. Filius diuitiarum suarum: aut filius decipientis vel contristantis eos. heb. benhennom.

בֶּנְחוּר Benhur. Filius libertatis vel foraminis aut albedinis

בֵּנִי Beni. Filius meus: aut intelligentia siue edificatio mea.

Benni. Idem.

בִּנְיָמִין Beniamin. Filius dextere.

בִּנְיָמִן Beniamin. 2. Paralip. 31. c. vbi dicitur eden & beniamin interpretatur de dextera: siue ꝑparatio dexteř. heb. mēiamin

בְּנוֹי Bennoi. Edificatio: aut filiatio: siue in habitaculo meo: aut in pulchritudine.

בְּנוֹ Bennon. Filius eius: aut edificatio vel intelligētia eius. heb.

בְּנוֹנִי Benoni. Filius doloris mei.

בְּנוֹת Benoth. Filie: siue intelligentie: vel edificationes.

בְּנוּי Bennui. Edificatio: vel filiatio: siue in habitaculo meo: aut in pulchritudine.

בְּזוֹתְיָה Benzoeth. Filius separationis: aut filius istius formidinis vel contritionis.

Nabuchodonoſor.i toto hieremía excepto.cap.27.&.28.&.29.a.& 34.&.39.b.& in Ezech.26.&. 29.&.30.pro.nabuchodoroſor.
Nabuſarſathim.pro.nabuſarſachim.
Nabuſeſban.pro.nabuſeſbaz.
Nachor.2.Reg.6.pro.nachon.
Naphei.pro.naphis.
Naphez.pro.nahem.
Naſor.pro.enaſor.
Natalía.pro.attalía.
Nathamelech.pro.nathanmélech
Nathanía.Eſd.10.pro.mathanía.
Nathaníel.pro.nathanel.
Nebaan.pro.nebaaz.
Nebo.Nee.7.pro.geba.
Nebuí.pro.nebu.
Nemroth.pro.nemrod.
Neptalím.pro.neptali.
Neri.Hiere.32.pro.neria.
Nodaía.pro.noadía.
Nophech.pro.nopheth.
Noram.pro.naaran
Noratha.pro.naarátha.

O

OBed.2.Paralíp.15.&.28.pro oded.
Obediel.pro.obed.
Obeth.pro.oded.
Ophal.pro.ophlal.
Ophír.Hiere.10.pro.ophaz
Olympiadē.ad Ro.16.p.olympā.
Orodí.pro.ororí.
Oſía.pro.ozía.
Oſíau.pro.oziáu.
Othím.pro.othní.
Oza.1.Paralíp.16.pro.oſa.
Ozam.pro.oza.
Ozazín.pro.ozaziu.
Ozenzara.pro.ozenſara.
Ozías.1.Paralíp.3.pro.ochozías.
Ozías.Hiere.42.&.43.pro.oſias
Oziel.1.Paralíp.27.pro.ozriel.

P

PEdno.pro.apedno.
Priſca.ad Ro.16.a.& .prīa ad Corínth.16.d.&.2.ad Thimothe.4.d.pro.priſcilla.

R

BAbſaces.pro.rabſares.
Raphaím.1.Paralíp.20.in fine.pro rapha
Rama.1.Reg.30.pro.horma.
Ramoth.Eſd.10.pro.ieramoth.
Rapſaces.pro.rabſaces.
Rapſaces.Hiere.39.pro.rabſares.
Rapſarís.pro.rabſaris.
Rechía.pro.rehía.
Regma.1.Paralíp.7.pro.regina.
Rehem.pro.récem.
Remoth.pro.meremoth.
Reſemophím.pro.mophím.
Rímma.pro.rina.
Rimoth.pro.ierímoth.
Roma.1.Reg.30.pro.arama.
Romethiézer.pro.romemthiézer
Roth.pro.atharoth.

S

SAba.3.Reg.11.d.pro.ſoba.
Sabad pro elzabad

© Biblioteca Nacional de España

Saban.pro.ſabam.
Sabe.pro.ſaue.
Saber.Geñ.46.pro.ſaher.
Sabías.pro.aſabías.
Sabud.pro.zabud.
Sacha.pro.ſachacha.
Sachur.pro.zachur.
Saphan.1.Paralíp.5.pro.ſapham.
Saphata.pro.ſaphatía.
Saíe.pro.ſage.
Salmana.Oſee.10.pro.ſalman.
Salum.pro.ſalu.
Samma.1.Paralíp.3.pro.hoſama.
Samathías.pro.ſamachías.
Sameron.pro.ſameronmeron.
Samroth.pro.ſamoth.
Sanamím.pro.ſananím.
Sanír.Deut.4.pro.ſeon.
Sanír.Iudí.10.pro.ſamir.
Sara.1.Paralíp.1.pro.zara.
Sarahím.pro.ſaharim.
Saraía.1.Paralíp.9.pro ſaaría.
Sareth.pro.ſared.
Saríth.pro.ſarid.
Sarma.pro.harma.
Sarona.pro.ſaron.
Sarſathín.pro.ſarſachím.
Saruch.pro.ſarug.
Saul.1.Reg.13.d.vbí dícitur ad terram ſaul.pro.ſual.
Scharíoth.pro.íſcaríoth.
Scena.pro.ſceua.
Sebechaí.pro.ſebethaí.
Sebenía.Nec.11.pro.ſemeía.
Sebna.pro.ſebnía.
Sechamonites.pro.ſelechāmōites
Sechar.pro.ſeza.
Sechenía.Nec.10.pro.ſebenía.
Sechrí.pro.ſethrí.
Seddo.pro.ſedoch.
Sephan.pro.ſepham.
Sephíphíma.pro.ſephím.
Sephua.pro.ſephu.
Sephupham.pro.ſephuphan.
Seyr.4.Reg.11.pro.ſur.
Seyra.1.Paralíp.7.pro.ſyra.
Sellaía.pro.ſellaí.
Selebím.pro.ſelebín.
Selemau.pro.ſelemíau.
Selmaí.pro.ſemlaí.
Selmon.Nec.7.pro.ſelmaí.
Selo.pro.ſeleph.
Sellum.Nec.3.d.vbí dícitur ſellū filíus colozaí.pro.ſellun.
Sellum.Nec.11.&.12.pro.ſellu.
Semeí.Hiere.26.pro.ſemeía.
Semeías.1.Paralíp.25.&.27.pro.ſemeí.
Semerō.2.Paralíp.13.p.ſemerím.
Semramíte.pro.ſemranite.
Sennaar.Geñ.14.a.vbí dícitur.Et contrá ſennaar regem adame.p ſenaab.
Senía.pro.ſema.
Senním.pro.ſenaním.
Senon.pro.ſeon.
Seor.1.Reg.9.pro.ſeror.
Serím.pro.herím.
Seruch.pro.ſerug.
Seſban.pro.ſeſbaz.
Seſenna.pro.ſeſema.
Sethaí.pro.ſebthaí.
Sethía.pro.ſechía.
Síba.2.Reg.20.in fine.pro.ſíua.
Síban.pro.ſíuan.
Síchar.pro.ſíchem.
Sícelech.pro.ſíceleg.
Sína.Deut.33.& Eccli.48.p.ſínaí
Soba.Geñ.14.pro.hoba.
Sobal.ps.59.& Iudí.3.pro.ſoba.
Sochoth.Ioſ.15.&.1.Reg.17.&.19 pro.ſocho.
Sophat.pro.ſophach.
Soreth.pro.ſorech.
Staburzanaí.pro.ſtarbuzanaí.
Supham.pro.ſephupham.
Sunamítis.Cant.6.&.7.pro.ſulamítis.
Surí.pro.vrí.

T

TAbítacumí.Marc.5.d.pro.talíthacúmí.
Tachaſín.pro.ítachaſín.
Tebon.pro.chebon.
Tethron.pro.cethron.
Títíchus.pro.tychícus.
Tubal.Geñ.4.pro.iubal.

Th.

Thabítacumí.pro.talíthacúmí.
Thacan.pro.thartach.
Thalaſſa.Act.27.pro.laſſea.
Thamnatſare.Iudí.2.pro.thamnatáres.
Thana.pro.thanac.
Thanna.pro.thamna.
Thanam.pro.thanach.
Thannam.pro.thamna.
Thananí.pro.chananí.
Thane.pro.thanach.
Thanes.pro.hanes.
Thantannaí.pro.thathanaí.
Thapſam.pro.thapſa.
Theglatphalaſar.1.Paralíp.5.&.2.Paralíp.28.pro.thelgatphalnáſar.
Theman.Iob.6.& Hiere.25.pro.thema.
Thenath.pro.tenach.
Thethel.pro.thechel.
Thoſan.pro.coſam.
Thubal.Geñ.4.pro.iubal.

V

VAíſatha.pro.vaizátha.
Vraí.pro.íraí.
Vſan.pro.vſim.

Z

ZAban.pro.zauan.
Zabath.pro.zabad.
Zabdías.pro.zabdí.
Zabeth.pro.zabed.
Zachaí.Nec.3.pro.zabaí.
Zadab.pro.zabad.
Zamrí.1.Paralíp.11.pro.ſamrí.
Zamrí.Nec.3.pro.amrí.
Zaraías.1.Paralípo.6.pro.ſaraías.
Zarath.pro.zethar.
Zarce.pro.zaría.
Zaree.4.Reg.25.pro.carée.
Zareth.pro.zared.
Zarías.1.Paralíp.6.pro.ſarías.
Zathan.pro.zatham.
Zethan.pro.zetham.
Zethar.pro.ſethar.
Zíza.1.Paralíp.23.pro.zína.
Zocho.pro.ſocho.
Zomím.pro.zomzomím.

: Finís.

© Biblioteca Nacional de España

Introductiones artis grāmatice hebraice. Et primo de modo legendi & pronūciādi

AD habendam noticiam hebraice lingue: in qua ſcripturam ſacram veteris teſtamenti conſtat eſſe conſcriptā: neceſſaria eſt cognitio artis proprie & peculiaris illius lingue: quam greci grammaticam: latini rem litterari am appellant. Sed quia grammaticam precedit emendata lectio: que ex figuris litterarum cum ſuis vocibus conſtat: ideo imprimis eſt aduertendum viginti duas litteras ſiue prolationes eſſe apud hebreos: figuras vero ipſarum litterarum eſſe viginti ſeptem. Nam quinque illarum duplicantur. quia licet ſeruent eundem ſonū: diuerſis tamen characteribus figurantur. Et etiam quia per eas aliter ſcribuntur principia & media dictionū: aliter fines. Sunt preterea apud eos omnes he littere conſonantes. Et ad deſignandas quinque vocales noſtras vtuntur duodecim apicibus: ex quibus & illis viginti duabus litteris lingue hebraice lectio conſtat. Sed quia littere accidunt tria. Nomen. Figura. Poteſtas: alphabetum hebraicum diſpoſuimus in tribus columelis ſiue ordinibus: in quibus tria illa accidētia e regione verſuum explicauimus. Sed imprimis alphabetum ipſum recto ordine poſuimus.

táu ſi res coph ſádic ſádic phe pe aáin ſámach nū nū mē mē lámed chaph caph iod teth heth záin váu he dálet gimal beth áleph

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ך ל מ ם נ ן ס ע פ ף צ ץ ק ר ש ת

Nomen.		Figura.	Poteſtas.
áleph.	אָלֶף	א	A
Beth	בֵּית	ב	b
Gímal.	גִּימֶל	ג	g
Dáleth.	דָּלֶת	ד	d
He.	הֵא	ה	h
Váu.	וַיִו	ו	v
Záin.	זַיִן	ז	z
Heth.	חֵית	ח	ch
Teth.	טֵית	ט	t
Iod.	יוֹד	י	í
Caph:Chaph.	כַּף: כָּף	כ ך	c ch
Lámed.	לָמֶד	ל	l
Mem:Mem.	מֵם מֵם	מ ם	m m
Nun: Nun.	נון נון	נ ן	n n
Sámach.	סָמֶךְ	ס	s
Aáin.	עַיִן	ע	a
Pe: Phe.	פֵּא פָּא	פ ף	p ph
Sádic: Sádic.	צָדִיק צַדִיק	צ ץ	s s
Coph.	קוף	ק	c
Res.	רֵישׁ	ר	r
Sín.	שִׁין	שׁ	ſ
Táu.	תָּו	ת	th

Sequuntur duodecim ſigna ſiue apices quibus hebrei vtun tur ad deſignādū quīque vocales nras ordine ſupra diſpoſito.

Nomina apicum.		Figura.		Poteſtas.
Pathach.	פַּתָח	ַ	אַ	A
Cames.	קָמֶץ	ָ	אָ	a
Hateph pathach	חָטֵף פַּתָח	ֲ	אֲ	a
Cere.	צֵירֵי	ֵ	אֵ	e
Cegol.	סֶגוֹל	ֶ	אֶ	e
Seba.	שְׁבָא	ְ	אְ	e
Hateph ſegol.	חָטֵף סֶגוֹל	ֱ	אֱ	e
Híric.	חִירִיק	ִ	אִ	í
Holem.	חוֹלָם	ֹ	אֹ	o
Hateph camez.	חָטֵף קָמֶץ	ֳ	אֳ	o
Surec.	שׁוּרֶק	ֻ	אֻ	v
Surec.	שׁוּרֶק	וּ	אוּ	v

De combinatione litterarum.

Et quoniam ex predictis litteris & apicibus qui ſunt ſigna quinq; vocaliū ſyllabe conſtant & fiunt. Ideo ſubditur modus combinādi ipſas litteras ponēdo exēplū in lra beth diſcurrendo per omnes apices & ſigna quinq; vocalium.

bu bu bo bo bi be be be be ba ba ba

בֻּ בֻּ בֹּ בֹּ בִּ בֵּ בֶּ בְּ בֱּ בַּ בָּ בֳּ

Et per hunc modum debet fieri combinatio omnium aliarū litterarum cum predictis apicibus vt ſyllabe fiant: & vt ex ſylla bis fiant dictiones ex quibus omnis oratio conſtat: vt infra dicetur. Sed circa predictas litteras & apices aliqua ſunt notanda Et primo circa litteras eſt notandum q; ex predictis viginti & duabus litteris quīq; ſunt duplices ſcilicet. ך ם ן ף ץ Et ſic ſunt omnes littere viginti & ſeptem quantum ad figuram litterarū Et he quinque littere duplices ponuntur ſemper in fine dictionum: alie vero quinque que ſunt eis conſimiles. ſ. כ מ נ פ צ ponuntur in principio aut in medio dictionum & nunquam in fine. Item ex his quinque litteris que veniunt in fine dictionis: tres veniunt ſine aliquo apice & pertinent ad ſyllabam precedentem ſiue trahuntur a ſyllaba precedenti. ſ. ם ף ץ Alie vero due que ſunt ן ך veniunt aliquando cum apicibus: quarū nun. ן venit aliquando ſine aliquo apice: & tunc pertinet ad ſyllabā precedentem ſicut tres alie ſupradicte. Aliquando vero venit cū apice camez vel pathach & facit ־ן na. Sed littera. ך. chaph nunq; venit ſine apice: & quādo venit cum camez vel pathach tunc facit ־ךָ cha: vt אֵלֶיךָ Elécha. & quando venit cum apice ſeba tunc trahitur a ſyllaba precedenti: vt לְךָ lech. & ſola iſta littera caph licet ipſa proferatur in fine dictionis apex tamen illius non profertur: quod in omnibus aliis que veniūt in fine dictionis nunquā contingit quod apex non proferatur. Item no tandū q; ex viginti & duabus litteris ſupradictis vndecim ſūt ſubſtantiales & nunquā poſſunt eſſe accidentales: que his quatuor dictionibus comprehenduntur מַה סֶּפֶר גֵּזַע אֶדֶק Iſte enī vndecim littere vel quelibet earum in quacunque dictione venerint conſtituunt ſignificatum illius dictionis: & ſunt ex radice primitiua ciuſdem dictionis: ſiue ſcribantur ſine aliquo apice vel cum quolibet apice. Alie vero vndecim poſſunt eſſe accidentales: & comprehenduntur his tribus dictionibus. אֶתְכֶּנָה מְשַׁלִי בּוֹ Iſte vndecim littere vel quelibet earum poſſunt eſſe ſubſtantiales ſicut & alie ſupradicte: & poſſunt eſſe accidentales ad denotandum genus vel perſonam aut caſum ſiue declinationem vel tempus aut cōiugationem: & de hoc plenius dicetur infra. Item notandū q; ex predictis vndecim litteris accidētalibus quattuor poſſunt eſſe nota ſiue ſigna vocaliū: & hoc qū ſcribūtur ſine aliquo apice & nō pferūtur. & ſunt iſte א ה ו י Et tunc littera áleph ponitur communiter in medio vel in fine dictionis pro. a. vocali vt קָרָא Cara & quandoq; ponitur pro e. vel. pro. o. vt רֵאשִׁית רֹאשׁ Reſith Ros. Et iſta littera. ה. communiter ponitur pro. a. in fine dictionis vt גָּלָה gala: & aliquādo ponitur pro. e. vel pro. o. vt פַּרְעֹה ſade פַּרְעֹה pharao. & iſta littera. ו. ponitur pro. o. vel pro. u. tam in medio quam in fine dictionis vt תֹּהוֹם thehom. תֹּהוּ thóhu. & iſta littera. י. ponitur pro. e. vel pro. i. tam in medio quam in fine: vt בְּנֵי bene בְּנִי beni. & quando predicte littere ſcribuntur cū apicibus ſunt vere conſonātes. Si enim vau ſubſcribatur cū apice camez vel pathach hoc modo ־ו. tunc ſonat va: & ſimiliter cum reliquis apicibus

© Biblioteca Nacional de España

ſonat.va.ve.vi.vo.vu.& eodē mō ioḋ cū p̄dictis apicib⁹ ſonat ia.ie.ii.io.iu.& eodē mō iſta lr̄a.ה.cū p̄dictis apicibus ſonat.ha. he.hi.ho.hu. De lr̄a aleph dictū eſt ſupra. Itē notandū qđ qñ due lr̄e ex quattuor ſupradictis que poſſunt eſſe ſigna vocaliū poſite ſine apice veniunt in fine dictionis: prima earū nō p̄fertur:ſecūda vero profertur ſicut cōſonās:& trahitur a ſyllaba precedēti.vt גּוֹי goí בָּנָיו banáu.& qñ ſola ioḋ vel vau ponitur poſt lr̄am ſubſcriptam cū camez vel patha tunc illa littera ioḋ vel vau trahitur a ſyllaba p̄cedēti vt צַו ſáu בָּנַי banái.& qñ poſt vau vel ioḋ ſequtur vau cū apice ſurech :tūc illud vau vel ioḋ p̄mū eſt cōſonās & ſonat.vu.ſiue.iu.vt קִיּוּ chíuu חַי haiu. Itē nota q̄ aliqñ veniunt ioḋ & aleph ſiue vau & aleph. ſine apice in fine dictionis & ambe non proferuntur vt הִיא.hí.

De prolatione litterarum.

Prolationis ſeu ſonus lr̄arū poſſumus habere aliquā cognitionē ex lr̄is latinis e regiōe poſitis in pr̄cipio huius tract⁹ :licet ad hūdā integrā cognitionē op⁹ eſſet viua voce:quia ſunt aliq̄ lr̄e hebraice quarū ſonus nō pōt ex primi lr̄is latinis:quia nō hñt latini talē p̄lationē:eo quod p̄ferūtur in gutture. Sunt enī que ſequūtur ה ח ר ע .ideo neceſſe ē vt predicte littere deſignētur p aliq̄s litteras latinas. Ponemus itaq̄ pro cheth.ח.ch.& pro aáin.ע.a.& pro he.ה.h. Preterea sūt tres lr̄e hebraice q̄ exprimūtur per.ſ.latinū.& ſunt que ſequuntur ſámach.ס.ſádic.צ.ſin.שׂ.cū apice ſebóleth:& ſín .שׁ.cū apice ceból̄eth. Que cū apud hebreos ſint diuerſe tā figura quam ſono:oportet vt apud latinos aſſignetur aliqua diferētia. Profertur itaq̄.ס.ſámach dētibus ſicut apud latinos.c.cū vocali.e. vel.i.& littera.צ.ſádic p̄fertur fortius extrictis dētibus .שׂ.ſín vero cū apice ſibólet p̄fertur ſicut apud latinos ſimplex. ſ .ſed ſi p̄dicta littera.שׁ.ſcriberetur cū pūcto cebólet tūc profertur ſicut.ס.ſámach. Eſt enim ſebóleth pūctus ſeu apex quidā poſit⁹ ſupra lr̄a.שׁ. Sín in pte dextera hoc mō.שָׁ. cebólet vero eſt in pte ſiniſtra hoc mō.שׁ.

De dagues.

Habent p̄terea hebrei quēdā punctū ſiue apicē quē dagues vocāt qui ponitur in medio littere ſiue in ventre eius:& tūc illa lr̄a que habet p̄dictū apicē fortius ſonat ac ſi illa littera eſſet geminata. vt מַמְּנִי mimménni:& qñ talis littera ſcribitur ſine dagues tūc p̄fertur blāde & exiliter. ſunt preterea ſex lr̄e que poſſunt habere dagues ſiue raphe: eſt enim raphe apex quidā ſimilis apici patha ſupra litterā poſit⁹ hoc mō בְּגַדְכְּפַת iſte enī lr̄e fortius ſonāt cū predicto puncto dagues quā cū raphe:& in quattuor earū mutat ſonū ipſarum.ſ.in his.ב.כ.פ.ת. Nā beth cū p̄dicto apice dagues ſonat ſicut beth duplicatum: vt אַבָּא Abba.& cū raphe vel ſine dagues tendit ad ſonū u.cōſonantis.& lr̄a כ ſonat ſicut.q.latinū:& ſine dagues ſonat ſicut chi grecū.& פ ſo cū p̄dicto apice dagues ſonat ſicut. pe. latinū:& ſine illo ſonat ſicut.ſ.& thau.ת.cū dagues ſonat ſicut.t. & ſine illo ſonat ſicut thita grecū.& qñ predicte littere veniunt ſine dagues ſonant blande & exiliter ac ſi eſſent ſcripte cū raphe. Ponitur etiā predictus punctus dagues propter alias cauſas de quibus infra dicetur. Sunt preterea quinq̄ littere q̄ non recipiunt predictum apicem dagues: & ſunt que ſequuntur.

א ה ח ע ר

Sed in littera.ה.aliquando ponitur predictus pūctus in medio hoc modo.הּ. Et tunc fortius ſonat & vocatur p̄dictus punctus mapich & non dagues:& communiter ponitur ad denotandum genus femininum tertie perſone ſingularis numeri. De littera.ר.res.

De prolatione littere res.ר.eſt notādum q̄ in pr̄incipio dictionis ſonat ſicut duplex.rr.vt רֹאשׁ rros רֵאשִׁית rreſith. Sed ī medio vel in fine dictionis ſonat ſicut ſimplex.r.vt בְּרֵאשִׁית bere ſit שֹׁמֵר Samar.

De locis in quibus littere formātur:ſecundū hebreos.

Sex viginti & duabus litteris ſupradictis quattuor ſunt q̄ proferuntur labiis.ſ.ב.ו.מ.פ.& quinq̄ proferuntur dentibus ר.ל.נ.ת.ס.צ.ז.ש.& quinq̄ proferuntur lingua.ſ. & quattuor palato.ſ.י.ג.כ.ק.& quattuor gutture.ſ.א.ה.ח.ע. Ex p̄dictis vigīti duab⁹ lr̄is q̄ttuor sūt ſimiles ī figura aliis q̄ttuor & ī̄ō cauendū eſt lectori ne in illis decipiatur.ſunt enī he בגרם q̄rū ſimiles ſunt כנרס Que cū multū diferant inter ſe nomine & prolatiōe:diferūt etiā in figura in hoc:quia quattuor prime declinātad quadrangulū vel ſemiquadrangulū.alie vero declinātad circulū vel ſemicirculū. De apicibus.

Dictum eſt ſupra de litteris:nunc vero circa apices & eorū officia aliqua ſunt notanda : & primo de apice patha.

Dictū eſt q̄ patha ponitur pro.a.vocali . circa quod notandū q̄ cū in fine dictionis ſubiicitur his duabus litteris.ה.ע.vocalis que per patha deſignatur preponitur: heth atq̄ aáin poſtponūtur:q̄ eſt cōtra naturā aliarū litterarū & apicum:quia ſp in prolatione apices conſonantibus poſtponuntur:eſto exēplī cauſa verbū hoc יְשׁוּעַ ieſúaa hoc eſt ieſus: in quo prius profertur patha quā aáin: & in verbo רוּחַ rúach. í.ventus ſiue ſpiritus in quo patha prius profertur q̄ heth.habentq̄ huiuſmodi noīa ſemper accētum in penultima.qđ ſi addatur his noībus he littera vt diſtinguatur maſculinū a femini no:aut referat p̄nomē femininū:tūc ad regulā ſyllabicandi generalem recurrēdū eſt.vt ſi ad יְשׁוּעַ ieſúa addatur littera he fit יְשׁוּעָה ieſuaa:quod eſt ſaluatio:proferturq̄ ieſuaa regulariter: eodem modo de רוּחַ rúach ſi addatur littera he fit רוּחָה rrucha quod eſt ſpiritus eius.ſ.rei generis feminini.& pari modo de ſimilibus. De camez.

Sl in dictiōib⁹ diſyllabis vel polyſyllabis ſeba ſequtur aut p̄cedit apicē camez:tūc camez plerūq̄ p̄fertur ſicut holē:vt in hac dictiōe חָכְמָה .í.ſapiētia:vbi ſeba poſtpōitur camez. p̄ferēdūq̄ eſt chochma.& ī verbo אֶשְׁמֹר .í.ſeruabo vbi ſeba p̄cedit camez:legēdūq̄ eſt eſmor. Eſt p̄terea dictio mono ſyllaba בָּל .í.oīs:vtriuſq̄ gñis & numeri q̄ ſcribitur per camez & accentū quē hebrei vocāt macaph:& p̄fertur quaſi p holem col. Preterq̄ duobus in locis ſacre ſcripture:vbi neq̄ ſcribitur per accētū macaph neq̄ legitur per holē ſed regulariter legitur cal.primus locus eſt.ps.34. כָּל עַצְמֹתַי תֹּאמַרְנָה .í. oīa oſſa mea dicent.alter locus eſt.Prouer.19. כָּל אַחֵי רָשׁ .í.omnes fratres pauperis. De ſeba.

Vius apicis complura ſunt officia:primum eſt de quo dictum eſt ſuperius:quod pōitur loco.e.vocalis.ſcilicet quando venit in principio dictionis. ſed quādo venit in medio dictionis tunc ſeba non profertur : & littera cui ſubſcribitur trahitur a ſyllaba precedenti.vt אֶפְקֹד Epdcod. ídeſt viſitabo. מִרְיָם miriam. ídeſt maria. que regula tribus in locis fallit. Primo ſi littera cui ſubiicitur ſeba continet dagues . tunc enim ſeba profertur in.e.vt in dictione אִתְּכֶם íthechem. ídeſt vobiſcum. Secundo cum duo apices ſeba ſibi ipſis ſuccedunt: quia tunc prior ſilet: & poſterior profertur in vocalem . e. vt יִפְקְדוּ iphchedu. ídeſt viſitabunt. בֶּלְטְשַׁאצַּר Beltesaſar. Tertio cum eadem conſonans geminatur atq̄ prime earum ſubditur ſeba:tunc enim euphonie cauſa ſeba p̄fertur.vt רָנּוּ Ranenu. ídeſt exultate. Dicunt preterea aliqui hebrei quod ſeba plerumq̄ fungitur aliorum apicum officio.idq̄ duobus modis. Primo cum poſt ſeba ſequitur ioḋ cum aliquo apice tunc enim ſeba p̄fertur quaſi hiric vt בְּיַד biiad. ídeſt in manu. vbi ſeba ſuppoſitus beth littere legitur quaſi hiric. Secundo cum ſeba ponitur in pr̄incipio dictionis & accentus collocatur in eadem ſyllaba & ſequitur littera que non ſit vocalis quocunq̄ apice illi ſubiecto:tunc enim ſeba profertur quaſi patha.vt בָּמְקֹהֲלוֹת Bámacheloth. ídeſt in eccleſiis.

De apice cere & cegol.

© Biblioteca Nacional de España

SI duo apices distant inter se: quod ī prolatione cere nō protenditur: & cegol immoratur: maxime quando venit in principio dictionis polysyllabe: in penultima. inter cere quoq; et seba est diferentia quod per alterutrum mutatur verbi significatio vt מֵתִים Methim per seba significat viros: & cum cere significat mortuos. distat quoq; cegol a cere quod in hac dictione אֵל el. i. deus scribitur per cere. in hac vero particula אַל el que est articulus datiui casus vel ponitur pro ista prepositione ad vel in: scribitur cum cegol vt אֶל הָאִישׁ el hais. i. viro siue ad virum. est & aliud officium cere quod in nominibus masculinis numeri pluralis quibus iungitur genitiuus possessionem significans semp subiicitur in fine dictionis vt בְּנֵי אַבְרָהָם .i. filii abraham. Sed de hoc in alio loco dicetur commodius.

De surech.

SVrech apicis duo sunt genera: alterū in quo tria puncta scalariter descendunt hoc modo ׂ appellaturq; קִבּוּץ שְׂפָתַיִם .i. coniunctio labrorum. alterum cum vau apponitur punctū ad latus sinistrum hoc modo וׂ & differunt inter se q surech prior nunq; ponitur in fine dictionis nisi alia littera sequatur. surech vero posterior venire potest in quocunque loco.

De dagues.

DAgues qui apicib⁹ annumeratur multis fungitur officiis. Primū est de quo supra diximus q in quacunq; littera ponitur fortius sonat illa littera ac si esset duplicata. Secundum est q ubi ex regula memorata q seba silet cum subiicitur priori ex duabus consonantibus que veniunt in medio dictionis: si consonans illa prior habet dagues nihilominus profertur. vt in Exo. ıϛ. מִקְדָּשׁ Micedas. i. templum: quod alias dicitur מִקְדָּשׁ Micdas. Ponitur etiam aliquando euphonie causa. Tertium est cum apponitur in supplementum alicuius littere. vt וַיִּתְּקַח vathichach. i. accepit: in quo verbo dagues ponitur ad supplendū. ל. lamed litterā pro וַיִּתְלְּקַח vatilchach. quia eius primitiuum est לָקַח lachach. vbi lamed est littera substantialis. Quartum. cum ponitur differentie causa in significatione. vt in dictiōe אַמָּה Ama. si mem enim nō habet dagues significat ancillam. si autē habet: significat cubitum. & יָמִים .ia mim si non habet dagues significat dies. si habet significat maria. Quintum. emphaseos id est vehemētie causa quod presertim in verbo accidit. vt פָּקֹד Piched. i. visitauit: quod est verbum secunde coniugationis: in quo littera media hoc est coph habet dagues per quem significatur quam diximus vehementiam. vt plenius dicetur vbi de verbo. Estq; aduertendum quī q; litteras finales non recipere dagues: preter chaph. que cum recipit dagues efficitur exilis atq; accedit ad sonum coph.

De accentu.

NOstea quā lector didicit ex litteris cōpingere syllabas & ex syllabis dictiones: opus est vt cuiq; syllabe suum accentū accōmodet. est aūt accentus: vt a grammaticis definitur: certa lex vel regula ad eleuādam vel deprimendā cuiuscp dictionis syllabam. Nam id est naturale atq; omnibus linguis & nationibus cōmune: vt quasdā syllabas attolant: isq; dicitur acutus accentus: quasdam rursus deprimant. isq; est accentus grauis. Greci & latini habent etiam accentū circunflexum: atq; eo forsitan hebrei non carent: qui habent innumeras uocum flexiōes: sed ille ad cantū potius quā ad lectionē pertinēt. Nos itaq; in hebreo sermone duos tātū notauim⁹ accētus: acutū & grauē: cum presertim circunflexus nec ab ipsis quidē grecis & latinis percipiatur. legitur acutus accētus in qualibet dictione atq; ex ea causa dicitur accētus dictiōis: quia vnaqueq; dictio habet suū accentū per quē distinguitur ab alia dictiōe: vt sit accētus quasi forma vel potius anima dictionis. Accentus vero grauis non dicitur accētus dictiōis sed accētus syllabicus hoc est illius syllabe quā deprimit. Ex quo fit vt in vna dictiōe non possint esse duo accentus acuti: nō magis quā in vno corpore due anime. At accentus graues bene possunt esse plures tot scilicet quot sunt syllabe dictiōis: preter illam in qua collocatur accētus acutus. Qui aut collocatur in vltima dictiōis syllaba aut in penultima aut in tertia a fine. quod & omniū natiōnū linguis fere accidit. Sed hoc est hebreorū sermoni peculiare: quod plures dictiones in fine acuūt. paucas vero accentu in penultima vel in antepenultima proferūt. Et quia vt diximus illorum varios accentus magis ad suos cātores quā ad nostrorum hominū lectionē pertinent: duos tantū memoratos accentus precipimus obseruandos: hoc est acutū & grauem. nā circunflexū valere sinimus. Atq; omisso graui qui omnibus aliis syllabis cōuenit. acutū qui dictionis accentus est fecimus notari per virgulam sursum ascendētem: ita tamen vt ratione hebreorū qui econtrario legūt cp nos paululū declinet ad sinistrā ecōtrario quā designatur a grecis & latinis ī hūc videlicet modū. ׀ idq; tātū in penultimis aut antepenultimis dictionū hebraicarū syllabis: de quibus poterat esse dubitatio quo accentu essent proferēde. Nam de vltimis vulgo persuasum erat omnes in fine debere regi accentu acuto. & quoniā ars circa difficile versatur in vocabulario hebraicarū dictionū: quod imprimēdum curauim⁹: & in veteri instrumēto quod molimur im primere: hāc rationē obseruari precepimus vt in dubiis tantū accentibus hac nota vterentur. Apud hebreos tamen vbi videris aliquē ex illorū accentibus: ibi collocandus est dictionis accētus. q̄d si in eadē dictiōe duos videris signatos accētus in priori syllaba collocabitur accentus.

De punctis.

ET quia ratio pungendi scripturā nō minus ad lectionē quā ad intellectū illi⁹ pertinet: visum est hoc in loco aliquid de punctis dicere: quibus lectio ipsa distinguenda est cū p̄sertim hec pars ab hebreis nō sit neglecta. Sed illi complures alios habent accentus: qui magis ad cantū siue modulationē suam pertinent cp ad intellectū sacre scripture: idcirco nos duobus tantū vtemur qui sunt vsu apud latinos comate q̄d hebrei vocāt אַתְנָח Athnach .sic. ׀. & colo q̄d hebrei vocāt סוֹף פָּסוּק Soph pasuc. sic. : . quibus et hieronymus dicit prophetas esse distinctos. vt per cola inquit scribantur & comata. quā pungēdi rationē solā in testamēto veteris impressione obseruari iussimus. Et sic de pungendi ratione atq; ex inde de toto legendi modo hec fuerit satis.

Sequitur de aliis partibus grāmatice hebree & primo de partibus orationis.

QVemadmodū ex litteris colligitur syllaba: & rursus ex syllabis dictio. ita ex dictiōibus cōponitur oro. Sunt itaq; dictiōes: ptes orōnis: quas alii plures alii pauciores posuerūt tam ex grecis cp ex latinis. hebrei tres tantū ennumerant. שֵׁם sem. i. nomē. פָּעַל póal. i. verbū. מִלָּה milla. i. dictionē. milla ponitur ab illis p eo q nō est nomē neq; verbū: cū alioquin milla sit dictio q̄ cōplectitur oēs partes orōnis ex doctrina illa vulgata apd dialecticos & philosophos. q cū species nō habet nomē: appellatur generis nomine. & hebrei ad nomē referūt pnomē. ad verbū participiū. ad dictionē alias partes orōnis indeclinabiles. s. ꝓpositionē aduerbiū interiectionē cōiunctionē & articulū. Greci vocant articulū arthron q apud illos ē pars orōnis q̄ addita nomini ostēdit cui⁹ generis sit: quēadmodū in sermone hispano dicim⁹. el. la. los. las. Sed hebrei nō vtūtur articulis ad designādū gen⁹ sed potius emphatice ad ostendendū. s. quādam vehementiam siue aliqd aliud de quo videni⁹ in vocabulista in pricipio littere. he. & sic apud illos erūt nouem partes orōnis quas reducūt ad tres partes supradictas. quem diuidendi modū in tres partes orōnis Aristotiles quoq; secutus est ponens nomen verbum & sincathegoreuma. & ad istas tres partes reducit omnes alias. nam ad nomē refert pro

© Biblioteca Nacional de España

nomen & articulum. ad verbum simul cū nomine refert participiū. ad sincathegoreuma. i. partē orōnis consignificatiuā refert reliquas partes orationis indeclinabiles. his in genere dictis de nouem partibus orationis quas habent hebrei: restat vt de singulis dicamus: atq; imprimis de nomine.

De nomine.

NOmen est quod significat substantiam siue accidens sine tempore: & habet casus: licet apud hebreos nō declinetur. Duplex itaq; est nomē: substantiuū & adiectiuū. substantiuū est: quod per se subsistit. vt אִישׁ ideſt homo. adiectiuum est quod alteri adiicitur: vt אִישׁ טוֹב hoc est humanus bonus. טוֹבָה Bonus bona. Igitur nomini hebraico septem accidūt. q̄li tas. species. figura. genus. numerus. persona. casus. Qualitates nominum due sunt: propria & appellatiua. Proprium nomen est quod vni tantum conuenit: vt אַבְרָהָם Abraham שָׂרָה Sara. Appellatiuum nomen est quod pluribus cōuenit. vt אָדָם ideſt homo quod conuenit petro & iohanni. quanquā & adam non solum est nomen appellatiuum: sed aliquando est etiam proprium: vt cum dicitur de solo primo parente. Species nominū due sunt. primigenia & deriuatiua. Primigeniū nomē est illud quod non habet aliud antiquius vnde deriuetur. vt אִישׁ. i. vir. Deriuatiuum est: quod ab alio priori deriuatur vt אִשָּׁה ab אִישׁ hoc est virago a viro. figure nominū due sunt. simplex & composita. Simplicis figure nomen est: quod non pōt diuidi ī partes significatiuas eius quod integrum significabat: vt adam in a. & dam. cuius altera pars nihil significat. Compositę figure nomen est: quod potest diuidi in partes significatiuas eius qđ integrum significabat. vt abraam: ex ab quod interpretatur pater: & ram celsitudo מַלְכִּי צֶדֶק melchisedec. i. rex iustitie. Genera nominum quinque sunt. Masculinum. femininum. Cōmune duorū. dubiū. promiscuum. Masculini generis nomen est quod maribus conuenit aut ad masculorū voces refertur. vt אַבְרָהָם abraam. אִישׁ vir. דָּבָר verbum. femininum est quod feminis conuenit: aut ad feminārum voces refertur. vt חַוָּה eua. אִשָּׁה mulier תּוֹרָה Lex. Cōmune duorū est quod tam maribus quā feminis conuenit. vt אָדָם ideſt homo חַיִל fortis. s. vir aut mulier. Dubium est quod aliquando profertur genere masculino aliquādo femininо. vt רוּחַ ventus שֶׁמֶשׁ sol. quod cū apud grecos & latinos rarum sit: apud hebreos latissime patet. Promiscuum genus: quod greci epicenum vocant: est illud quod sub vna terminatione vtrūq; sexū cōplectitur. vt נָמֵל pro camelo masculo siue femina. & יוֹנָה pro columbo & columba. Numeri nominum apud hebreos quemadmodū & apud grecos tres sunt. Singularis qui de vno loquitur. vt אִשָּׁה אִישׁ vir. mulier. Dualis qui de duobus loquitur: cuiusmodi sunt que fere nunquā reperiūtur nisi paria. vt עֵינַיִם oculi. אָזְנַיִם aures מָנַיִם manus. רַגְלַיִם pedes. Pluralis est qui de pluribus loquitur: de quibus etiam paulo post. Persone nominum tres sunt. Prima que de se loquitur vt אֲנִי ideſt ego. Secunda ad quam prima loquitur. vt אַתָּה ideſt tu. Tertia est: de qua prima loquitur. vt הוּא. i. ille: & omnia alia nomina. Sed de persona quod est accidēs cōmune nomini pronomini & verbo commodius vbi de pronomine agetur. Casus apud hebreos non distinguntur terminationibus: quemadmodū apud grecos & latinos: sed aut coordinatione: vt salomon filius dauid: ordo ostendit dauid esse casus genitiui. aut ostenditur prepositione articulari. vt psalmus le dauid. illa prepositio le ostendit dauid esse casus datiui vel gti. Sed de hoc infradicetur cū de casu disputabitur. Declinationes quoque apud eosdē nō distinguntur nisi ex singulari numero in pluralem. vt sit prima declinatio nominum masculinorū: que in plurali mittūt numerū multitudinis in im. vt אִישׁ vir. אִישִׁים viri. Secunda declinatio femininorū: que mittūt eū dē numreū multitudinis in. oth. vt אִשָּׁה אִשּׁוֹת mulier mulieres. Patitur tamen hec regula exceptionem. nam & masculina exeunt aliqñ in oth. atq; e diuerso feminina in im. vt suo in loco postea dicetur.

De nominum deriuatiuorum specie.

QVas esse diximus noīn spēs primitiuā & deriuatiuā. Sed deriuatiuorū sunt rursus multe differentie. Patronymica: que noīa patrū signānt. vt a יְמִינִי בִּנְיָמִין beiami iemini pro filio beniamin: aut aliquo vno ex descēdētib⁹ ab illo. Gētilia: que gentē aut nationē aliquā designāt. vt ab אֲרָם aram arami. hoc est a syria syrus. Possessiua: hoc est que signānt quātū gtūs sui primigenii vnde deriuātur. vt a נָחְשׁוֹן. ideſt ab ere ereus. que omnia noīa supradicta patronomica & gentilia eādē propemodū hñt formationē: nā termināntur in. i. iota. formāturq; a primigenior⁹ suorū terminatiōe si est consonās addita. i. littera. vt ab israel israeli. Si vero desinūt in he. aut he mutatur in nun & additur. i. iota. vt שְׁאַלְתִּיאֵל aut nihil mutatur sed primigeniū ponitur pro deriuatiuo. vt a יְמָנָה pro viro descendente ex genere imna. Quod si nomina primigenia desinunt in iod: deriuatiua nihil mutant: sed ponūtur pro illis. vt leui de leui. nepthali de nepthali. greci tamen & latini dicūt leuita. nepthalita. Que noīa sub hac terminatiōe gñis sunt masculini. nā feminina desinūt in. ith. formāturq; a masculinis addita tau. vt ab aramī aramith. ab israeli israelith. Sunt quoq; noīa q̄ cū nō sint patronymica nec gētilia hñt tñ illorū formā. vt רְאוּבֵנִית. i. prīcipiū. Estq; aduertēdū quod hmōi patronymica plerūq; in plurali recipiūt alterū iod. vt פְּלִשְׁתִּי פְּלִשְׁתִּים. מִצְרִי מִצְרַיִם. i. egyptius egiptii palestin⁹ palestini. Denominatiua quoq; sunt apud hebreos quemadmodū & apud nos: sic dicta quod a noibus deriuantur vt a צֶדֶק צַדִּיק. i. iustus a iusticia רֶשַׁע רָשָׁע. i. malus a malicia. Diminutiua noīa hoc est a suis primigeniis diminutionē significantia non sunt apud hebreos: sed circūloquūtur illa per hoc nomē קָטָן siue קָטֹנָה quod est paruū. vt hec: אָדָם קָטָן. i. homo paruus hoc est homūcio. עִיר קְטַנָּה. i. ciuitas parua. Cōparatiua quoq; noīa no sunt apud eos. circūloquūtur tñ ea p hoc aduerbiū יֹתֵר. i. magis: & nomē adiectiuū qđ signāre pōt magis & minus. & id ad quod fit cōpatio ponitur cū p̄pone. מִ vel. מִן cū cere vel hiric. vt דָּוִד צַדִּיק יוֹתֵר מִשְּׁלֹמֹה dauid magis iustus salomone. & יוֹחָנָן צַדִּיק יוֹתֵר מֵאֲבִיָה. i. ioānes magis iustus abia. & aliqñ fit cōparatio sine aduerbio יוֹתֵר cū sola prepositione מִ vel מִן addita nomini cui fit cōpatio. vt צַדִּיק מִמֶּנִּי. i. iustior me. טוֹב מִמֶּנּוּ. i. melior illo. Suplatiua preterea illi nō hñt: sed circūloquuntur ea p hoc aduerbiū מְאֹד meoth: qđ signāt nimis siue valde & nomē adiectiuū qđ signāre pōt intēsionē & remissionē. vt וְדָוִד צָדִיק מְאֹד. i. dauid iustus nimis vel iustissimus. sed cū exprimitur is ad quē fit superlatio: cōstruitur eodē mō quo cōparatiuū: hoc ē cū p̄positiōe מִ vel מִן vt Nu. 12. עָנָו מְאֹד מִכָּל הָאָדָם. i. mitissim⁹ oīm hoīm. Verbalia quoq; noīa sūt apud hebreos. i. q̄ a verbis deriuātur. vt ab אָהַב אַהֲבָה. ideſt amor abamo. as. Illud vero qđ nos per nomē verbale dicim⁹: qa signāt actionē verbi: a quo deriuatur & participiale: qa formatur ab eiusdē verbi participio. vt amator, i. q amat: illi per participiū exprimūt. vt אֹהֵב. i. amans.

De numeralibus.

QVnt & alie spēs noīm tā primitiuorū q̄p deriuatiuorū q̄ lia sūt nūeralia: q̄ qa in freq̄nti sūt vsu: & nō nihil varietatis hñt: qđ in artē redigi debeat: aliqd de his hoc inloco dicēdū ē. ac primū de nūeralib⁹ simplr. Estq; aduertēdū qđ noīa nūeralia sūt adiectiua & p̄ter vnū & duo plis nūeri. Itaq; a trib⁹ vsque ad decē masculina desinunt in he līam: & nonnū quam in tau: sed tunc possunt etiam femininis iungi. Atqui feminina in tau aliquando desinunt: & nunquā in he. hoc mō.

אֶחָד אַחַת Vnus vna.
שְׁנַיִם שְׁתַּיִם Duo due.

© Biblioteca Nacional de España

שְׁלֹשָׁה שְׁלֹשֶׁת שָׁלֹשׁ Tres mares.&.f.
אַרְבָּעָה אַרְבַּעַת אַרְבַּע Quattuor mares.&.f.
חֲמִשָּׁה חֲמִשֶּׁת חָמֵשׁ Quinque mares.&.f.
שִׁשָּׁה שִׁשֶּׁת שֵׁשׁ Sex mares. &.f.
שִׁבְעָה שִׁבְעַת שֶׁבַע Septem mares.&.f.
שְׁמֹנָה שְׁמֹנַת שְׁמֹנֶה Octo mares.&.f.
תִּשְׁעָה תִּשְׁעַת תֵּשַׁע Nouem mares.&.f.
עֲשָׂרָה עֲשֶׂרֶת עֲשַׂר Decem mares.&.f.

Aduertendum tamen est: quod aliquando in numero designãte vnum gñis masculini: p apheresin aufertur áleph vt Ezech. 33. וְדַבֵּר חַד אֶת אֲחַד hoc ẽ. & dicũt vnus ad alterũ. Aliqñ p apocopẽ aufertur dáleth a fine. vt Ezech. 18. וַעֲשָׂה אַחַת מֵאֵלֶּה hoc est. & fecerit vnum de istis. Sunt tñ qui dicãt quod hoc verbum אַת sit frater: vt sit sensus & fecerit fratrivnum ex his. & cũ numerus multitudinis repugnet vnitati: nihilominus in plurali dicimus. אַחֵרִים. idest vnos. vt latine cum nominibus declinatis pluraliter dicimus vnas litteras vna menia. & vna in genere femínino hoc est אַחַת cũ põitur in fine oratiõis: áleph ponitur subiecto segol pro patha. & heth per camez loco patha. vt Exo. 36. אַחַת אֶל אַחַת hoc est. alteram alteri. ſ. cortine. & numerus septenarius generis masculini aliquando per epẽthesin recipit nun litteram ante he finalem. vt Iob. 42. שִׁבְעָנָה idest septem filii. Notandum preterea quod ab vno vsq; ad quinque ponuntur aliquando numeri non tam vt significent numeros illos: quam vt ostendant illud esse quid minimũ vt tertio. Reg. 17. מְמַשֶּׁשֶׁת שְׁגָלִים עֵצִים hoc est. en colligo duo ligna. duo posuit pro pauca. Ẽ diuerso a quinque ad decem ponuntur aliquando nnmeri non vt illos precise significent: sed vt illius rei crebram repetitionem. vt prouerb. 24. כִּי שֶׁבַע יִפֹּל צַדִּיק. i. septies cadit iustus. vbi septies non tam pro septem vicibus: quam pro sepe siue frequenter positum est. Illud quoq; hoc in loco non omittẽdum: quod ab his nominibus numeralibus figurantur verba denominatiua. vt a duobus diuido. is. pro in duas partes diuidere. tertio. as. pro in tres partes diuidere. quarto. as. pro in quattuor partes. quinto. as. pro in quinq;. sexto. as. pro in sex. A septem & octo & nouem huiusmodi verba non formantur. a decem vero bene formatur decimo. as. de quo in vocabulario pleni? dicetur. Atq; hi quidem numeri simplices sunt: qui vero sequuntur: vsq; ad vndeuiginti componuntur ex eisdem numeris simplicibus & decem prepositio sp minori numero. Sed numeri denarii in gñe femínino hñt in fine he ſkam. masculina vero nõ habent: vt in hac serie patet.

אַחַד עָשָׂר אַחַת עֶשְׂרֵה Vndecim.m.f.
עַשְׁתֵּי עָשָׂר עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה Vndecim.m.f.
שְׁנֵי עָשָׂר שְׁתֵּי עֶשְׂרֵה Duodecim.m.f.
שְׁנֵים עָשָׂר שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה Duodecim.m.f.
שְׁלֹשָׁה עָשָׂר שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה Tredecim.m.f.
אַרְבָּעָה עָשָׂר אַרְבַּע עֶשְׂרֵה Quattuordecim.m.f.
חֲמִשָּׁה עָשָׂר חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה Quindecim.m.f.
שִׁשָּׁה עָשָׂר שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה Sedecim.m.f.
שִׁבְעָה עָשָׂר שִׁבַּע עֶשְׂרֵה Septendecim.m.f.
שְׁמֹנָה עָשָׂר שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה Octo & decem.m.f.
תִּשְׁעָה עָשָׂר תִּשַּׁע עֶשְׂרֵה Nouem & decem.m.f.

A viginti vsq; ad nonagita numeri maiores p masculino gñe & p femínino finiuntur in. ím. in numero plurali. minores vero numeri precedunt maiores. vt vnus & viginti. duo & vigiti. tres & viginti. & eodem modo de aliis.

עֶשְׂרִים Viginti.m.f. אֶחָד וְעֶשְׂרִים Vnus & viginti.
אַחַת וְעֶשְׂרִים Vna & viginti. שְׁלֹשִׁים Triginta.m.f.
אַרְבָּעִים Quadraginta.m.f. חֲמִשִּׁים Quinquagita. m.f.
שִׁשִּׁים Sexaginta.m.f. שִׁבְעִים Septuaginta .m.f.
שְׁמֹנִים Octoginta.m.f. תִּשְׁעִים Nonaginta . m .f.

Aliqñ tñ numerus maior precedit minorẽ: quod fere in esdra repitur. vt שְׁנַיִם וְעֶשְׂרִים. i. septuaginta duo. & ibidem. חֲמִשִּׁים וְאַרְבָּעָה. i. quinquagita q̃ttuor. Deinde a cẽtũ vsq; ad mille numeri maiores ptinẽt ad masculos & feminas. & cẽtenarij nũerus desinit in he vel in tau indifferẽter. ducẽtenarius habet terminationẽ dualis hoc est in. ím. p̃cedente patha vel camez: reliqui oẽs vsq; ad nõgẽtos desinũt in oth. & iunguntur illis numeri minores terminationis femininorum: ita vt precedant illos significentq; masculos & feminas in hunc modum.

מֵאָה מְאַת Centum.m.f. מֵאוֹת Centum.m.f.
מָאתַיִם Ducentum.m.f. שְׁלֹשׁ מֵאוֹת Tercentum.m.f.
אַרְבַּע מֵאוֹת Quater cẽtũ.m.f. חֲמֵשׁ מֵאוֹת Quĩquies cẽtũ.m.f.
שֵׁשׁ מֵאוֹת Sexies cẽtũ.m.f. שֶׁבַע מֵאוֹת Septies cẽtũ. m.f.
שְׁמֹנֶה מֵאוֹת Octies cẽtũ.m.f. תֵּשַׁע מֵאוֹת Nouies cẽtũ. m.f.
אֶלֶף Mille.m.f. אַלְפַּיִם Duo millia.m.f.
אַלְפֵי אַלְפִים Millia.m.f. Sed millia a tribus vsq; decẽ pleruq; veniunt cũ numeris minoribus masculinis desinẽtibus in tau prepositio eodem numero minori in hunc modum.

שְׁלֹשֶׁת אַלְפֵי Tria millia.m.f. אַרְבַּעַת אַלְפִים q̃ttuor millia.
חֲמֵשֶׁת אַלְפֵי Quĩque millia.m.f. שֵׁשֶׁת אַלְפֵי sex millia .m.f.
שִׁבְעַת אַלְפֵי Septẽ millia.m.f. שְׁמֹנַת אַלְפֵי Octo millia .m.f.
תִּשְׁעַת אַלְפֵי Nouẽ millia.m.f. עֲשֶׂרֶת אַלְפֵי Decẽ millia.m.f.

& deinceps ascendẽdo vsq; ad cẽtũ mille. & rursus a cẽtũ mille vsq; ad mille millia idest decies centũ mille. in hunc modum.

עֶשֶׂר אֲלָפִים Vigiti mille. m.f. מֵאָה אֶלֶף Centũ mille . m . f.
אֶלֶף אַלְפַּיִם Mille millia.m.f. Sunt p̃terea & alie denominatiões a nominibus numeralibus que dicuntur multiplicia. vt

שִׁבְעָתַיִם Septuplum. אַרְבָּעָתַיִם Quadruplum.
רִבּוֹא רְבָבָה Decem mille. רִבּוֹתַיִם Vigínti mille.
רְבָבוֹת רִבְאוֹת Multa millia. Aduertẽdum preterea quod nomina iuncta numeris ponũtur aliqñ in singulari cũ nũero plu. & maxie qñ ẽ nomẽ spẽi. vt חֲמִשָּׁה בָקָר. i. quĩq; bos: p quiq; boues. אַרְבָּעָה צֹאן. i. q̃ttuor ouis: p q̃ttuor oues. & hoc fit frequẽtius & q̃si sp ab vndecí & deinceps ascẽdẽdo in infinitũ. vt illa nũero multitudinis iuncta licet ponãtur i singli: nihilominus intelliguntur plalia. vt gen. 7. וְשִׁבְעָה מֵאוֹת שָׁנָה hoc est octingẽti ann?: pro octigẽti anni. & i eo. 32. אַרְבַּע מֵאוֹת אִישׁ. i. quadringẽti vir: p q̃dringẽti viri. Alias cõbinationes numerorũ ex iis que in supioribus dicta sunt: p te ipsum sine precepto re poteris confícere.

De numeris deriuatiuis.

Numeralibus noĩbus deriuãtur noĩa ordinalia hoc est ordinẽ aliquarũ rerũ ab vno aliquo prĩcipio significãtia. & sunt in termiatiõe silia noĩb? patronymicis de quibus supra dictũ ẽ. formãturq; a noĩb?mĩoríb?: a duob? vsq; ad decẽ. Nã prius nõ deriuatur ab vno sed a verbo רִאשׁוֹן qđ ẽ prĩcipiũ. vñ ẽ רִאשׁוֹן p eo qđ ẽ prim?. A secũdo ãt ad decimũ masculina desinunt in. iod. femi. in. ith. & aliqñ in. ia. in hũc modũ.

רִאשׁוֹן רִאשׁוֹנָה רִאשׁוֹנִית Prim?. a. שֵׁנִי שֵׁנִית Secũdus. a.
שְׁלִישִׁי שְׁלִישִׁית Tertius. a. רְבִיעִי רְבִיעִית Quartus. a.
חֲמִישִׁי חֲמִישִׁית Quintus quinta. שִׁשִּׁי שִׁשִּׁית Sextus sexta.
שְׁבִיעִי שְׁבִיעִית Septimus septima. שְׁמִינִי שְׁמִינִית Octau? octaua
תְּשִׁיעִי תְּשִׁיעִית Nonus. a. עֲשִׂירִי עֲשִׂירִית Decimus. a.

Masculina vero plia desinunt in ím p iod simplex & nõnũquã p iod duplex. femínina vero i oth p̃cedẽte iod excepto ptio. vt רִאשׁוֹנִים רִאשׁוֹנוֹת Primi prime. שֵׁנִיִּים שֵׁנִיּוֹת Secundi secũde

Pro nũeris ordinalib? ponũtur nũeri nũerales ab vndecí advigiti & deiceps tã in singli q̃ in pli. tã pro masculinis quã p femininis. in hũc modũ. בְּיוֹם עַשְׁתֵּי עָשָׂר In die vndecimo. בְּיוֹם שְׁלֹשָׁה עָשָׂר i die tredecio. בְּיוֹם שְׁנֵים עָשָׂר i die duodecio. Sed qa ordinalia plerũq; signant vnã aliq̃ portionẽ nũeri grãdioris: partẽ illã hebrei designãt p nũerũ diuidẽtẽ & diuisũ. vt p eo qđ nos dicimus decimus qsq; illi dicunt אֶחָד מֵעֲשָׂרָה hoc est vnus de decem. & pro eo qđ nos due centesime: illi dicunt שְׁנַיִם מֵמֵאָה hoc est duo de centum.

© Biblioteca Nacional de España

Distributiua numeralia cuiusmodi sunt apud latinos bini bine bina: terni terne terna. quaterni quaterne quaterna: nō sunt apud hebreos: designantur tamen per eiusdem numeri gemi-nationem vt pro bini viri: illi dicunt שְׁנַיִם שְׁנַיִם hoc est duo & duo. s. viri. Numeralia quoq; aduerbia nō sunt apud eos: circumloquuntur tamen illa per nomina numeralia & hoc nomen פַּעַם quod vicem significat. vt pro eo quod nos dicimus quater illi dicūt אַרְבַּע פְּעָמִים hoc est quattuor vicibus.

De numeris designandis per litteras alphabeti.

Latini in representandis numeris aliam sequuntur rationem quam hebrei & greci. nam illi per. i. iota designant vnum. per duo iota duo. p tria iota tria. p quattuor iota quattuor. per. v. quintam vocalium quinque. At greci quemadmodum & hebrei per litteras alphabeti per ordinē numeros scribunt. puta per alpha vnū. per beta duo. per gama tria. per delta quattuor. Hebrei quoq; ad eūdē modū sic.

Vnus	א	Triginta	ל	Sunt tamen qui quin-	
Duo	ב	Quadraginta.	מ	gentenarium numerū	
Tria	ג	Quinquaginta.	נ	& deinceps vsque ad	
Quattuor	ד	Sexaginta.	ס	mille per quinque lit-	
Quinque	ה	Septuaginta.	ע	teras finales designa-	
Sex	ו	Octoginta.	פ	rent. puta quingenta	
Septem	ז	Nonaginta.	צ	per ך sexcenta per ם se	
Octo	ח	Centum.	ק	ptingenta per ן octin-	
Nouem	ט	Ducenti.	ר	genta per ף nongenta	
Decem	י	Tercenti.	ש	per ץ Sed hec ratio nu	
Viginti	כ	Quadringenti.	ת	meros designandi nō	

ab omnibus recipitur: sed per litteras alphabeti compositas id faciunt. vt quingenta per תק hoc est per quadringenta & centum. atq; eodem modo de ceteris. Id quoq; non est dissimulādum hebreos vsque adeo: reformidasse prodere nomen illud ineffabile tetragrammaton: vt quotes in numeris designādis aliquot ex illis inciderent: in alias litteras commutarent: que a lios numeros exhibent. vt quindecim qui per יה designari debuerant:: hoc est per quinq; & decem: per טו describerent hoc est per sex & nouē. Sed de numeris in presentiarū satis multa.

De relatiuis.

Relatiuorum nominum duo sunt genera: nam quedam sunt relatiua substantie: quedam relatiua accidentis. Relatiua substantie sunt: que referunt aliquod antecedens substantiuum. vt אַשְׁרֵי הָאִישׁ אֲשֶׁר לֹא הָלַךְ Beatus vir: qui nō abiit: qui relatiuum refert antecedens illud vir: quod est nomē substantiuum. Est autem apud hebreos vnum relatiuum substantie. id autem est aser. que est dictio per se potestq; referre antecedens vtriusq; generis & numeri & cuiusq; persone: neq; declinatur ex singulari nūero in pluralē sed tm̄ p articulos sic. הָאִישׁ אֲשֶׁר בָּא Vir q venit. הָאֲנָשִׁים אֲשֶׁר בָּאוּ Viri qui venerūt הָאִשָּׁה אֲשֶׁר בָּאָה Mulier q̄ vēit. הַנָּשִׁים אֲשֶׁר בָּאוּ Mulieres q̄ venerūt. & eodē mō p alios casus. Est p̄terea alterū relatiuū substātie: qđ nūquā reperitur separatū p se: sed tm̄ in cōpositiōe cū verbo quod sequitur: cuiusmodi est in oratione dominica sic. Pater noster qui es in celis. pro quo in hebreo dicitur אָבִינוּ שֶׁבַּשָּׁמַיִם. שֶׁ non est dictio per se: sed componitur cum verbo quod sequitur בַּשָּׁמַיִם dicimusq; sub vno accētu. שֶׁבַּשָּׁמַיִם Est namq; regula apud hebreos: quod nulla dictio est que vna tantum littera contineatur. Quod si vspiam reperitur huiusmodi particula siue sit nomen siue prepositio siue coniunctio siue articulus: non est censenda dictio per se sed cum verbo sequenti iungitur siue per compositionem siue per appositionē Relatiua accidentis sunt: que referunt aliquod antecedens adiectiuū. vt si dicā ego reddo tibi librū pulchrū qualem mihi tu dedisti: qualem relatiuum est accidentis: quia non refertur ad librum sed ad pulchrum. & huiusmodi relatiua non sunt apud hebreos: circumloquuntur tamen ea per hoc aduerbium כְּמוֹ quod potest interpretari sicut. perinde ac si dicam reddo tibi librum sicut dedisti mihi. Sunt preterea relatiua pronominū: sed de illis differetur vbi de pronomine & de verbo agetur. nunc ad genera pergamus.

De genere nominum.

Genera nominum que apud hebreos diximus esse que: aut cognoscuntur sola natura duce: hoc est sexu quo distinguitur masculus a femina. De quibus nō potest dari regula certior: q̄ quod nomina propria masculorum aut appellatiua ad masculos pertinentia sunt generis masculini: Quodq; nomina propria feminarum aut appellatiua ad feminas pertinentia sunt generis feminini. Quodq; nomina appellatiua que possunt ad masculos & ad feminas pertinere: sūt communia duorum generum hoc est masculini & feminini. Promiscua vero siue habeant sexum cōfusum siue discretum: sunt illius generis in quo proferri consueuerunt. nam sub alterutro genere comprehenditur vterq; sexus. aliquando tamē distinguntur terminatione. vt כֶּבֶשׂ כִּבְשָׂה. i. agnus agna. & tūc cuique terminationi accommodatur suum genus. Que vero sexum non habent: nihilominus necesse est sub alterutro genere proferri: vt nō committamus soloecismum: cum fuerint illis accommodanda nomina adiectiua. aut participia. aut verba. Nam & verbo quemadmodum & nomini accidit genus: vt suo in loco dicetur. Greci huiusmodi nominum genera distinguunt per articulos. Latini qui articulis carent per regulas aut significationis aut terminationis. Hebrei qui neq; articulos habent. vt greci: neq; terminationum regulas ut latini: tribus modis possunt venire in huius rei cognitionem. primo termi natione. Nam feminina plerūq; tribus litteris his אתה terminantur. vt צָבָא militia. בְּרָכָה benedictio. אות littera siue signum שִׁבֹּלֶת spica. Desinentia vero in quamcunq; aliā litteram plerumq; sunt generis masculini: possunt quoq; esse generis feminini: quare ad genus dubium referenda sunt. de terminantur tamen ad certum genus per nomen adiectiuum aut pronomen relatiuum. aut per participium. aut per verbū. que coniunguntur generi femininо: desinunt in he vel in tau. De aliis terminationibus nulla certa ratio tradi potest: cū non nunquam reperiantur duo adiectiua diuersorum generū redditа eidem suppositо. vt in tertio regum. cap̄. 19. וְרוּחַ גְּדוֹלָה וְחָזָק מְפָרֵק. i. spūs grandis & fortis subuertēs. vbi גְּדוֹלָה gnis ē feminini: quia desinit in he. חָזָק vero adiectiuum & מְפָרֵק participium que desinunt in coph generis sunt masculini. Exemplū de verbo possum? habere ex ecclesiaste cap̄. 1. וְזָרַח הַשֶּׁמֶשׁ ideſt oritur sol. Vbi sol generis est masculini. quia verbum precedens est generis masculini. & Nau. 3. זָרְחָה שֶׁמֶשׁ ideſt sol ortus est: vbi sol generis est feminini: quia verbum precedens generis est feminini quia desinit in he. & hic est secundus modus cognoscēdi genus nominis substantiui hoc est per nomē adiectiuum. per pronomē. per verbum. per participium. Tertius modus cognoscendi genus nominis est ex ipsius declinatione: quoniam masculina mittunt numerum multitudinis in im. vt אִישׁ אֲנָשִׁים ideſt vir viri. feminina vero in oth. vt אִשָּׁה אִשּׁוֹת. ideſt mulier mulieres. Sed hec regula non vsquequaq; vera est: nam patitur plerumq; exceptionem: vt in declinatione nominis differemus in. cap̄. sequenti.

De declinatione nominum.

Declinationes nominum apud hebreos non distinguntur nisi a singulari numero in pluralem. que diuersitates quia due sunt tantum: due erunt apud illos nominū declinationes. Prima masculinorum mittentia pluralē in. im. a quacunq; singularis terminatione. idq; duobus modis aut addita im. vt דָּבָר דְּבָרִים ideſt verbum verba. aut vltima littera

© Biblioteca Nacional de España

mutata in im. vt שִׁבֹּלֶת ideſt ſpica ſpice. Secunda decli natio eſt femininorum mittentia pluralem in oth a quacumq; ſingularis terminatione: idq; duobus modis aut addita oth. vt צָבָא ideſt militia militie. aut vltima littera mutata in oth. vt מִלָּה ideſt dictio. dictiones. Sed in hac formatione plerumq; precedentium ſyllabarum vocales mutantur. ſed nō vno modo. Nam monoſyllaba non mutant vocalem preter ad modum pauca: que nonnunquam mutant. e. vocalem in .a. vt בֵּן filius. ſed plerūq; in .i. vt חַיִּים .i. ſagitta. נֶסֶךְ iaculum עֵז hircus ſiue capra. עֵת tempus ſiue hora. קֵן nidus שֵׁן dens. Alia quoq; ex hoc genere non mutant. vt עֵד teſtis. עֵץ lignum ſiue ar bor. שֵׁם ideſt .nomen. Alia quoq; ex monoſyllabis mu tant alias vocales in alias. vt יוֹם dies. צַד latus עִיר ciuitas. ſed hec ſunt admodum rara. Nomina duarū ſylla barum cuiuſcumq; ſint generis plerumq; mutant vocalem in vocalem. vt דָּבָר ideſt verbum. verba. חֵלֶק pars: partes. Excipiuntur illa que habent ſimilitudinem cum his di ctionibus nihil ſignificantibus: פָּעַל: פְּעַל: פִּעֵל: פֻּעַל: פִּעוֹל: פִּיעֵל: פֻּעֵל: פֹּעַל: פִּיעַל quoniam ſequentes propor tionem illarum nihil mutant. vt זְאֵב lupus lupi: quod ſequitur proportionem illius dictionis פֶּעַל. & ad hanc rationē reducuntur alia complura. Sed aduertendū quod nomina ha bentia ſimilitudinem cum dictione illa. פָּעוּל ſi in littera ſubſtā tiali in medio dictionis poſita non habent dages. mutant voca lem aliam in aliam. vt בָּרוּךְ ideſt benedictus. in בְּרוּכִים benedi cti. Quod ſi habent dages nihil mutant. vt אַלּוּף ideſt dux duces. טַבּוּר vmbilicus vmbilici. תַּנּוּר furnus furni. תָּפּוּחַ pomum poma. & etiam quando prima littera eſt ex quattuor gutturalibus ſubſcripta cū apice camez vel patha nihil mutant ſiue habeant dages in medio ſiue non habeant. vt עָמוּד ſolicitus ſoliciti. חֲרוּץ colūna colūne. Nomina quoq; huius ordinis deſinentia in he: nihil mutant plerumque. vt שָׂדֶה campus. campi. Nomina p̄ terea trium aut plurium ſyllabarū plerūq; nihil mutāt ex ſin gulari numero in pluralem. vt תְּאֵנָה ficus fici.

De heteroclitis.

QVnt complura nomina que non ſubiiciuntur regulis q̄ ſuperius tradite ſunt de formatione nominum maſcu linorum & feminīorum numeri pluralis ex ſingulari: quoniam ſunt complura feminina: quæ mittunt numerū mul titudinis in im. Atq; ediuerſo maſculina: que mittunt eundem numerum in oth. Sunt præterea quedā q̄ cum in ſingulari ſint maſculina vel feminina: in plurali hīt vtrāq; terminationem.

De femininis in .im.

אֶבֶן אֲבָנִים Lapis lapides: אֹזֶן אָזְנַיִם Auris aures:
אֵלָה אֵלִים Querc? q̄rc? אַלְמֹת Māipulus .li.
אֵימָה אֵימִים Timor timores. אִשָּׁה נָשִׁים. mulier mulieꝛs
בֵּיצָה בֵּיצִים ouum oua: בְּרֵכָה בְּרֵכִים Carica carice.
דֶּרֶךְ דְּרָכִים Via vie דְּבוֹרָה דְּבוֹרִים Apis apes.
חֻמָּה חֻמִּים Tritic̄ tritica: יַעֲנָה יְעֵנִים Struthio. ones.
כַּסֶּמֶת כָּסְמִים Far farra: לְבֵנָה לְבֵנִים Later lateres:
מִרְפֶּשֶׂת מִרְפָּשִׂים Miraculū .cula. נְמָלָה נְמָלִים formica .mice.
סְאָה סְאִים Mēſura mēſure: עַיִן עֵינַיִם Oculus oculi.
עִיר עָרִים Ciuitas .tates. פִּילֶגֶשׁ פִּילַגְשִׁים Cōcubia. bine.
צְבֶת צְבָתִים Manipulus .li. רֶחֶל רְחֵלִים Ouis oues.
שִׁבֹּלֶת שִׁבֹּלִים Spica ſpice: שׁוֹשַׁנָּה שׁוֹשַׁנִּים Roſa roſe.
שָׁנָה שָׁנִים Annus anni שְׂעוֹרָה שְׂעוֹרִים Hordeū. dea.
תְּאֵנָה תְּאֵנִים Ficus fici.

De maſculinis in oth.

אָב אָבוֹת Pater patres: בְּכוֹר בְּכֹרוֹת Prīogenit?. ti.
חֲלוֹם חֲלֹמוֹת Somniū ſomnia מָאוֹר מְאוֹרוֹת Lumē lumina.
מִזְבֵּחַ מִזְבְּחוֹת Altare altaria: מָטָר מְטָרוֹת Pluuia pluuie.
מָקוֹם מְקֹמוֹת Loc? loci vel loca מִשְׁכָּן מִשְׁכְּנוֹת tabernaculū. la.
סִיר סִירוֹת Olla olle: קָהָל קְהִלוֹת Eccleſia. ſie.
קוֹל קוֹלוֹת Vox voces: קִיר קִירוֹת Paries parietes
שָׂדֶה שָׂדוֹת Campus campi. שֵׁם שְׁמוֹת Nomen noīa.

De vtriſq; in im & in oth ſimul.

אֹמֶר אֲמָרִים: אֲמָרוֹת Timor .res. verbū verba
דּוֹר דּוֹרִים דֹּרוֹת Gn̄atio. tiones. יָלֶת יְלָדִים יְלֹדוֹת Ianua . nue.
חָצֵר חֲצֵרִים חֲצֵרוֹת Villa ville. מִלָּה: מִלִּים: מִלּוֹת Dictio. ones.
עָוֹן עֲוֹנִים עֲוֹנוֹת Fōs fōtes. פֶּשַׁע פְּשָׁעִים פְּשָׁעוֹת Peccatū peccata.
צַלָּע צְלָעִים צְלָעוֹת Angulus āguli. פְּאָה: פְּאִים: פְּאוֹת Latus latera
קֶרֶן קְרָנִים קְרָנוֹת Cornu cornua. שָׁנָה שָׁנִים שָׁנוֹת Annus anni

Poteſt fieri vt alia complura interlegendum reperias: ſed q̄ impreſentiarum occurrerunt: exempli gratia ſufficiant.

De numero.

QVmerus nō ſolum accidit nomini: ſed & pronomini: & verbo & participio. Sed quoniam declinatio fit p nu meros & per caſus: dicendū eſt prius de numeris. tū de caſibus. Sunt autē numeri vt dictum eſt apud hebreos quē admodū & apud grecos tres. ſingularis qui hebraice dicitur. לָשׁוֹן אֶחָד hoc eſt lingua vnius. Dualis qui לְשׁוֹן שְׁנַיִם hoc eſt ligua duorū. Plis qui. לְשׁוֹן רַבִּים .i. ligua pluriū. Singlris nūe rus in nomine non habet certam terminationem in maſculi nis ſed neq; in femininis preter q̄s in illis que deſinunt in he ſi ue in tau. A maſculino ſingulari formatur plurale atq; femini num ſingulare & plurale. Dualis numerus tam in maſculi nis q̄s in femininis formatur a ſingulari addendo im ſiue vlti ma littera mutata in im. & ante iod plerumq; precedit patha ſi ue camez: vt efficiatur áim accentu acuto ſupera . vt עֵינַיִם ideſt. oculi. אָזְנַיִם aures יָדַיִם manus . רַגְלַיִם pedes . Pluralis numerus tam maſculinorum quam femininorū qua ratione formentur a ſingulari dictum eſt vbi de nominis de clinatione. Sed ſunt complura nomina appellatiua atq; etiam propria locorum ſiue hominum: que cum ſint ſingularia ha bent terminationem pluralium hoc eſt in im. vt אַרְנִים .i. dn̄s. לוּדִים .i. innocēs. קְדֹשִׁים ſubſolanus vētus. מִצְרַיִם egypt. nomen viri. Aduertendum preterea quod ab huiuſmodi no minibus in .im. deſinentibus aliquando per apocopen abiici tur mem illud finale. 2. Regū. cap. 22. וַתְּחַלְּצֵנִי מֵרִיבֵי עַמִּי hoc eſt. liberabis me a cōtradictiōibus populorum. pro quo trāſla tio communis habet populi mei. Aliquando abſcinditur mem littera finalis: & profertur iod non quaſi vocalis ſed quaſi con ſonans. ut Ieremie cap. 22. וְקָרַע לוֹ חַלּוֹנַי hoc eſt quī aperit ſibi feneſtras. pro eo quod eſſe debuit חַלּוֹנִים. Aliquando mem fi nalis mutatur in nun. vt Dañ. 12. לְקֵץ הַיָּמִין .i. in fine dierū. & Ezech. 4. קַח לְךָ חִטִּין hoc eſt: accipe tibi tritica. Notādum eſt preterea quod in nominibus deſinentibus in iod in numero ſingulari: que ex ratione declinatiōis debuerāt geminare iod in numero multitudinis abiicitur ex illis alterū iod. vt ab eo quod eſt גּוֹי .i. gēs. dicimus גּוֹיִם .i. gētes per vnum iod: cū debe remus dicere per duplex iod. גּוֹיִים Illud quoq; aduertendum eſſe quedā noīa dualiter aut pluraliter declinata in im deſinen tia: que carēt numero ſingulari. cuiuſmodi ſunt: q̄ ſequuntur.

מְאֹזְנַיִם Statere. מַיִם Aque. מִכְנָסַיִם Bracche.
שָׁמַיִם Celi. חַיִּים Vite. כִּלְאַיִם Res mixte
פָּנִים Facies. צָהֳרַיִם Meridies. רַחַיִם Mole.
מֶלְקָחַיִם Forcipes

In quibus pōt itelligi nūerus ſingularis: niſi ſequatur aut p̄ce dat nomen adiectiuum aut verbum aut participium numeri pluralis: quoniam tunc pluraliter nominantur. puta מַיִם רַבִּים ideſt aque multe. שִׁמְעוּ שָׁמַיִם .i. audite celi. Sūt e diuerſo nomi na ſingulariter declinata que carent numero multitudinis. cu iuſmodi ſunt que ſequuntur: & fortaſſe aliaplura.

צֹאן Ouis. פּוֹל Faba יַיִן Vinum חֹמֶץ Acetum
הִין Menſura. גְּרָה Granum. קַיִץ Ver. חוֹם Calor.

© Biblioteca Nacional de España

קוֹר Frigus תֵּבֵל Mundus יָרֵחַ Luna שֶׁמֶשׁ Sol חֹרֶב Siccitas. Ex quibus pōt figurari pluralis numerus: licet in sacris litteris nō reperiatur. plurali quoq; numero carēt noīa propria hoīm siue locorū. vt אַבְרָהָם abraam. בָּבֶל babylon. & nomina desinentia in. uth. nō habēt in vsu pluralē: quanquam possumus illum formare si fuerit opus. qualia sūt גְּבָהוּת superbia יְלָדוּת Iuuētus כְּלִמּוּת Verecundia. שְׁפָלוּת Humilitas.

De casibus nominum.

CAsus noīm ꝓnoīm ac participiorū apud latinos & grecos distingūtur tū terminatiōe: tū articulis. tū signatione: siue partiū orōnis cōstructione. Apud hebreos casus plerumq; distinguntur constructione nominatiui cū verbo vt si dicam אָכַל לֶחֶם hoc est vir comedit panem. manifestum est quod vir est casus noīatiui. aut genitiui qui regitur ex vi possessionis ab aliqua re possidente. vt שְׁלֹמֹה בֶּן דָּוִד. i. salomon filius dauid. clarum est quod dauid casus est genitiui. Alter modus cognoscendi casus est per articulos: siue proarticulos vt hieronymus appellat. Nā articulus est pars oratiōis q̄ additur nomini ad ostendendū cuius generis ē. proarticulus vero ad demonstrandū cuius est casus. Igitur apud hebreos casus sunt sex. articuli vero quattuor. Nominatiui articulus est הַ. genitiui quoq; articulus est idem הַ. datiui לְ. accusatiui אֶת. vocatiui non habent articulos sed aduerbia vocandi. Ablatiuus non habet articulum sed prepositionem. de qua in suo loco. Septimus vero latinorū casus apud hebreos exprimitur per ablatiuū & בְּ ꝓpositionē hoc est. in. vt in psalmo. 32. בִּדְבַר יְהוָה שָׁמַיִם. 2. דְּבַר יְהוָה idest verbum domini. & עֲשָׂה iunge genitiuum & dices שְׂדֵה עֶפְרוֹן Campus ephron. In dictionibus preterea disyllabis: que habent in medio litteram iod: exteritur illud iod in prolatione: si dictiones ille cōstruuntur cum genitiuo. vt בַּיִת iunge genitiuum & dices בֵּית יִשְׂרָאֵל. idest domus israel. זַיִת idest oliuetum: adde genitiuum & dices זֵית שֶׁמֶן hoc est oliuetum olei. חַיִל. i exercitus: adde genitiuum & dices חֵיל פַּרְעֹה. i. exercitus pharaonis. Exteritur etiam iod in prolatione qñ illud nomē componitur cum pronomine vt בֵּיתִי. idest domus mea. & etiam in numero plurali vt זֵיתִים. idest oliue. Aliquādo tamen in huiusmodi nominibus iod non exteritur in prolatione. vt in eo quod diximus חֵילִים. idest exercitus. Noīa quoq; nonnulla que in plurali desinunt in ים. aliquando amittūt mem litteram si cum genitiuo construuntur: & littera que precedit iod scribitur ꝑ cere. et mutant primas vocales: sicuti mutabant in formatione pluralis ex singulari. vt בָּנִים. idest filii. ad de genitiuum & dices בְּנֵי אַבְרָהָם. idest fili abraam. & eodem modo דִּבְרֵי הַיָּמִים idest verba dierum. Nomina preterea trium syllabarum quarū due priores veniūt cū patha siue camez: si sequatur genitiuus: posterior apex vertitur in seua qui pertinet ad syllabam precedentem. hoc mō. אַנְשֵׁי idest homines. אַנְשֵׁי הָעִיר. idest homines ciuitatis. חֲכָמִים. idest sapientes. חַכְמֵי לֵב idest sapientes cordis. Cum nomina quoq; in plurali componuntur cum pronominibus: amittunt etiam mem. vt אֲדֹנִים. idest domini. אֲדֹנֶיךָ. idest domini tui. sed hoc in cap̄. sequenti quod est de pronomine dicetur. Est etiam aduertendum quod nomina femina desinentia in. ה. he. si post se construantur cum genitiuo: mutant illud. he. in tau. vt צְדָקָה idest iusticia. צִדְקַת הַצַּדִּיק. idest iusticia iusti שָׁנָה idest annus. שְׁנַת רָצוֹן idest annus propiciationis. Aliquando tamen in huiusmodi nominibus. ה. non vertitur in. ת. sed potius excluditur si sequatur genitiuus. vt in verbo לַיְלָה. idest nox. Exo. 12. ca. לֵיל שִׁמֻּרִים. idest nox obseruationum. Nomina quoq; femina que non desinunt in he vel in tau. si construuntur cum genitiuo: recipiunt in fine tau. vt דָּבָר. idest verbum דִּבְרַת שְׁבוּעַת idest verbum iuramenti. אִמֶּרֶת idest dictum אִמְרַת אֱלֹוהַּ idest dictum dei. Quando nomen aliquod construitur cum genitiuo articulus datiui ꝑ camez accipit seba. vt Geñ. cap̄. 16. לְקוֹל שָׂרָי

Masculina.

אִישׁ הָאִישׁ	Nominatiuo hic vir.
אִישׁ הָאִישׁ	Genitiuo viri.
לָאִישׁ לְהָאִישׁ	Datiuo viro.
אֶת אִישׁ אֶת הָאִישׁ	Accusatiuo virum.
אִישׁ הָאִישׁ	Vocatiuo o vir.
מֵאִישׁ מֵהָאִישׁ	Ablatiuo a viro.
בָּאִישׁ בְּהָאִישׁ	Septimo casu. viro.
אֲנָשִׁים הָאֲנָשִׁים	Plurali nominatiuo. viri.
אֲנָשִׁים הָאֲנָשִׁים	Genitiuo virorum.
לָאֲנָשִׁים לְהָאֲנָשִׁים	Datiuo viris.
אֶת אֲנָשִׁים אֶת הָאֲנָשִׁים	Accusatiuo viros.
אֲנָשִׁים הָאֲנָשִׁים	Vocatiuo o viri.
מֵאֲנָשִׁים מֵהָאֲנָשִׁים	Ablatiuo a viris.
בָּאֲנָשִׁים בְּהָאֲנָשִׁים	Septimo casu viris.

Femina.

אִשָּׁה הָאִשָּׁה	Nominatiuo mulier.
אִשַּׁת הָאִשָּׁה	Genitiuo mulieris.
לְאִשָּׁה לְהָאִשָּׁה	Datiuo mulieri.
אֶת אִשָּׁה אֶת הָאִשָּׁה	Accusatiuo mulierem.
אִשָּׁה הָאִשָּׁה	Vocatiuo o mulier.
מֵאִשָּׁה מֵהָאִשָּׁה	Ablatiuo a muliere.
בְּאִשָּׁה בְּהָאִשָּׁה	Septimo casu muliere.
אִשּׁוֹת הָאִשּׁוֹת	Plurali nominatiuo mulieres.

& de aliis casibus eodem modo dicendum quo dictū est de masculinis. Atq; ad proportionem horum duorum nominum alterius masculini & alterius femini: declinātur omnia alia nomina si nō carēt alterutro nūero. Et de nomine dicta sufficiāt: qđ ad proportionē attinet. Est p̄terea aīaduertēdū: q̄ in noībus duarū aut plurium syllabarum que construuntur cum genitiuo: plerumq; mutant primas vocales a prima positione: nā monosyllaba raro mutant. Mutant igitur camez in seba. vt מָקוֹם idest locus. iunge illi genitiuum & tunc dices מְקוֹם הַמִּזְבֵּחַ. i. locus altaris. atq; eodem modo. דָּבָר iunge genitiuum & dices דְּבַר יְהוָה idest verbum domini. & עֲשָׂה iunge genitiuum & dices שְׂדֵה עֶפְרוֹן Campus ephron. In dictionibus preterea disyllabis: que habent in medio litteram iod: exteritur illud iod in prolatione: si dictiones ille cōstruuntur cum genitiuo. vt בַּיִת iunge genitiuum & dices בֵּית יִשְׂרָאֵל. idest domus israel. זַיִת idest oliuetum: adde genitiuum & dices זֵית שֶׁמֶן hoc est oliuetum olei. חַיִל. i exercitus: adde genitiuum & dices חֵיל פַּרְעֹה. i. exercitus pharaonis. Exteritur etiam iod in prolatione qñ illud nomē componitur cum pronomine vt בֵּיתִי. idest domus mea. & etiam in numero plurali vt זֵיתִים. idest oliue. Aliquādo tamen in huiusmodi nominibus iod non exteritur in prolatione. vt in eo quod diximus חֵילִים. idest exercitus. Noīa quoq; nonnulla que in plurali desinunt in ים. aliquando amittūtur mem litteram si cum genitiuo construuntur: & littera que precedit iod scribitur ꝑ cere. et mutant primas vocales: sicuti mutabant in formatione pluralis ex singulari. vt בָּנִים. idest filii. ad de genitiuum & dices בְּנֵי אַבְרָהָם. idest fili abraam. & eodem modo דִּבְרֵי הַיָּמִים idest verba dierum. idest verba dierum. Nomina preterea trium syllabarum quarū due priores veniūt cū patha siue camez: si sequatur genitiuus: posterior apex vertitur in seua qui pertinet ad syllabam precedentem. hoc mō. אַנְשֵׁי idest homines. אַנְשֵׁי הָעִיר. idest homines ciuitatis. חֲכָמִים. idest sapientes. חַכְמֵי לֵב idest sapientes cordis. Cum nomina quoq; in plurali componuntur cum pronominibus: amittunt etiam mem. vt אֲדֹנִים. idest domini. אֲדֹנֶיךָ. idest domini tui. sed hoc in cap̄. sequenti quod est de pronomine dicetur. Est etiam aduertendum quod nomina femina desinentia in. ה. he. si post se construantur cum genitiuo: mutant illud. he. in tau. vt צְדָקָה idest iusticia. צִדְקַת הַצַּדִּיק. idest iusticia iusti שָׁנָה idest annus. שְׁנַת רָצוֹן idest annus propiciationis. Aliquando tamen in huiusmodi nominibus. ה. non vertitur in. ת. sed potius excluditur si sequatur genitiuus. vt in verbo לַיְלָה. idest nox. Exo. 12. ca. לֵיל שִׁמֻּרִים. idest nox obseruationum. Nomina quoq; femina que non desinunt in he vel in tau. si construuntur cum genitiuo: recipiunt in fine tau. vt דָּבָר. idest verbum דִּבְרַת שְׁבוּעַת idest verbum iuramenti. אִמֶּרֶת idest dictum אִמְרַת אֱלֹוהַּ idest dictum dei. Quando nomen aliquod construitur cum genitiuo articulus datiui ꝑ camez accipit seba. vt Geñ. cap̄. 16. לְקוֹל שָׂרָי

© Biblioteca Nacional de España

ídest voci sare. Idem quoꝯ dicendum de prepositiõe. vt geñ. caꝑ. 21. בְּאֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים ídest in terra philistinorum. Recipiunt quoꝯ seua pro camez quando post nomen substãtiuum sequí tur adiectiuum. vt geñ. caꝑ. 18. לְנֹוי גָּדול. í. in gentẽ magnã. & Exodí. 12. בַּבַּיִת אֶחָד ídest in domo vna. preter quã sí adiectiuũ venít cũ he. articulí: quía tũc beth & lamed possunt accípere ca mez. vt Deut. caꝑ. 8. בַּמִּדְבָּר הַגָּדול ídest in deserto grandí. Nõ nunquam articulus datiui seruit pro genitíuo. sícut geñ. caꝑ. 32. לְמִי אָתָּה. í. cuius es tu. & in eodẽ לְיַעֲקֹב לְיַעֲקֹב. í. seruí tuí ía cob. & psalmo. 3. מִזְמֹור לְדָוִד. í. psalmus dauid. Articulus quoꝯ accusatiui aliqñ ponítur pro prepositione ablatiui. vt geñ. 31. אֶת יוֹסֵף. i. cum ioseph. Alíquando he ponitur ín fine dictío nís ad ostendendũ quod est accusatiui casus. vt הֹלְכָה. í. ad oreb מִצְרַיְמָה ídest ad egyptum. Sí preterea nominís líttera príma habet seba: lamed datiui & mem & beth ablatiui accípiunt hí ríc. vt לְצֶדֶק ídest iustície. & בְּצְדָקָה. í. in iustícia. quod precí pue fit sí huiusmodí dictio constrúitur cum genítiuo. sícutí ps. 32. בִּדְבַר יְהוָה ídest in verbo domíni. Illud quoꝯ aduertendũ quod nomína propría hominum sine locorũ: lamed datiui & beth ablatiui recipiunt seba. vt Geñ. caꝑ. 6. וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים לְנֹחַ ídest dixít deus noe. & numerí. 12. בְּעַבְדִּי בְּמֹשֶׁה. í. in seruo meo moyse. Quod sí príma líttera noïs proprií habet seba: lamed datiui & beth ablatiui recipiunt híric. vt לִשְׁלֹמֹה. ídest salomõí בִּרְאוּבֵן. ídest cum ruben.

De nominíbus anomalís.

IN superioríbꝰ dictum est de nominibus regulariter declinatis: nunc de irregularíbus: hoc est que ín declinatione alíquid mutant. Nam quod de nomínum formatione a singulari ín pluralem dictum est: quod masculina exeunt ín. ím. addita ím vel vltíma líttera ĩ ím mutata: non vsque quaqꝫ obseruatur quoníam alíquando additur vel detrahítur vel mutatur líttera vel apex: aut vtrumqꝫ. vt ecce. אָזֶן hoc est auris per rectam formationem debuít facere אזנים dícendũ est tamen אָזְנַיִם hoc est a vocalís addíta. Et ne ín singulís ímmoremur dísposuímus quedam nomína ín quíbus vna aut plures huiusmodí irregularitates reperíuntur.

אָדֹום. אֲדֻמִּים	Ruber. rubrí.
אֹזֶן. אָזְנַיִם	Auris. aures.
אָחוֹת. אֲחָיוֹת	Soror sorores.
אֱנוֹשׁ. אֲנָשִׁים	Homo homines.
אַף. אַפַּיִם	Naris nares.
אִשָּׁה. נָשִׁים	Mulier mulieres.
בַּיִת. בָּתִּים	Domus domus.
בֶּרֶךְ. בִּרְכַּיִם	Genu genua.
בַּת בָּנוֹת	Filia filíe.
גְּדִי. גְּדָיִים	Hedus hedí.
דֶּלֶת. דְּלָתַיִם	Ianua ianue.
דֶּרֶךְ. דְּרָכִים	Via víe.
חָלָץ. חֲלָצַיִם	Lumbus lumbí.
יָד. יָדַיִם	Manus manus.
יוֹם. יָמִים	Dies díes.
יָרֵךְ. יְרֵכַיִם	Femur femora.
כָּנָף כְּנָפַיִם	Ala ale.
כַּף. כַּפּוֹת	Palma manus. palme.
כֶּפֶל. כְּפָלַיִם	Duplicatio. duplicationes.
כִּכָּר כִּכָּרִים	Talentum talenta.
כָּרַע. כְּרָעַיִם	Crus crura.
לְאֹם. לְאֻמִּים	Populus populí.
לֶחִי. לְחָיַיִם	Maxilla. maxille.
מַלְכוּת. מַמְלָכוֹת	Regnum regna.
עַיִן. עֵינַיִם	Oculus oculí.
עֵרֹם. עֲרוּמִּים	Nudus nudí.
פֶּה. פִּיּוֹת	Os ora.
צְנֵאִים	Hinnulus. hinnuli.
צַד. צְדָדִים	Latus latera.
צֵל. צְלָלִים	Vmbra vmbre.
קֶרֶן. קַרְנַיִם	Cornu cornua.
רֶגֶל. רַגְלַיִם	Pes pedes.
שַׁד. שָׁדַיִם	Mamma mamme.
שֵׁן. שִׁנַּיִם	Dens dentes.
שָׂפָה. שְׂפָתַיִם	Labrum labra.
תָּם. תְּמִימִים	Perfectus perfecti.

Sunt preterea quedam nomina que per figuram quam greci vocant metathesím ídest transpositionem líttere mutant ordínem a príncipio ín medium síue ín fínem: aut a fine síue a medío ín príncipium. cuiusmodí sunt hec.

נְמָא אֲנָם	Iuncus síue pelagus.
כֶּבֶשׂ כָּשֶׂב	Aries.
כְּסִיל סָכָל	Stultus
רָעַע. גֹּועַר	Reprehendens
שָׁחִיס. סַחִישׁ	Pomum.
שַׂלְמָה. שְׂמָלָה	Líntheum.

Atqꝫ ad hunc modum alia complura. que permutatio non solum reperítur ín litteris: sed etíam in syllabís & in partíbꝰ orationís: quoníam partícule prepositíue postponũtur: & postpositíue preponuntur. Quod vitium excusarí potest: sí intellectuí non nocet: vt geñ. 41. וְכֹל הָאָרֶץ בָּאוּ מִצְרַיְמָה hoc est omnes pro uincie veniebant egyptum ín. pro ín egyptum. & in eo. לִשְׁבֹּר אֶל יוֹסֵף. ídest vt emerent ad ioseph. pro ad ioseph vt emerent. í. veníebant ad ioseph vt emerent. & 4. Regum. caꝑ. 9. וַתָּשֶׂם בְּפוּךְ עֵינֶיהָ ídest & posuít ín stíbium oculos suos. pro & posuit stíbium ín oculís suís. Sed de nomíne satís multa dícta sũt: nũc de pronomíne agendum videtur: sí premíserímus antea esse alíos articulos a superioríbus qui non veníunt ín compositione. puta שֶׁל genitíui. אֶל datiui. מִן ablatíui. עִם effectíui: que idcírco hoc ín loco díximus quoníam ex hís prepositiónibus pronomínum casus deríuantur.

De pronomíne.

PRonomen est pars oratiõis que loco propríi nomínis ponítur. Pronomíni accídunt sex. Species. figura. persona. genus. numerus. casus cum declinatione. Species pronomínum sícut & nomínum due sunt. primígenia & deríuatiua. Primigenía vero reperíuntur separata. deríuatiua tantum ín compositione. Casus quoꝯ primitiuorum deríuati sũt a prepositiónibus síue artículis nomínum. vt שֶׁלִּי qui est genítiuus huius pronomínis primitíui אֲנִי. & לִי síue אֵלַי qui ẽ datíuus ab eo quod אֶל. & eodem modo de alíis casíbus. idqꝫ p addítionem vel detractionem líttere. qui ín príma persona in sín gulari desínunt in. iod. in plurali vero ín nu. hoc modo.

אֲנִי. אָנֹכִי Nominatiuo ego.	שֶׁלִּי Genitíuo meí.
לִי. אֵלַי Datiuo mihí.	אֹתִי Accusatiuo me.
Vocatíuo caret.	מִמֶּנִּי. מֶנִּי Ablatíuo a me.

Plurali numero.

אֲנַחְנוּ. נַחְנוּ. אָנוּ Nominatiuo nos.	שֶׁלָּנוּ Genitíuo nr̃m
לָנוּ. אֵלֵינוּ Datiuo nobís.	אֹתָנוּ accusatíuo nos
Vocatíuo caret.	מִמֶּנּוּ Ablatíuo a nobís.

Pronomen primitíuum secunde persone in nominatíuo síngulari generís masculíni terminatur ín he líttera. femininũ vero eiusdem numerí desínit ín tau cum seua. Casus vero oblíqui fíniuntur ín caph subiecto camez pro masculínis: sed pro femininís cum seba: qui pertínet ad syllabam precedẽtẽ: sic.

אַתָּה. אָתְּ Nominatiuo tu.	שֶׁלְּךָ. שֶׁלָּךְ Genitíuo tuí.
לְךָ. אֵלֶיךָ. לָךְ. אֵלַיִךְ Datiuo tibí.	אֹתְךָ. אֹתָךְ Accusatíuo te.
אַתָּה. אָתְּ Vocatíuo o tu.	מִמְּךָ. מִמֵּךְ Ablatíuo a te.

Plurali numero.

אַתֶּם. אַתֶּן. אַתֵּנָה Nominatiuo vos.	שֶׁלָּכֶם. שֶׁלָּכֶן Genitíuo vr̃m.

© Biblioteca Nacional de España

לָכֶם אֲלֵיכֶם:לָכֶן	Datiuo vobis.
אֶתְכֶם:אֶתְכֶן	Accusatiuo vos.
אֲתֵכֶם:אֲתֵכֶן	Vocatiuo o vos.
מִכֶּם:מִכֶּכֶם.מִכֶּן	Ablatiuo a vobis.

Aduertendum est:quod pronomen prime persone tam in recto quam in obliquis tam in singulari q̄ in plurali terminationes habet communes masculino generi ac femininо. Atuero pronomen secunde persone terminationes habet diuersas p masculinis & femininis vt dictum est. Illud preterea notandū est:quod pronominis huius generis feminini terminatio tribus in locis scripture tantum repetitur iuncta masculini generis nomini.Primo. Numeri.cap̄.11. וְאִם כָּכָה אַתְּ עֹשָׂה לִי p quo latini habent.sin aliter tibi videtur.Secundo Deut.cap̄.5. וְאַתְּ תְּדַבֵּר אֵלֵינוּ nos autem ad hunc modum. tu loqueris ad nos. Tertio Ezech.28. אַתְּ כְּרוּב מְמֻשָׁח הַסּוֹכֵךְ ideſt tu cherub extentus & protegens.Nonnunquam preterea datiuus & accusatiuo generis femininі iungitur generi masculino.vt Deut.cap̄.7. לַהַת לָךְ Latine sic: vt daret tibi.& Prouer.7. תַּגְנַח אַחֲרֶיךָ Latine sic:gradietur tecū.quod maxime contingit in fine clausule. Aduertendum est quoq̄ quod huius pronominis plurale masculinum terminatur in mem precedente littera cui subiicitur segol.femininum vero mutat mem.in nun.

Pronomen primitiuum tertie persone generis masculini numeri singularis desinit in vau cum surech:sequenti aleph ociosa.Femininum vero desinit in iod precedente hiric sequenti quoque aleph ociosa.Obliqui vero masculinorum numeri singularis desinunt in.o.preter ablatiuum qui terminatur in.u. femininа vero desinunt in.a.per apicem cames sequenti he cū apice mapic.in modum sequentem.

הוּא:הִיא הִוא	Nominatiuo ille.illa.
שְׁלוֹ:שֶׁלָּהּ	Genitiuo illius vel suі.
לוֹ:אֵלֶיהָ לָהּ	Datiuo illi vel sibі.
אֹתוֹ:אֹתָהּ	Accusatiuo illum illam vel se.
	Vocatiuum non habet.
מִמֶּנּוּ מִמֶּנָּה	Ablatiuo ab illo illa vel a se.
	Plurali.
הֵם הֵמָּה:הֵן הֵנָּה	Nominatiuo illi ille.
שָׁלָהֶם:שָׁלָהֶן	Genitiuo illorum.arū. vel suі.
לָהֶם אֲלֵיהֶם:לָהֵמּוֹ אֲלֵיהֶן לָהֵן אֲלֵיהֶן	Datiuo illis:vel sibі.
אֹתָם אֶתְהֶם:אֹתָן אֶתְהֶן	Accusatiuo illos illas vel se.
	Vocatiuum non habet.
מֵהֶם מֵהֶן:מֵהֵנָּה	Ablatiuo ab illis vel a se.

Estq̄ hoc in loco notandum:quod ablatiuus numeri singularis huius pronominis assimilatur ablatiuo pronominis prime persone numeri pluralis.que ambiguitas non potest tolli nisi ex contextu partium orationis.Nominatiuus preterea huius pronominis in genere masculino numeri pluralis finitur in.em.per.m.femininum vero in.en.per.n. Notandum preterea quod aliquandò reperitur nominatiuus generis masculini huius pronominis coaptatꝰ generi feminino.vt in libro ruth pri.וַתֵּהֶם בָּאוּ hoc est ille venerunt.atq̄ ediuerso reperitur eiusdem pronominis genus femininum coniunctum generi masculino.vt secundo.Reg.5. וַתָּבֹאנָה וַתֵּהֶם בָּאוּ hoc est & illi venerunt. In quibusdam tamen codicibus recentiores particulam illam aliter punxerunt in hūc modum. וַתֵּהֶנָּה ideſt & ecce.quē sensum trāslatio chaldaica sequitur. hoc modo. וְהָא אִנּוּן Pronomē superius est demonstratiuum rerum coniunctarum tertie persone:que sunt remotiores.quod vero sequitur demonstrat res p ximas prime aut secunde persone:cuius explicatio est.

זֶה זוֹ:זֹאת זוֹ	Nominatiuo hic hec.
שֶׁל זֶה:שֶׁל זֹאת	Genitiuo huius.
לָזֶה:לָזֹאת	Datiuo huic.
אֶתזֶּה:אֶת זֹאת	Accusatiuo hunc hanc.
	Vocatiuum non habet.
מִזֶּה.מִזֹּאת	Ablatiuo ab hoc ab hac.
	Plurali.
אֵלֶּה:אֵלּוּ	Nominatiuo hi he.
שֶׁל אֵלֶּה	Genitiuo horum harum.
לָאֵלֶּה	Datiuo his.
אֶת אֵלֶּה	Accusatiuo hos has.
	Vocatiuum non habet.
מֵאֵלֶּה	Ablatiuo ab his.

Hoc in loco notādū est.qd plerūq̄ supius pronomē seqtur verbū & nō nomen. vt numeri.26. אֲרֶץ הַחֹלֶלֶת הָאָרֶץ ideſt his diuidetur terra.nam apud hebreos elegantius dicitur viro huic quam huic viro. Et duobus proximis pronominibus in nominatiuo plerūq̄ preponuntur nominibus.vt זֶה הָאִישׁ .i.hic vir.in obliquis vero non preponuntur.dicimus namq̄ לָאִישׁ הַזֶּה & non לָזֶה הָאִישׁ At uero quando he cum patha vel camez anteponitur illis:tunc pronomina postponuntur nominibus in hunc modum.

הָאִישׁ הַזֶּה הַלָּזֶה	Vir iste.
הָאִשָּׁה הַזֹּאת:הַלָּזוּ הַלָּזֶה	Mulier ista.
הָאֲנָשִׁים הָאֵלֶּה הָאֵל	Viri isti.
הַנָּשִׁים הָאֵלֶּה הָאֵל	Mulieres iste.

Et hec de nominibus primitiuis dicta sufficiant: nunc de deriuatis siue compositis dicendum est. Componuntur vero pronomina deriuatiua cum nomine.aut cum verbo. aut cum participio:vel cum prepositione:neq̄ vnquam reperiuntur separata:semperq̄ illis preferuntur alie partes orationis supradicte atq̄ in hunc modum composita vocantur ab hebreis בִּנְיָנִים que in formatione numeri pluralis ex singulari communiter mutant primas vocales:quemadmodum in nominibus dictū est. Et prime persone vtriusq̄ numeri sunt simіles in genere masculino & femininо:sicut dictum est in pronominibus primitiuis.& sequuntur easdem terminationes casuum obliquorum supradictorum & easdem litteras in fine pronominū ad denotādū personā cuius est sermo.in hūc modum. דָּבָר verbū.

דְּבָרִי	Verbum meum.m.vel.f.
דְּבָרְךָ:דְּבָרֵךְ דִּבְּלָכִי	Verbum tuum.m.f.
דְּבָרוֹ דְּבָלֹה:דְּבָרָהּ	Verbum suum vel illius.m.f.
דְּבָרֵנוּ	Verbum nostrum.m.vl f.
דְּבָרְכֶם:דְּבָרְכֶן דְּבָרֵכֶנָּה	Verbum vestrum.m.f.
דְּבָרָם דְּבָרֵמוֹ:דְּבָרָן	Verbū suū vel illorū illarum.
דְּבָרִים	Verba. Plurali numero.
דְּבָרַי	Verba mea.m. vl f.
דְּבָלֶיךָ:דְּבָלַיִךְ דְּבָלַיִכִי	Verba tua.m.f.
דְּבָרָיו:דְּבָרֶיהָ	Verba sua vel illorum.m.f.
דְּבָלֵינוּ	Verba nostra. m.f.
דְּבָרֵיכֶם:דְּבָרֵיכֶן	Verba vestra.m.f.
דְּבָרֵיהֶם:דְּבָרֵיהֶן דְּבָרֵיהֶנָּה	Verba sua vel illorū illarum

Quando est finis clausule venit pronomen secūde persone generis masculini numeri singularis cum segol loco seba:inclinaturq̄ eodem accentus.vt numeri.14. סֻלַּחְתִּי כִּדְבָרֶךָ .ideſt perci iuxta verbum tuum.& notandum quod nomina feminina desinentia in he si componuntur cum pronomine mutant illud he in tau.ad hunc modum. תּוֹרָה Lex.

תּוֹרָתִי	Lex mea.m.vel f.
תּוֹלָתְךָ:תּוֹרָתֵךְ	Lex tua.m.f.
תּוֹרָתוֹ:תּוֹרָתָהּ	Lex illius vel sua.m.f.
תּוֹרָתֵנוּ	Lex nostra.m.vel f.
תּוֹרַתְכֶם:תּוֹרַתְכֶן	Lex vestra.m.f.
תּוֹרָתָם:תּוֹרָתָן	Lex illius vel sua.m.f.
תּוֹרוֹת	Leges. Plurali numero.
תּוֹרֹתַי	Leges mee.m.vel f.
תּוֹרֹתֶיךָ:תּוֹרֹתַיִךְ	Leges tue.m.f.

© Biblioteca Nacional de España

תּוֹרָתִי:תּוֹרָתָיִךְ Leges eiº.m.f.
תּוֹרָתֵינוּ Leges noſtre.m.vel.f.
תּוֹרַתְכֶם.תּוֹרָתֵיכֶן Leges veſtre.m.f.
תּוֹרָתָם:תּוֹרָתֵיהֶן Leges ſue.m.f.

Sunt tamen quedā nomina feminina in he deſinentia :in quibus aliquando he non vertitur in tau.vt סוּכָּה ideſt tabernaculum.Pſal.26. כִּי יִצְפְּנֵנִי בְּסֻכֹּה ideſt abſcondet me in tabernaculo ſuo.vbi pro סוּכָּתוֹ ponitur.סֵכָּה Item פִּשְׁתָּה.ideſt linū.Oſee. 11. צַמְרִי וּפִשְׁתִּי ideſt lana mea & linum meū . vbi pro eo quod eſſe debuit פִּשְׁתָּתִי legitur פִּשְׁתִּי .& alia complura ad hunc modum.Et notandum quod pronomē tertie perſone numeri ſingularis aliquando habet he ocioſam cum puncto mapic. vt רִבְקָה תּוֹרָתָהּ. Nomina preterea ſimplicia nonnunquam reperiuntur terminari ad pronominum ſimilitudinem.vt Geñ.ca. 49. בְּנִי אָתֹנִי ideſt filius aſine ſue.Ieremie quoq; cap.22. וְקָרַע לוֹ חַלּוֹנַי &aperit ſibi feneſtras.que poſſunt dignoſci ex cōtextu partium orationis.Sunt preterea quedam nomia monoſyllaba que finita in.iod poſſunt eſſe pronomina prime perſone numeri ſingularis:aut nomina que poſſunt conſtrui cum genitiuo.vt אָב.i.pater.אֲבִי יִשַׁי.i.pater iſai.אָח.i. frater . אֲחִי אַבְרָם ideſt frater abraam.פֶּה os. פִּי יְהוָה .i.os domini . Que nomina ſi iunguntur pronominibus tertie perſone numeri ſingularis ponuntur dupliciter hoc modo.

אֲבִיו אֲבִיהוּ Pater eius vel illius.
אֲחִיו אֲחִיהוּ Frater eius vel illius.
פִּיו פִּיהוּ Os eius vel illius.

Notandum quod hoc pronomen לוֹ quando iungitur his pronominibus mutat camez ſiue holem in ſurec.vt פִּלֹּנוֹ.ideſt omnes nos.Alia pronominum accidentia ad nominis rationem reducenda ſunt.nunc ad verbi conſiderationem accedamus.

De verbo.

VErbum eſt q̄ ſignificat cū modis & temporibus:cui p̄ter ſpeciem ac figuram accidunt ſeptem.ſ.coniugatio. vox.modus.tempus.numerus.perſona.genus maſculinum aut femininum. Coniugationes verborum quattuor ſunt.Prima coniugatio eſt verborum habentium tres litteras ſubſtantiales tantum:quarum prima ſcribitur ſubiecto camez ſecunda ſubiecto patha.hoc modo.פָּקַד.ideſt viſitauit.vocatur q̄ hec coniugatio בִּנְיָן הַקַּל ideſt coniugatio leuis & ſimplex: quia non recipit alias litteras preter quam illas que ſunt neceſſarie ad deſignanda ipſius verbi accidentia.& eſt fundamentū aliarum coniugationum.Appellatur quoq; leuis : quia profertur leniter:ideoq; non admittit dagues: cuius eſt litteram duriorem facere:quod precipue recuſat in littera media . Secūda coniugatio eſt verborum habentium dagues in littera ſubſtantiali media:vocaturq; פִּעֵל הַדָּגוּשׁ ideſt verbum durum prolatu:propter dagues quem habet.vt.פִּקֵּד. Tertia coniugatio eſt verborum habentium quinque litteras:quoniam in principio additur he ſubiecto hiric & in medio iod ocioſa . vt הִפְקִיד ideſt fecit viſitare:vocaturq; eodem nomine hoc eſt . הִפְעִיל Quarta coniugatio eſt quattuor litterarum ſubſtantialium:& prima ſyllaba ſcribitur per vau.& tertia littera plerumq; geminatur vt פֹּעֵל עָרוֹעַ ideſt exaltauit.& vocatur פֹּעֵל רוֹעַם hoc eſt verbum quadratum:a quattuor litteris quas continet in tertia perſona ſingulari preteriti indicatiui . Et ſunt quedam verba que poſſunt per omnes quattuor coniugationes declinari cuiuſmodi eſt verbum פָּקַד quo vſi ſumus exempli cauſa. Sunt tamen alia verba que non poſſunt declinari niſi per quaſdam illarū. Differunt he quattuor coniugationes inter ſe ratione ſignificationis:quia prima ſignificat actionem remiſſam . Secunda actionem intenſam. Tertia que facit actionem verbi tranſire in aliam perſonam.ſicuti.4.Reg.7. הִשְׁמִיעַ אֶת מַחֲנֵה אֲרָם ideſt audire fecit caſtra ſyrie: & propterea hec coniugatio habet duas litteras vltra ſubſtantiales. Quarta que etiam ſignificat ali quando actionem tranſitiuam: ſicut & tertia . Signatur quoq; differentia in verbo: mutatione ſignificatiōis.vt in verbo דִּבֵּר ſi eſt ſecunde coniugationis ſignificat loqui. ſi tertie cōfregit aut occidit.vt Pſalmo.17. וַיְדַבֵּר עַמִּים ideſt confregit populos. preterea חִרֵשׁ ſi eſt prime coniugationis ſignificat arare. ſi tertie eſt tacere.& ad hunc modum alia complura.Sed aduertēdū imprimis: quod prima cuiuſq; verbi & coniugationis poſitio vnde alia tempora formantur:eſt tertia perſona numeri ſingularis:preteriti pfecti indicatiui modi.Illud quoq; non omittendum:eſſe quedam verba perfecta:& alia imperfecta . Perfecta ſunt:que non amittunt aliquam extribus litteris ſubſtantialibus que ſunt proprie ſignificationis verbi.Imperfecta ſunt illa que amittunt aliquam exillis litteris in coniugationis diſcurſu:de quibus infra ſuo in loco dicetur.nunc interim de perfectis. Vox quam diximus eſſe ſecundum verbi accidens eſt illud quo diſtinguitur verbum actiuum a paſſiuo.vt פָּקַד ideſt viſitauit. נִפְקַד ideſt viſitatus eſt.in hac coniugatione vox actiua difert a paſſiua per litteram nun ſubiecto hiric.in aliis aliter atq; aliter. Modi verborum ſunt tres.indicatiuus.imperatiuus.infinitiuus.indicatiuus eſt:per quem ſimpliciter oſtendimus quid fit.vt פָּקַד ideſt viſitauit. imperatiuus quem vocant eſt per quem imperamus aliquid fieri.vt פְּקֹד ideſt viſita. infinitiuus quem vocant מָקוֹר eſt cuius actio ſiue paſſio infinite hoc eſt ſine numeris & perſonis ponitur.vt פָּקֹד. ideſt viſitare. Optatiuus & ſubiunctiuus ſupplētur per aduerbia ſiue cō iunctiones:& per indicatiuum aut infinitiuum.

Tempora verborum tria ſunt.preſens. preteritum . futurum. Preſens tempus hebrei non habent :circumloquuntur tamen illud per participium & perſonam que illi adiungitur . & p eo quod nos dicimus ego audio:illi dicunt אֲנִי שֹׁמֵעַ.ideſt ego audiens.ſ.ſum.& intelligitur verbum ſubſtantiuum: alioquin nō eſſet enunciatio. Preteritum imperfectum ſuppletur per futurum indicatiui.aut per preteritum:ſed plerumq; per participium preſentis & verbum ſubſtantiuum eiuſdem temporis.pluſquam perfectum vero confunditur cum preterito perfecto.

Numeri verborum duo ſunt.Singularis qui de vno loquitur. vt פָּעַל.ideſt fecit.Pluralis qui de pluribus loquitur . vt פָּעֲלוּ.i. fecerunt. Perſone verborum quemadmodum nominum & pronominum tres ſunt.Prima que de ſe loquitur.vt אֲנִי פָּעַלְתִּי vt ego feci.Secunda ad quam prima loquitur. vt אַתָּה פָּעַל tu facis Tertia de qua prima loquitur vt הוּא פָּעַל ille facit. Genera verborum quemadmodum & nominum & pronominū duo ſunt.maſculinum & femininum.maſculinum eſt quod iungitur ſuppoſito generis maſculini expreſſo vel ſubintellecto.ſicuti.אֵל פָּעַל ideſt deus fecit.Femininum verbi genus eſt:quod iungitur ſuppoſito generis feminini expreſſo vel ſubintellecto vt אִשָּׁה פָּעֲלָה.ideſt mulier fecit.Sed antea quam ad explicationem coniugationis uerborum veniamus aduertendum eſt:qđ in prima uerbi perſona tam in ſingulari quam in plurali genꝰ maſculinum & femininum aſſimilantur in preterito & in futuro indicatiui modi.preterita quoq; eiuſdem modi in tertia pſona plurali in genere maſculino & feminino ſunt in termīatione ſimilia.Illud quoq; notandum quod in prima coniugatione prima verbi poſitio habet terminationes tres : primam in.a cum patha ſequenti alia littera .ut פָּקַד.ſecundam in. e.cūcere.vt חָפֵץ.ideſt uoluit.Tertiam in.o.cum holem .ut יָכֹל ideſt potuit.& in hac coniugatione prima littera ſcribitur ſubiecto camez.cuius explicatio in hunc modum ſequitur.

Prima coniugatio.

IN uoce actiua indicatiuo modo tempore preterito.

פָּקַד	Viſitauit.m.	פָּקְדָה	Viſitauit.f.
פָּקַדְתָּ	Viſitaſti.m.	פָּקַדְתְּ	Viſitaſti.f.

© Biblioteca Nacional de España

פָּקַדְתִּי Visitaui.m.&f.

Plurali.

פָּקַדְתֶּם Visitastis.m. פָּקְדוּ Visitauerunt.m.&f.

פָּקַדְתֶּן Visitastis.f. פָּקְדֹנוּ Visitauimus.m.&f.

Aduertendum quod quando prima verbi positio hoc est פָּ֫קַד iungitur dictioni monosyllabe aut habenti accentum in prima: illa quoq; habet accentum in principio. vt geñ.cap.1. קָרָא֙ לָ֣יְלָה ideſt vocauit noctem.& numeri.27. וַיִּשְׁאַל לוֹ ideſt & interrogabit eum. Illud quoq; eſt notandum quod quando prima littera ſubſtantialis vel media eſt aliqua ex his quattuor אהחע & debebat ſcribi cum ſeba: tunc ſeba mutatur in camez: vel patha: vt אֲהֻבְתֶּם .i. dilexiſtis בָּחַרְתָּ ideſt elegit. que regula obſeruatur in omnibus modis. temporibus. & perſonis. vbicūq; ſeba ſupponitur littere ſubſtantiali in medio ipſius verbi: ſi illa littera eſt ex illis quattuor: ſeba quoque vertitur in camez. Et quando venit in fine clauſule: etiam ſi littera ſubſtantialis media non ſit aliqua ex illis quattuor ſeba littere medie ſubſtātialis vertitur in camez vel patha: & in ea collocatur accentus. vt Numeri.19. אֶת מִשְׁמֶ֫רֶת יְהוָה שָׁמָ֑רוּ ideſt cuſtodiam domini cuſtodierunt. & Iudicum.19. חָלַב נָתָ֫תָה ideſt lac dedit. Tertia p̄ terea verbi pluralis perſona recipit aliquando nun in fine. vt Deut.8. אֲשֶׁר֙ לֹא יָדְע֣וּן אֲבֹתֶ֔יךָ .ideſt que non cognouerunt patres tui. & per preteritum huiuſmodi ſuppletur preteritum imperfectum & pluſquam perfectum eiuſdem. vt Geñ.37. אָהַב אֶת יוֹסֵף ideſt amabat ioſeph. ſupletur etiam preteritum imperfectum per futurum. vt Iob.1. כֹּ֚ה יַעֲשֶׂ֣ה אִיּ֔וֹב ideſt ſic faciebat iob. Nonnunquam additur he littera in fine verbi ſecunde p̄ſone gñis maſculini numeri ſingularis. vt geñ.3. הָאִשָּׁה אֲשֶׁר נָתַתָּה ideſt mulier quam dediſti. Aliquando quoq; he finalis vertitur in tau: in verbis tertie perſone generis feminini numeri ſingularis. vt Eſaie.23. וְנִשְׁכַּחַת צֽוֹר ideſt oblīuioni dabitur tyrus. Preſens indicatiui modi circumloquimur per participium quod deriuatur a prima verbi poſitione: & habet ſemper .o. vocalem in principio. & eſt ſimile nomini adiectiuo tā in genere q̄ in terminatione & declinatione. ſic.

פּוֹקֵד qui viſitat. פּוֹקֶ֫דֶת vel פּוֹקְדָה que viſitat.

פּוֹקְדִים qui viſitant. פְּקֻדוֹת que viſitant.

& quemadmodum in preterito dictum eſt quando aliqua illarum quattuor litterarum אהחע eſt in medio: ſeba vertitur in camez. vt צוֹעֲקִים צוֹעֲקוֹת ideſt qui clamāt vel que clamant. & p hoc participium & pronomina circūloquimur perſonas vtriuſq; numeri. ſic. אֲנִי פּוֹקֵד ideſt ego viſito: & preponitur pronomen participio: nōnunquam vero poſtponitur. vt Ieremie 1. שֹׁקֵד אֲנִי ideſt vigilo ego. que regula ad alias quoq; coniugationes pertinet. Cum vero littera ſubſtantialis in fine poſitionis prime eſt ain ſiue heth. tunc in participio generis maſculini numeri ſingularis ſuppletur. a. ante illud ain vel heth. & accentus ponitur in littera ſubſtantiali que eſt ī medio. vt בּוֹרֵחַ ideſt qui fugit. genus vero femininū eiuſdē numeri ſic. בֹּרַחַת ideſt que fugit. & hec quoq; regula extendit ſe ad alias coniugationes: quoties littera ſubſtantialis in medio poſita venit cū aliquo apice preterq̄ cum camez & patha. Aliquando tamen littera ſubſtantialis in medio poſita recipit patha: & ain ſiue heth finalis pertinet ad vocalem precedentem: quia nullum habet apicē ſubiectum. vt pſalmo.93. הַטַּ֣ע אֹ֑זֶן ideſt qui plantat aurem. & quando participium generis feminini numeri ſingularis venit in fine clauſule: tunc in littera ſubſtantiali media habet camez: & in ea collocatur accentus. vt ioſue.11. בָּהוֹמָה יֹשֶׁ֫בֶת ideſt in muro illa habitabat. in verbis quoq; deſinentibus in .e. vel in .o. nulla eſt differentia preteriti ad preſens. vt אֲנִי יָכֹל ideſt ego volo. אֲנִי יָכֹל ideſt ego poſſum. Non nunquā etiam participium generis maſculini numeri ſingularis deſinit in hiric ſequēti iod. vt geñ.44. אֹסְרִי לָגָ֫פֶן ideſt qui alligat ad vitem. & Deutero.33. שֹׁכְנִי סְנֶה ideſt qui habitat in rubo. & alia eodem modo. Et notandum quod per hoc participiū preſentis quandoq; circumloquimur preteritum imperfectum indicatiui modi cum eiuſdem temporis uerbo ſubſtantiuo. eram eras erat. ut אֲנִי הָיִיתִי פֹּקֵד ego eram viſitans. i. ego viſitabam Futurum in omnibus coniugationibus ſcribitur per unam ex his quattuor litteris איתן additam in principio prime verbi poſitionis ſubiecto hiric: preter quā aleph prime perſone numeri ſingularis cui ſubſcribitur cegol. Terminatiōes uero prime perſone utriuſq; numeri ſunt ſimiles in utroq; genere: quem admodum in preterito dictum eſt. Quod in aliis quoq; coniugationibus obſeruatur. in quibus etiam prime perſone utriuſq; numeri plerumq; recipiunt he in fine: aliquando tamen nō recipiunt. ut

אֶפְקֹד uel אֶפְקְדָה viſitabo.m.&f.

תִּפְקֹד Viſitabis.m. תִּפְקְדִי Viſitabis.f.

יִפְקֹד Viſitabit.m. תִּפְקֹד Viſitabit.f.

Plurali.

נִפְקֹד uel נִפְקְדָה Viſitabimus.m.&f.

תִּפְקְדוּ Viſitabitis.m. תִּפְקֹ֫דְנָה Viſitabitis.f.

יִפְקְדוּ Viſitabunt.m. תִּפְקֹ֫דְנָה Viſitabunt.f.

Et notandum quod vau littera que ponitur ante litteram ſubſtantialem finalem aliquando abiicitur. Notandum preterea quod terminatio ſecunde perſone generis maſculini numeri ſingularis eſt ſimilis tertie perſone generis feminini numeri ſingularis in omnibus futuris tam actiue vocis quam paſſiue. que voces non poſſunt dignoſci niſi ex contentu partium orationis. Secūde quoq; & tertie perſone voces generis feminini pluralis numeri ſimiles ſunt. Eiuſdem quoq; futuri perſone omnes generis maſculini numeri ſingularis atq; etiam prima perſona pluralis quando iunguntur dictionibus monoſyllabis cum accentu macaph aut habentibus accentum in principio: tunc littera ſubſtantialis medie dictionis habet camez & legitur quaſi holem. vt Pſalmo.88. אֶשְׁמֹר לְחַסְדִּי .ideſt ſeruabo illi miſericordiam meam. & ad hunc modum alia complura. in omnibus etiam perſonis eiuſdem temporis littera ſubſtantialis medie dictionis aliquando venit cum patha hoc modo. אֶפְעַל ideſt faciam. quod precipue fit in verbis quorum littera ſubſtātialis media aut finalis eſt aliqua harum quattuor. אהחע vt אֶשְׁמַע ideſt audiam. אֶצְעַק ideſt clamabo. & in vtriſq; huiuſmodi futuris in eodem verbo littera ſubſtantialis media poteſt eſſe cum holem & poteſt eſſe cum patha. vt אֶחְפֹּץ volam. יַחְפֹּץ ideſt volet: & in fine clauſule ſeba littere ſubſtantialis medie aliquando vertitur in camez ſiue holem: & in ea collocatur accentus etiam ſi littera ſubſtantialis non ſit vna ex illis q̄tuor in hunc modum אֶפְקְדָה. אֶפְקֹד: תִּפְכַּדִּי. תִּפְכַּד: יִפְכְּדוּ. יִפְכֹּד: תִּפְכְּדוּ. תִּפְכֹּד: venit etiam ad eundem modum ſepe: licet non ſit in fine clauſule. In quibuſdam etiam verbis quorū littera ſubſtātialis prima eſt ain ſiue heth in prima perſona ſīgulari: ſubiicitur illis cegol. ſic אֶעֱבֹר ideſt tranſibo. Sed in aliis perſonis vltra litteram que additur ad deſignandum perſonam futuri: littera ſubſtantialis prima habet camez vel patha. ſic תַּעֲבֹר .ideſt tranſibis. תַּעֲמֹד ideſt ſtabis. In quibuſdam quorum principium eſt aleph: littere addite habent holem in prima perſona: & aleph ſubſtantialis prima amittitur. vt אֹכַל .i. comedam. אֹמַר .ideſt dicam. in aliis vero perſonis aleph rurſus emergit: ſed non profertur: vt תֹּאמַר ideſt dices. תֹּאכַל ideſt comedes. Sunt preterea verba quorum initium eſt aleph: in quibus littere que additur futuro & ſubſtantialis prima habent cegol & non abiicitur aleph. qualia ſunt. אֶאֱסֹף ideſt congregabo אֶאֱסֹר ideſt alligabo. Nonnūquam etiam ſecunde & tertie perſone generis maſculini numeri pluralis & ſecunda perſona generis feminini ſingularis accipiunt in fine nun. vt

© Biblioteca Nacional de España

תִּפְקְדוּן יִפְקְדוּן תִּפָּקֵדְנָה que regula seruit coniugationibus aliis tam in voce actiua quam in passiua. Et notandum quod quando preponitur vau cum camez siue patha : & vau est particula coniunctiua: futurum vertitur ī preteritum hoc modo . וַיִּפְקֹד ideſt & visitauit. quod si tau habet seba siue hiric: tunc non mutatur futurum. vt וְיִפְקֹד ideſt & visitabit. Quod si vau preponitur preterito: subiecto quocunq; apice : preteritum vertitur in futurū. vt וְשָׁכַט ideſt & quiescet: preterquam in prima persona singularis numeri in cuius littera substantiali media collocatur accentus: quia tunc manet in eodem preterito. vt Osee 12. וְדִבַּרְתִּי עַל הַנְּבִיאִים. Si tamen accentum habet in vltima: nihilominus vertitur in futurum. vt Exo. cap. 12. וְעָבַרְתִּי בְּאֶרֶץ מִצְרַיִם ideſt. & transibo per terram egypti. Quodque hoc in loco de vau diximus ad alias quoq; pertinet coniugationes in vtraq; voce. Per tempus etiā futurum aliquando suppletur preteritum imperfectum eiusdē modi. vt Geñ. cap. 2. וְאֵד יַעֲלֶה מִן הָאָרֶץ ideſt fons ascendebat de terra.

De imperatiuo.

IMperatiuus modus qui hebraice dicitur צִוּוּי tantū habet vnum tempus presens: caretq; primis personis numeri vtriusq;: hoc modo. פְּקֹד vel פָּקֹד vel פִּקְדִי visita. m. פִּקְדִי visita.f. פִּקְדוּ visitate.m. פִּקְדְנָה visitate. f. Et notandum quod ad proportionem trium illarum vocum se cunde persone imperatiui: numeri singularis: generis masculini: declinantur alie persone eiusdem modi. hoc modo.

פָּקַדְתָּ visita.f. פִּקְדִי פָּקְדוּ visitate.m . פָּקַדְתֶּנָה visitate.f. quod plerumq; contingit in fine clausularum. Eadem quoq; secunda persona potest accipere he in fine: idq; tribus modis. Primo si littera substantialis prima legitur cum hiric & vltima cū camez siue patha. vt Geñ. 39. שָׁכְבָה עִמִּי dormi mecū. Secundo cum littera substantialis prima legitur cum camez & profertur quasi holem. vt Nee. 13 . זָכְרָה לִי אֱלֹהַי ideſt recordare mei deus meus. Tertio cum littera substantialis prima legitur cum seba. vt Dañ. 19. יְהוָה שְׁמַעָה יְהוָה סְלָחָה .i. domine audi: domine parce. Generis quoq; femininī: numeri singularis: littera substantialis prima aliquando habet camez & profertur holem. vt Iudicum. cap. 9. מָלְכִי עָלֵינוּ ideſt regna super nos. Et cum aliqua littera substantialis prima vel media prime verbi positionis est gutturalis: tunc genus femininum numeri singularis & masculinum pluralis possunt habere primas & secundas litteras cum patha: hoc modo פְּעָלִי ideſt fac. F. פְּעָלוּ. ideſt facite. m. Nonnunquam vtreq; littere prime in masculino plurali veniunt cum cegol. hoc modo. אֶהֱבוּ ideſt amate. אֶחֱזוּ. ideſt comprehendite. Et in femininō singulari littera substantialis prima scribitur aliquando per camez hateph qđ profertur per holem. vt Hieremie cap. 22. וּצְעָקִי .i. & clama: aliquando etiam he finalis in secunda persona femininī pluralis deficit. vt Ruth. 1 . קְרֶאנָ לִי מָרָא ideſt vocate me amarā. In eodem quoq; verbo littera substantialis prima venit cum hiric & nun finalis pertinet ad vocalem precedentem . vt Exodi. 2. קְרֵאנוֹ ideſt vocate eum. In verbis quoq; quorum tertia persona preteriti desinit in .e. vel in .o. sequenti consonante: preteritum non differt ab imperatiuo. vt Geñ. 29. מַלֵּא שְׁבֻעַ זֹאת ideſt imple septimanam huius. Et notandum quod tertia persona presentis imperatiui tam singularis quam pluralis supletur per futurum indicatiui. & quod per idem futurum indicatiui suppletur futurum imperatiui : quod est etiam aliarum coniugationum proprium.

De infinitiuo & gerundiis.

INfinitiuus modus qui ab hebreis dicitur מָקוֹר. ideſt origo: appellatur sic: quoniam ab illa verbi significatione confusa incipiunt distingui operationes. vt : פָּקֹד .i. פָּקַד ideſt visitare. Itaq; apud hebreos infinitiu? aut iungitur prepositionibus: & tunc ponitur pro nostris gerundis: aut iungitur verbo indicatiui modi & tunc ponitur pro participio vel nomine infinito. vt Geñ. 50 . פָּקֹד יִפְקֹד ideſt visitās visitabit. & Exodi. 3. פָּקֹד פָּקַדְתִּי ideſt visitans visitaui . Prepositiones vero ad circumloquendum gerundia sunt בכל quibus subscribitur hiric in hunc modum.

בִּפְקֹד	In visitando.	כִּפְקֹד	Cum visitando.
לִפְקֹד	Ad visitandum.	מִפְּקֹד	De visitando.

Nonnunquam hec gerundia recipiunt in fine he: & littera substantialis prima habet camez qui profertur quasi holem . vt Exo. 36. לְמֶרְבָּה אֶל הַמְּלָאכָה ad accedendū ad opus. ideſt vt accederet operi. Aliquando etiam veniunt cum hiric in fine: sequenti iod. vt Psalmo. 111. לְהוֹשִׁיבִי עִם נְדִיבִים ideſt ad habitandum cum principibus. vbi debuit dicere. לְהוֹשִׁיב. Per eundem quoq; infinitiuum suppletur subiunctiuus: mutato seba prime littere in holem. & prepositā beth siue caph cum seba: & in fine addito vno ex pnominibus: vt ex omnibus fiat vna dictio ad hunc modum. בְּפָקְדִי .i. in visitādo me. pro eo quod est cum visitem vel visitauero. & eodem modo alie persone.

בְּפָקְדֵךְ	cum tu visites.m.	בְּפָקְדֵךְ	cum tu visites .F.
בְּפָקְדוֹ	cum ille visitet.	בְּפָקְדָהּ	cum illa visitet.
בְּפָקְדֵנוּ	cum visitemus.m.vel.F.		De optatiuo.

Hebrei optatiuum non habent: circumloquuntur tamen illū p preteritum & futurum indicatiui modi & duo hec aduerbia optādi. לוּ: אַחֲלַי hoc est vtinā. vt Esaie cap. 48. לוּ הִקְשַׁבְתָּ ideſt vtinam audiuisses. & Psalmo. 118. אַחֲלַי יִכֹּנוּ דְרָכָי .ideſt vtinam dirigantur vie mee. De voce passiua.

SOcis passiue preteritum indicatiui modi formatur ex eodem preterito vocis actiue addita in principio nun cum hiric: & mutato camez prime littere substātialis ī seba. vt. נִפְקַד visitatus fuit נִפְקְדָה visitata fuit.

נִפְקַדְתָּ	visitatus fuisti.	נִפְקַדְתְּ	visitata fuisti.
נִפְקַדְתִּי	visitatus vel visitata fui.		Plurali.
נִפְקְדוּ	visitati vel visitate fuerunt.		
נִפְקַדְתֶּם	visitati fuistis.	נִפְקַדְתֶּן	visitate fuistis.
נִפְקַדְנוּ	visitati vel visitate fuimus.		

Notandum tamen quod in fine clausule seba littere substantialis medie vertitur in camez. hoc modo. נִפְקְדוּ נִפְקָדָה quod si littera substantialis prima est aliqua illarum quattuor אהחע tunc in omnibus personis littera substantialis prima & nū passiue vocis scribuntur per cegol. vt Geñ. cap. 22. נֶאֱחַז בַּסְּבַךְ .i. apprehensum in vepribus. Aliquando littera nun scribitur cū patha. vt Geñ. 31. לָמָּה נֶחְבֵּאתָ ideſt quare absconditus es.

Presens tempus huius vocis & modi in tertia persona masculini singularis est simile participio eiusdem passiue vocis & preterito eiusdem vocis & modi. differunt tamen quod preteritū scribitur cum patha in littera substantiali media quando non est finis clausule. presens vero siue participiū scribitur cum camez nisi construatur cum genitiuo. vt.

נִפְקָד	qui visitatus est.	נִפְקֶדֶת	q̄ visitata ē
נִפְקָדִים	qui sunt visitati.	נִפְקָדוֹת	que sunt visitate.

Et cum littera substantialis prima est aliqua illarum quattuor אהחע scribitur per cegol. Et similiter nun passiue vocis scribitur p cegol. vt Numeri. cap. 12 . נֶאֱמָן הוּא ideſt fidelis est ille. & aliqñ littera substantialis media participii generis masculini pluralis scribitur cū seba loco camez. Ester. 1. הַנֶּמְצָאִים בְּשׁוּשָׁן .i. q iuēti sūt in susis. futurū recipit has q̄ttuor litteras איתן vocis actiue: & deficit nun preteriti vocis passiue: que suppletur dagues impositum littere substantiali prime: hoc modo.

© Biblioteca Nacional de España

אֶפְקֹד vel אֶפָּקְדָה visitabor.m.&.f.

תִּפְקֹד	visitaberis.m.	תִּפְקְדִי	visitaberis.f.
יִפְקֹד	visitabitur.m.	תִּפְקֹד	visitabitur.f.

Plurali.

נִפְקֹד vel נִפָּקְדָה visitabimur.m.&.f.

תִּפְקְדוּ	visitabimini.m.	תִּפָּקֹדְנָה	visitabimini.f.
יִפְקְדוּ	visitabuntur.m.	תִּפָּקֹדְנָה	visitabuntur.f.

Et in fine clauſule ſeba littere ſubſtantialis medie vertitur in ce re cum accentu. vt תִּפְקְדִי ideſt viſitaberis. Et notandum quod áleph prime perſone aliquando recipit hiric. vt Exodi. 14. וְאִכָּבְדָה בְּפַרְעֹה ideſt honorabor in pharaone. Nonnunquam etiam cere littere ſubſtantialis medie vertitur in patha ſiue ca mez. vt Numeri. 16. וַתֵּעָצֵר הַמַּגֵּפָה ideſt & ceſſauit peſtilētia. quo in loco tau futuri ſcribitur cum cere. & hoc eſt quia quando lit tera ſubſtantialis prima eſt aliqua iſtarum אהחע tunc littere que adduntur futuro recipiunt cere. vt Geñ. cap. 42. יֵאָסֵר ideſt ligabitur in domo cuſtodie veſtre. בְּבֵית מִשְׁמַרְכֶם Ione. 1. וַיֵּרָדָם. i. & dormiuit Prouer. 22. בְּתוֹךְ רְחֹבוֹת אֵצֵחַ. ideſt in medio platearum occidar. Et quando littera ſubſtantia lis vltima eſt ain ſiue heth. ſcribitur ſubiecto patha. ſic יִשְׁמַע. i. audietur. יִפְתַּח ideſt aperietur. Nonnūquam etiam littera ſub ſtantialis media vertit cere in patha. quod tenet verum cū non eſt clauſule finis. vt. 4. Regum. 2. בְּעֵרֶם אֶלֹהַּח מֵעָמֶךָ ideſt ante quam tollar a te. & in femenino plurali plerumq; littera ſubſtā tialis media ſcribitur cum camez ſiue patha. vt Pſalmo. 56. וְכַשְּׁתוֹתָם תְּשַׁבֵּרְנָה ideſt arcus eorum confringentur.

De imperatiuo modo.

IMperatiuus formatur a ſecundis perſonis futuri eiuſ dem vocis paſſiue mutata tau in he. & littera ſubſtantia lis prima habet dagues ſicut in futuro vt ſuppleatur de fectus littere nun que erat preteriti. hoc modo.

הִפָּקֵד	viſitare.m.	הִפָּקְדִי	viſitare.F.
הִפָּקְדוּ	viſitamini.m.	הִפָּקֹדְנָה	viſitamini.F.

& quando littera ſubſtantialis prima eſt aliqua harum quattuor אהחע he addita ſcribitur cum cere. ſicut Deutero. 32. וְהַאֲסֵף אֶל עַמֶּיךָ ideſt apponere populis tuis. & nonnunquam genus maſculinum pluralis numeri accipit nun preteriti in prīcipio vt Ierc. 50. בֹּאוּ וְנִלְווּ אֶל יְהוָה. hoc eſt veníte & iungímini dño.

De infinitiuo modo.

INfinitiuus vocis paſſiue ſimilis eſt ſecūde perſone im peratiui numeri ſingularis generis maſculini. vt הִפָּקֵד ideſt viſitari. Aliquando infinitiuus accipit nun preteriti. vt Eſter. 3. וְנִשְׁלוֹחַ סְפָרִים. i. & mittere epiſtolas. & ex hoc infinitiuo & prepoſitionibus harum quattuor litterarū בכלם fiunt gerundia vocis paſſiue: quemadmodum in infinitiuo ac tiue vocis dictum eſt. & nonnunquam he infinitiui amittitur. vt Exo. 10. מִמָּאֲנְךָ לְהֵעָנוֹת ideſt non vis ſubiici mihi. vbi de ficit he quia debuit dici לְהֵעָנוֹת Ex hoc infinitiuo paſſiue vo cis ſupplentur optatiuus & ſubiunctiuus eiuſdem vocis: quem admodum in infinitiuo actiue vocis dicebamus. Et notādum q; he regule cum pleriſq; ex ſuperioribus non tam ad hanc cō iugationem quam ad omnes alias pertinent. Eſt & aliud parti cipium vocis paſſiue huiuſmodi.

פָּקוּר	viſitatus.	פְּקוּדָה	viſitata.
פְּקוּדִים	viſitati.	פְּקֻדוֹת	viſitate.

Sunt qui inter hec duo partícipia faciant diferentiam: vt parti cipium de quo ſuperius dictum eſt ſignificet per modum actus in tempore. hoc vero per modum habitus.

Sunt preterea verba neutra vocis actiue que reperiuntur aliq̄n do in voce paſſiua ſignificant tamen actionem: & carent parti cipiis vocis paſſiue: que tamen habent participia vocis actiue actionem quoque ſignificantia: cuiuſmodi ſunt hec.

הָלַךְ vel נָהַלָךְ ambulauit יָשַׁב habitauit נָפַל cecidit עָמַד ſtetit. רָבַב Equitauit. In quibus quidem verbis non dicitur הָלוֹךְ ne q; in aliis huius generis. Sūt etiam quedam verba communia: quorū participia vocis actiue aliquando ſignificant paſſionē. & vocis paſſiue actionem vt a בָּטַח. ideſt confidit בָּטוּחַ. i. confiſus & confidēs: et a שָׁכַן שְׁכוּן. i. habitauit. habitatus & habitans. ſunt alia verba que latinorum more poſſūt ap pellari deponentia: quia cum habeant vocem paſſiuam carent actiua. vt נִשְׁבַּע ideſt iuratus vel iurauit. טָמַר. ideſt remanſit ſi ue relictum eſt. Sunt alia verba que carent participiis preſentis actiue & paſſiue vocis: in quorum loco ponuntur nomina adie ctiua. vt קָרַב. ideſt acceſſit. רָחַק ideſt receſſit: a quibus deriuan tur nomina adiectiua a priori. קָרוֹב. ideſt propinquus. a poſte riori רָחוֹק. ideſt longinquus: que in locum ſuorum participio rum ſucceſſere tam actiuorum q̄ paſſiuorum. In participiorū quoq; locum ſuccedunt ſequentia nomina adiectiua. נָבוֹר ideſt fortis. חָזָק ideſt fortis. חָכָם. ideſt ſapiens סָכָל ideſt ſtultus צַדִּיק ideſt iuſtus. קָטָן ideſt paruus רַע ideſt malus. Quoniam ver ba a quibus hec nomina deriuantur carent vtroq; participio. & hoc verbum. יָכַל ideſt potuit: neq; habet participium actiuū neq; paſſiuum neq; nomen adiectiuum: in quo preteritum po nitur pro preſenti.

De ſecunda coniugatione.

SEcunda coniugatio eſt trium litterarum: quarum prima ſubſcribitur cū hiric. ſecunda cum cere ſiue patha. vt פָּקַד & פָּקֵד & nonnunquam cum cegol. & littera ſubſtantialis media ſcribitur per dages: ſi non ſit aliqua harum quinque. אהחער non recipiunt dagues. & tunc prima vt verbi poſitio vtroq; mo do ſcribi poteſt. Poſſunt quoq; prima & ſecunda ſubſtantialis littera ſcribi per cere. vt בֵּאֵר אֶת הַתּוֹרָה ideſt declarauit legem. Poſſunt etiam venire prima cum cere & media cum patha. vt Geñ. 24. בֵּרַךְ אֶת אַבְרָהָם. ideſt benedixit abraam. Sunt qui di cant quod littera ſubſtantialis media idcirco habet dagues: vt per eum ſuppleatur defectus littere iod: que debuit interponi duabus primis litteris ſubſtantialibus. Senſus huius coniuga tionis in omnibus modis & temporibus eſt ſimilis coniugatio ni prime.

Secunda coniugatio actiue vocis. indi catiuo modo tempore preterito.

פָּקַד	viſitauit.m.	פָּקְדָה	viſitauit.F.
פָּקַדְתָּ	viſitaſti.m.	פָּקַדְתְּ	viſitaſti. F.
פָּקַדְתִּי	viſitaui.m.&.f.	Plurali.	
פָּקְדוּ	viſitauerunt.m.&.f.		
פְּקַדְתֶּם	viſitaſtis.m.	פְּקַדְתֶּן	viſitaſtis.F.
פָּקַדְנוּ	viſitauimus.m.&.f.		

Et notandum quod in fine clauſule ſeba littere ſubſtātialis me die vertitur in cere & in eadem collocatur accentus. vt Deut. 5: אֲשֶׁר דִּבֶּרוּ ideſt quod locuti ſunt. Aliquando etiam in prima verbi poſitione veniunt in principio due littere ex his אהחע ſimul. & vtraq; cum cegol. vt iudicium. cap. 5. מַדּוּעַ אֶחֱרוּ פַּעֲמֵי מֶרְכְּבוֹתָיו ideſt quare tardauerunt pedes quadrigarum illius. Et aliquando hec coniugatio reperitur ſine dagues. vt Ezech. 9. וּמָלְאוּ אֶת הַחֲצֵרוֹת ideſt implete atria.

Preſens quod per participia vocis actiue & paſſiue huius cōiu gationis & earū que ſequuntur ſuppletur: plerūque venit cum mem addita in principio. vt.

מְפַקֵּד	qui viſitat	מְפֻקֶּדֶת vel מְפַקֶּדֶת	que viſitat
מְפַקְּדִים	qui viſitant	מְפֻקָּדוֹת	que viſitant.

In fine vero clauſule littera ſubſtantialis media in gñe femini no numeri ſingularis plerumq; venit cū cere: & in ea nōnūquā accentus collocatur. ut מְפֻקֶּדֶת. ideſt. que viſitat: & participi um quod deſinit in tau venit in hunc modum. מְפֻקָּד

Cum uero participium maſculinum numeri ſingularis iun gitur pronomini: aliquando littera ſubſtantialis media

© Biblioteca Nacional de España

scribitur cum hiric.vt Leuitici.21. מְקַדִּשְׁכֶם idest qui sanctifi-cat vos. Littere que adduntur futuro in principio veniunt cū seba preter aleph prime persone singularis que venit cum patha.vt אֶפְקֹד vel אֶפְקְדָה visitabo.m.&.f. תִּפְקֹד visitabis.m. תִּפְקְדִי visitabis.f. יִפְקֹד visitabit.m. תִּפְקֹד visitabit.f. Plurali. נִפְקֹד vel נִפְקְדָה visitabimus.m.&.f. תִּפְקְדוּ visitabitis.m. תִּפְקֹדְנָה visitabitis.f. יִפְקְדוּ visitabunt.m. תִּפְקֹדְנָה visitabunt.f. In fine vero clausule seba littere substantialis medie vertitur in cere: & in ea ponitur accentus. hoc mō. אֶפְקְדָה que regula obseruatur in omnibus coniugationibus.

De imperatiuo.

פְּקֹד vel פִּקְדָה visita.m. פִּקְדִי visita.f.
פִּקְדוּ visitate.m. פִּקֹדְנָה visitate.f.

Aliquando ī secunda persona masculini singularis littera substantialis media venit cum patha.vt Psal.54. בַּלַּע יְהוָה פַּלֵּג לְשׁוֹנָם idest precipita domine: diuide linguam eorum.

De infinitiuo.

פָּקֹד Visitare. Aliquando in hoc modo littera substantialis media venit cum holem.vt Psal.117. יַסֹּר יִסְּרַנִּי יָהּ. idest castigans castigauit me dominus. Aliquando littera substantialis prima scribitur cum hiric.vt Leuitici.14. אַחַר חִלַּץ אֶת הָאֲבָנִים. i. post ea quam eruti fuerint lapides. & ex hoc infinitiuo supplentur gerundia & subiunctiuus modus: anteposita vna ex his quattuor litteris בכלם subscriptis cum seba.vt in infinitiuo prime cōiugationis dictum est. Aliquando etiam cum he in fine. vt Leuitici.26. לִיסָּרְכֶם ad castigandum vos.

De voce passiua.

In voce passiua littera substantialis prima scribitur cum surec. & appellatur בְּנָיָן פָּקַד quoniam sic incipit. ad hunc modum. in dicatiuo modo tempore preterito.

פָּקַד visitatus fuit.	פָּקְדָה visitata fuit.
פָּקַדְתָּ visitatus fuisti.	פָּקַדְתְּ visitata fuisti.
פָּקַדְתִּי visitatus fui vel visitata fui.	

Plurali.

פָּקְדוּ Visitati fuerunt vel visitate fuerunt.	
פְּקַדְתֶּם visitati fuistis.	פְּקַדְתֶּן visitate fuistis.
פָּקַדְנוּ visitati fuimus vel visitate fuimus.	

Et quando littera substantialis media est aliqua harum quattuor אהער surec littere substantialis prime vertitur in holem. vt exo.12. כִּי נָרְשׁוּ מִמִּצְרַיִם. i. quia ejecti fuerūt ex egypto. & ī hūc modum alia cōplura. & licet littera substātialis media sit heth: tñ prima substantialis scribi potest cum surec.vt Ezech.cap.16 וּמַיִם לֹא רָחַצְתְּ idest & aqua non es lota. Et quando littera substantialis media est aliqua harum quattuor אהער seba eiusdē littere vertitur in camez: vt in preterito vocis actiue prime coniugationis dictum est. preterea in fine clausule seba littere substantialis medie vertitur in camez: & in ea collocatur accentus hoc modo. פָּקְדָה Presens eiusdem vocis assimilatur preterito eidem: excepto q̄ preteritum scribitur cum patha in littera media substātiali: presens vero cū camez. sic. פָּקֹד qui est visitatus פְּקֻדָּה que est visitata פְּקֻדִים qui sunt visitati פְּקֻדוֹת que sūt visitate. Futurū cui littere addite recipiūt seba: & aleph prime p̄sone singularis habet patha hoc mō. אֶפְקֹד visitabor. m. & f. תִּפְקֹד visitaberis.m. תִּפְקְדִי visitaberis.f. יִפְקֹד visitabitur.m. תִּפְקֹד visitabitur.f. Plu. נִפְקֹד vel נִפְקְדָה visitabimur. m.f. תִּפְקְדוּ visitabimini.m. תִּפְקֹדְנָה visitabimini.f. יִפְקְדוּ visitabuntur.m. תִּפְקֹדְנָה būtur.f. In fine vero clausule seba lr̄e sbālis medie vertitur in camez atq; in eadē accentus collocatur hoc mō. תִּפְקְדִי & hec vox passiua caret imperatiuo modo. Infinitiuus vocis passiue est פָּקֹד vel פָּקֹד. i. visitari. cui si p̄ponātur p̄pones harū quattuor litterarum בכלם circūloquimur gerundia. Subiūctiuus vero suppletur eo modo quo dictū est in infinitiuo prime cōiugatiōis. Est & aliud participiū vocis passiue מְפֻקָּד qui est visitatus vel מְפֻקָּדָה que est. tata. מְפֻקָּדִים q̄ sunt visitati מְפֻקָּדוֹת que sunt visitate. Et q̄ñ littera substātialis media est aliqua harum quinque אהער: surec littere substantialis prime vertitur in holem. vt Deutero.33. מְבֹרָךְ יְהוָה. i. benedicta domini.

De tertia coniugatione.

Certia coniugatio quēadmodū supra dictum est appellatur הִפְקִיד propterea quod facit actū verbi trāsire in aliā personā: quod fit precipue in verbis transitiuis. vt הִפְקִיד אֶת הַחֹלֶה. i. fecit visitare infirmū. vbi sunt tres persone qui facit visitare. qui visitat. qui visitatur. Et in verbis absolutis actus transit in secundā personā & non vltra. vt הֶעֱמִיד fecit stare: quod verbū nō trāsit in aliā rē. Itaq; in hac cōiugatione per vnum verbum significātur due actiones diuerse. s. actio. principalis eiusdem verbi: & actio huius verbi facio facis. vt a supradicto verbo פָּקַד. i. visitauit dicitur הִפְקִיד. i. visitare fecit. & a קָרַב. i. appropinquauit: dicitur הִקְרִיב. i. appropinquare fecit. Et aliquando per huius coniugationis verba actus permanet in prima vel in secunda p̄sona. vt הֶחֱרִישׁ hoc est tacuit vel tacere fecit. & quando littera substantialis vltima est ain siue heth scribitur per patha hoc modo. הִשְׁמִיעַ idest audire fecit. Et in preterito huius coniugationis: iod exteritur ex medio preterquam in tertiis personis vtriusq; generis & numeri. hoc modo.

Indicatiuo modo actiue uocis in preterito.

הִפְקִיד fecit visitare.m.	הִפְקִידָה fecit visitare.f.
הִפְקַדְתָּ fecisti visitare.m.	הִפְקַדְתְּ fecisti visitare.f.
הִפְקַדְתִּי feci visitare.m.&.F.	

Plurali.

הִפְקִידוּ fecerunt visitare.m.&.F.	
הִפְקַדְתֶּם fecistis visitare.m.	הִפְקַדְתֶּן fecistis. tare.F.
הִפְקַדְנוּ fecimus visitare.m.&.F.	

Quando vero littera substantialis prima est aliqua harum quattuor. אהער he addita in principio & littera substantialis prima scribuntur per cegol hoc modo. הֶעֱבִיר idest fecit transire. Et aliquando littera substantialis prima tantum scribitur per seba hoc modo הֶעְלִים idest abscondit vel fecit abscondere. Vno tamen in loco tantum he addita reperitur cum cegol quamuis littera substantialis prima non sit aliqua ex supradictis quattuor. primo. Regum.25. לֹא הֶכְלַמְנוּם idest nunquam eis molesti fuimus.

Presens circumloquimur per participium: quod habet mem additam in principio subiecto patha siue camez: & abiicitur he preteriti addita sic.

מַפְקִיד qui facit visitare	מַפְקִידָה vel מַפְקֶדֶת que facit visitare.
מַפְקִידִים qui faciunt visitare	מַפְקִידוֹת que faciunt visitare.

Et cum littera substantialis prima est aliqua harum quattuor אהעת illa littera scribitur cum patha loco seba in hunc modum. מַעֲבִיר idest qui facit transire. Et aliquādo littera substantialis media loco hiric habet cere: & excludi tur iod. vt Psalmo.134. מֹצֵא רוּחַ מֵאֲצֻרֹתָיו idest qui educit ventos de thesauris suis.

Littere que adduntur futuro scribuntur cum patha: & excludi tur he preteriti. & littera substantialis media habet hiric: ī hūc modum. אַפְקִיד vel אַפְקִידָה Faciam visitare. m.&.f.

תַּפְקִיד facies visitare.m.	תַּפְקִידִי facies visitare.f.
יַפְקִיד faciet visitare.m.	תַּפְקִיד Faciet visitare. f.

Plurali.

נַפְקִיד uel נַפְקִידָה faciemus visitare.m.&.f.	
תַּפְקִידוּ facietis visitare.m.	תַּפְקֵדְנָה facietis visitare.f.
יַפְקִידוּ facient visitare.m.	תַּפְקֵדְנָה faciēt visitare.F.

© Biblioteca Nacional de España

Cum vero littera substantialis prima est aliqua harum quattuor. אהחע littera illa scribitur cum patha hoc modo אַעַמִיד idest faciam stare. & aliquando futurum recipit he preteriti. vt psalmo. 114. וְלִירוּשָׁלִַ֑ם idest & me salvum faciet. Aliquando etiã littera substantialis media scribitur per cere loco hiric: & excluditur iod ex medio. vt Genē. capᵒ. 1. וַיַּבְדֵּל אֱלֹהִים .i. & diuisit deus. & ad hunc modum alia complura. Nonnunquam preterea in plurali littera substantialis media scribitur cum seba loco hiric & excluditur iod ex medio. vt. 1. Regū. 31. וַיַּרְדְּפוּ פְלִשְׁתִּים .Q.d hoc est irruerunt pͫ philistim: pro quo debuit esse וַיִּרְדְּפוּ etiam fit cum pronomini iungitur. vt. 1. Reg. 17. יַעְשְׁרֵנוּ הַמֶּלֶךְ idest diuitem faciet illum rex. pro quo debuit esse . יַעְשִׁירֶנּוּ

De imperatiuo.

IMperatiuus habet in principio he additam cum patha & in secunda persona masculini singularis & femininí pluralis littera substantialis media plerumqͫ scribitur cum cere: & excluditur iod ex medio. In aliis tamen personis littera substantialis media scribitur cum hiric: & non abiicitur iod ex medio. sic. הַפְקֵד vel הַפְקִידָה fac visitare. m. הַפְקִידִי fac visitare. f. הַפְקִידוּ facite visitare. m. הַפְקֵדְנָה facite visitare. f. Et cũ littera substãtialis media est aliqua harum quattuor. אהחע scribitur cum patha. vt. 2. Reg. capᵒ. 11. חַזֵּק מִלְחַמְתֶּךָ idest conforta bellum tuum. aliquando secunda persona imperatiui masculini singularis littera substantialis media scribitur cum cegol. vt 1. Para. 21. הַעֲבֶר נָא idest fac transire nunc. Nonnunquam preterea idem imperatiuus venit cum hiric loco cere. vt Ieremie 17. הַבִיא עֲלֵיהֶם hoc est. induc super eos. & quandoqͫ littera substantialis media scribitur cum patha loco cere. sicut in Psalmo. 5. הַיְשֵׁר לְפָנַי דַרְכֶּךָ hoc est dirige in conspectu meo viam tuam. Idem quoqͫ modus aliquando scribitur cum he in fine. vt Iere. 18. הַקְשִׁיבָה יְהוָה idest audi domine.

De infinitiuo.

INfinitiuus modus recipit he quemadmodum & imperatiuus. & littera substantialis media scribitur cum cere siue hiric & iod. in hunc modum. הַפְקֵד vel הַפְקִיד .i. facere visitare. Aliquando etiam he addita scribitur cum hiric. vt Esaie. 31. נַצֵּל וְהַצֵּיל פָּסֹחַ וְהַמְלִיט idest protegere & liberare. transire & saluare. & alia ad hunc modum. Per infinitiuū quoqͫ supplentur gerundia & subiunctiuus prepositis illis quattuor litteris בכלם cum seba: quemadmodum in īfinitiuo prime coniugationis dictum est. Et cum sic veniunt gerundia cum prefatis litteris nonnunquam he addita in principio excluditur: & littera addita ex quattuor predictis scribitur cum patha siue camez. vt Psal. 25. לַשְׁמִיעַ בְּקוֹל תּוֹדָה hoc est ad audiẽdum vocem laudis. & alia similiter.

De voce passiua.

PAssiua vox accipit he in principio subiecto surec siue camez quod profertur quasi holem. hoc modo . הָפְקַד vel הָפְקֵד idest visitatus fuit.

Indicatiuo modo tempore preterito.

הָפְקַד	Visitatus fuit.	הָפְקְדָה	visitata fuit.
הָפְקַדְתָּ	Visitatus fuisti.	הָפְקַדְתְּ	Visitata fuisti.
הָפְקַדְתִּי	Visitatus vel visitata fui.		Plurali.
הָפְקְדוּ	Visitati vel visitate fuerunt.		
הָפְקַדְתֶּם	Visitati fuistis.	הָפְקַדְתֶּן	Visitate fuistis.
הָפְקַדְנוּ	Visitati vel visitate fuimus.		

Et quando littera substantialis prima est aliqua harum qͫattuor. אהחע he addita scribitur aliquando cũ camez. & littera substantialis prima scribitur cum camez hateph hoc modo. הָעֳמַד idest statutus est: & quando est in fine clausule: littera substantialis media scribitur cum camez loco seba accentu in eadem posito. hoc modo הָפְקָדוּ. Presens circumloquimur per participium quod habet he additam in principio subiecto surec siue camez quod profertur quasi holem: sicut in preterito. hoc mō

הַפֹּקֵד vel הַפֹּקֵד	qui visitatur	הַפְּקֻדָה	que visitatur.
הַפְּקֻדִים	qui visitantur.	הַפְּקֻדוֹת	que visitantur.

Futurum litteras additas accipit subscriptas cum surec siue camez hateph quod profertur quasi holem ad hunc modum.

אוּפְקַד vel אֶפְקַד	visitabor. m. & f.		
תּוּפְקַד	visitaberis. m.	תּוּפְקְדִי	Visitaberis. f.
יוּפְקַד	Visitabitur. m.	תּוּפְקַד	Visitabitur. f. Plu.
נוּפְקַד vel נִפְקַד	visitabimur. m. & f.		
תּוּפְקְדוּ	Visitabimini. m.	תּוּפְקַדְנָה	Visitabimini. f.
יוּפְקְדוּ	Visitabuntur. m.	תּוּפְקַדְנָה	Visitabuntur. f.

Et cum littera substantialis prima est aliqua harum quattuor אהחע tunc littere addite futuri scribuntur cum camez: & littera substantialis prima cum camez hateph quod profertur quasi holem. vt Leuitici. 16. יֵעָמֵד חַ idest statuatur vivus. Esdre. 10 יֻחְרַם כָּל רְכוּשׁוֹ idest destructur omnis substãtia eius. & hec vox passiua non habet modum imperatiuum.

De infinitiuo.

INfinitiuus he additam in principio recipit scriptam cũ camez qui profertur quasi holem: & littera substantialis media venit cum cere hoc mō. הָפְקֵד vel הָפְקֹד Visitari. Infinitiuus tamen qui frequentior est in sacra scriptura: est qui venit cum he scripta cum camez quod profertur quasi holẽ. vt Ezechielis. 16. וְהַמְלֵחַת לֹא הִמְּלַחַת וְהָתְּחַל לֹא חֻתַּלְתְּ idest & salire nō es salita. & inuolui non es inuoluta. ꝑ quo nos habemus nec sale salita nec inuoluta pannis. & aliquando infinitiuus venit cum he addita in fine. vt Ezechielis. 32. רְדָה וְהָשְׁכְּבָה אֶת עָרֵלִים idest descende & dormire cum incircuncisis. Participiū huius vocis est huiusmodi.

מוּפְקָד	qui visitatur	מוּפְקָדָה vel מוּפְקֶדֶת	que visitatur
מוּפְקָדִים	qui visitantur.	מוּפְקָדוֹת	que visitantur.

Aliquando participium venit cum he preteriti post mem. vt Ezechiel. 46. לְאַרְבָּעְתָּם מְהֻקְצָעוֹת hoc est. ad quattuor illa agulata. pro quo nos habemus mensure vnius quattuor. & quãdo littera substantialis media est aliqua harum quattuor אהחע littera mem plerumqͫ venit cum camez. & littera substãtialis prima scribitur cum hateph camez. vt Ezechiel. 29. בְּתוֹךְ עָרִים מֻחֳרָבוֹת hoc est inter vrbes destructas.

De quarta coniugatione.

QVarta coniugatio que vt in parte superiori diximus vocatur qnadrata: quattuor habet litteras ī tertia persona singulari preteriti: & habet duas syllabas: quarū prima scribitur cum vau & holem & secunda cum patha. hoc modo. רוֹמַם idest exaltauit. & hec coniugatio plerumqͫ est verborum que dicuntur imperfecta. & in prima coniugatione sunt vnius syllabe. vt קוּם רוֹם hoc est leuauit surrexit. Et in secunda syllaba quarte coniugationis frequenter habet cere hoc modo קוֹמֵם. idest eleuauit: vbi omnes quattuor littere sunt substantiales: quia etiam vau est de substantialibus. Hec quoqͫ coniugatio est verborum in quibus littera substantialis secunda geminatur. vt מָרַר idest mensus est. & tunc verbum quadratum scribitur cum patha siue cere in secunda syllaba. & illic non sunt nisi tres littere substãtiales verbi quia vau est ociosa. Et raro hec coniugatio reperitur in verbis in quibus littera non duplicatur aut non sunt monosyllaba. Et si quãdo aliter reperitur tres tantum sunt littere illius substantiales. & secunda syllaba scribitur cum patha siue cere. & in discursu coniugationis horū verborum secunda syllaba scribitur subiecto patha excepto in tertia persona singulari femínini: & in tertia persona plurali. in qbus scribitur cum seba. Indicatiuo modo vocis actiue.

פֹּקֵד	Visitauit. m.	פֹּקְדָה	visitauit. f.
פֹּקַדְתָּ	Visitasti. m.	פֹּקַדְתְּ	Visitasti. f.
פֹּקַדְתִּי	Visitaui. m. & f.		Plurali.

© Biblioteca Nacional de España

פָּקְדוּ visitauerunt.m.&f. פְּקַדְתֶּם visitastis.m. פְּקַדְתֶּן visitastis.f. פְּקַדְנוּ visitauimus.m.&f. In fine vero clausule seba littere substantialis tertie vertitur in camez & accẽtu in eadẽ vt Ieremie.capᵒ.12. נָטַעְתָּם גַּם שֹׁרָשׁוּ idest plantasti eos.& radices miserunt. Presens circumloquimur per participiũ quod habet mem additam in principio subiecto seba: hoc modo. מְפָקֵד qui visitat מְפָקֶדֶת vel que visitat. מְפָקְדִים qui visitant. מְפָקְדוֹת que visitant. Inuenitur quoq; nonnunquam participium generis masculini singularis addita iod in fine.vt Psalmo.99. מְלַשְׁנִי בַּסֵּתֶר idest qui accusat in secreto.pro quo debuit dici. מְלוֹשֵׁן Futuri quatuor littere que adduntur: recipiunt seba :preter aleph prime persone singularis:que venit cum patha hoc modo. אֶפְקֹד vel אֶפְקְדָה visitabo.m.&f. תִּפְקֹד visitabis.m. תִּפְקְדִי visitabis.f. יִפְקֹד visitabit.m. תִּפְקֹד visitabit.f.

Plurali.

נִפְקֹד vel נִפְקְדָה visitabimus.m.&f. תִּפְקְדוּ visitabitis.m. תִּפְקֹדְנָה visitabitis.f. יִפְקְדוּ visitabunt.m. תִּפְקֹדְנָה visitabunt.f. Et aliquando tertia littera generis feminini pluralis venit cum cere hoc modo. תִּפְקֹדְנָה Et quando est in fine clausule:seba secunde littere substantialis vertitur in cere accentu in eadem.hoc modo אֶפְקְדָה תִּפְקְדִי תִּפְקְדוּ יִפְקְדוּ.Imperatiui secunda persona masculini singularis & pluralis est similis vocibus tertie persone preteriti: que dignoscuntur ex contextu partium orationis.hoc modo פְּקֹד vel פִּקְדָה visita.m. פִּקְדִי visita.f. פִּקְדוּ visitate.m. פִּקְדְנָה visitate.f. Infinitiuus est similis imperatiuo generis masculini singularis.hoc modo. פְּקֹד idest visitare. & ad supplendum gerundia recipit prepositiones harum quattuor litterarum ב כ ל מ vt dictum est in infinitiuo prime coniugationis.

De voce passiua.

VOx passiua huius coniugationis appellatur verbum graue:quia est quinque litterarum. Ad tres namq; substantiales in principio adduntur due:hoc est he cum hiric & tau cum seba: vt pertineat ad litteram precedentem .& littera substantialis media habet dagues hoc modo הִתְפַּקֵּד.quo etiam nomine vocatur.& significat passionem siue actionem que communiter non transit in aliam personam : sed fit illius passionis vel actionis reciprocatio in personam agentem.& eadem est persona agens & patiens.vt הִתְחַזֵּק idest confortatus est:vel confortauit se. הִתְפַּקֵּד idest visitauit seipsum : siue visitatus est a seipso.Nonnunquam reperiuntur huius coniugationis verba transitiua :qualia sunt verba prime coniugationis. vt הִתְפַּלֵּל idest orauit הִתְבּוֹנֵן idest intellexit siue intellectus est quod etiam potest esse absolutum . vt הִתְהַלֵּךְ idest ambulauit Aliquando tau superaddita deficit:que suppletur per dagues in littera substantiali prima.vt Iosue.22. הִטָּהֲרוּ לֹא אֲשֶׁר idest a quo non mundauimus nos vel nõ sumus mundati:& alia ad hunc modum. Aliquando littera substantialis media scribitur cum cere quando non est in fine clausule.Et aliquando scribitur per cegol.vt Geñ.15. הִתְהַלֵּךְ נֹחַ idest ambulauit noe.Quandoq; ex littera substantiali media deficit dagues . Et est notandum quod in hac coniugatione semper tau ponitur ante litteras substantiales:preter quam cum littera substantialis prima est vna ex his quattuor זסצש: quia tunc littera illa ponitur ante tau.vt Mich.capᵒ.6. וְיִשְׁתַּמֵּר חֻקּוֹת עָמְרִי idest seruabantur precepta ambri.quia ex huius coniugationis ratione debuit dici. וַיִּתְשַׁמֵּר.& cum venit cum aliqua ex illis quattuor litteris:aliquando tau vertitur in teth.vt geneſis.44. מָה נְּצְטַדַּק idest in quo iustificabimus nos vel iustificabimur.quod verbum venit a. צַדִּיק cuius coniugatio explicatur hoc modo. הִתְפַּקֵּד visitauit se.m. הִתְפָּקְדָה visitauit se.f. הִתְפַּקַּדְתָּ visitasti te m. הִתְפָּקַדְתְּ visitasti te.f. הִתְפַּקַּדְתִּי visitaui me.m.&f.

Plurali.

הִתְפָּקַדְתֶּם visitastis vos.m. הִתְפַּקַּדְתֶּן visitastis vos.f. הִתְפַּקַּדְנוּ visitauimus nos.m.&f. In fine vero clausule seba littere substantialis medie vertitur in camez:& accentu in eadem.sic הִתְפָּקְדוּ Presens circũloquimur per participium presentis:addita mem in principio subscripto hiric & excluditur he preteriti ad hunc modum. מִתְפַּקֵּד qui se visitat מִתְפָּקֶדֶת vel מִתְפַּקֶּדֶת que se visitat. מִתְפַּקְּדִים qui se visitant. מִתְפַּקְּדוֹת que se visitant. Futurum amittit he preteriti:quod fit ne proferantur tres littere addite simul.quod esset in prolatione perquam graue:& littere addite futuri scribuntur subiecto hiric preter aleph prime persone que venit cum cegol:& littera substantialis media scribitur cum cere.hoc modo. אֶתְפַּקֵּד vel אֶתְפָּקְדָה visitabo me.m.&f. תִּתְפַּקֵּד visitabis te.m. תִּתְפַּקְּדִי visitabis te.f. יִתְפַּקֵּד visitabit se.m. תִּתְפַּקֵּד visitabit se.f.

Plurali.

נִתְפַּקֵּד vel נִתְפָּקְדָה visitabimus nos.m.&f. תִּתְפַּקְּדוּ visitabitis vos.m. תִּתְפָּקֵדְנָה visitabitis vos.f. יִתְפַּקְּדוּ visitabũt se.m. תִּתְפָּקֵדְנָה visitabunt se.f. Aliquando littera substantialis media scribitur cum patha.vt prouer.25: אַל תִּתְהַדַּר לִפְנֵי מֶלֶךְ idest non glorieris coram rege.Et cum venit in fine clausule seba littere substantialis medie vertitur in camez: et accentu in eadem.vt Exo.19. הַנִּגָּשִׁים אֶל יְהוָה יִתְקַדָּשׁוּ idest qui accedunt ad dominum sanctificentur. Imperatiuus accipit he additam in principio subiecto hiric.hoc modo.

הִתְפַּקֵּד visita te.m. הִתְפַּקְּדִי visita te.f. הִתְפַּקְּדוּ visitate vos.m. הִתְפָּקֵדְנָה visitate vos.f. Infinitiuus hoc modo profertur. הִתְפַּקֵּד vel הִתְפָּקֵד Visitare se. Passiue vocis aliud ptícipiũ est מְפֹקָּד visitatus. מְפֹקָּדָה vel מְפֹקֶדֶת visitata. מְפֹקָּדִים visitati מְפֹקָּדוֹת visitate.

Quattuor itaq; coniugationes regulares atq; perfecte ad hunc modum explicate sunt.

SEd antea quam ad verba irregularia descendamus: nõ est omittendum id quod hebrei dicunt: esse videlicet quedam verba ex duabus coniugationibus composita vt psalmo.7. יִרְדֹּף אוֹיֵב נַפְשִׁי idest persequatur inimicus animam meam.quod verbum est futuri tertie persone singularis Hoc igitur verbum componitur ex futuro prime coniugationis vocis actiue hoc est.יִרְדֹּף:& ex futuro secunde coniugationis eiusdem vocis hoc est יְרַדֶּף: quoniam hiric qui subiicitur iod & holem qui imponitur daleth:sunt coniugationis prime: & patha qui subiicitur littere res & dagues qui subiicitur daleth sunt secunde coniugationis. Ad eundem quoq; modum reperiuntur verba composita in voce passiua.vt numeri.1. לֹא הָתְפָּקְדוּ בְתוֹכָם idest nõ sunt numerati inter illos: quod verbum componitur ex voce passiua tertie coniugationis que est הָתְפָּקַד: & ex voce passiua quarte coniugationis:que est הָתְפֻקַּד quia camez qui subiicitur he:est vocis passiue tertie coniugationis.& tau est eiusdem vocis quarte coniugationis.Sunt etiã alia verba que componuntur ex duobus temporibus. vt Ezechielis.8. וְהֵמָּה מְשְׁתַּחֲוִיתֶם idest illi humiabant se siue adorabant:componitur namq; ex preterito & presenti vocis passiue quarte coniugationis.quia mem prima est participii presentis.& tau secunda est preteriti.

De verbis irregularibus siue defectiuis.

POstea quam explicata est ratio verborum regularium consequens est vt de irregularibus & defectiuis differatur:idq; secundum ordinem coniugationum. Estq; in primis animaduertendum quod verba hebraica communiter habent ternas litteras substantiales illius verbi:que sunt immutabiles in omnibus vocibus.modis.tpibus.numeris.gñib⁹ & personis que inde deriuantur. Et tres ille littere vocantur

© Biblioteca Nacional de España

שׁרשׁ ideſt radix: quoniam ſunt radix & fundamentum omnium coniugationum que ex illis deriuantur: atq; ex eis formantur partes illarum. Eſto exempli gratia פָּעַל ideſt fecit que eſt tertia perſona preteriti indicatiui modi prime coniugationis: & tres littere hoc eſt pe. aáin lámed ſunt ſubſtantiales omnium verborum ab illo deſcendentiuum. & prima littera huius verbi dicitur. pe verbi. ſecunda aáin verbi. tertia lámed verbi. & verbum quod in omnibus modis & temporibus retinet has tres litteras ſubſtantiales dicitur verbum perfectum. quod aũt amittit aliquã ex illis dicitur imperfectum ſiue defectiuum. Et ſunt quedam verba imperfecta quantum ad vocem tãtum: quoniam licet habeant omnes tres litteras ſubſtantiales: non proferuntur ex illis niſi due tantum priores: & finales plerumq; ſunt áleph ſiue he ocioſe. vt קָרָא ideſt vocauit. עָלָה. ideſt aſcendit. Sunt etiam verba in quibus non proferuntur littere ſubſtãtiales medie que ſunt plerũq; vau ſiue iod. vt בִּין hoc eſt intelle xit. שׁוּב ideſt reuerſus eſt. que verba dicuntur לָמֶ֫ים ideſt ocioſa quia habent litteras ocioſas. Sunt quoq; verba imperfecta: quibus in proceſſu coniugationis deficiunt alique littere ſubſtantiales: quod contingit modis quattuor. Primo quando prima littera deficit. Secundo quando deficit ſecunda . Tertio quando deficit vltima. Quarto cum deficit prima & vltima. que verba dicuntur חֲסֵרִים ideſt defectiua. Sunt preterea verba que appellantur duplicia: quibus in diſcurſu coniugationis deficiunt due littere. de quibus omnibus infra dicetur: & primo de illis quibus prima littera deficit ex iis que ſubſtantiales ſunt. Que verba plerumq; ſunt incipientia ab aliqua harum litterarum לני vt לָקַח ideſt accepit. נָגַשׁ. ideſt acceſſit. יָדַע . ideſt cognouit. Et ex verbis defectiuis incipientibus a lámed tantum reperitur לָקַח ſupradictum. Et defectus horum verborum plerumq; eſt in imperatiuo & in futuro indicatiui: quia in preterito & p̃ſenti communiter retinent tres litteras ſubſtãtiales. & formantur ex proportione aliorum verborum perfectorum que ſupra dicta ſunt. & quia huiuſmodi verba defectiua plerumq; incipiunt a littera nun: de his primũ agendum eſt. Ponimuſq; exempli cauſa hoc verbum נָגַשׁ ideſt acceſſit. cuius preteritum & p̃ſens poſſunt formari ex proportione preteriti & preſentis prime coniugationis verborum perfectorum. Sed in futuro deficit nun ſubſtantialis prima: que ſuppletur per dages littere ſubſtantialis medie cui ſubiicitur camez. ſic. אֶגַּשׁ vel אֶנָּגְשָׁה accedã m. & f. תִּגַּשׁ Accedes. m. תִּגְּשִׁי accedes. f. יִגַּשׁ accedet. m. תִּגַּשׁ accedet. f. Plurali.

נִגַּשׁ vel נִגְּשָׁה accedemus. m. & f. תִּגְּשׁוּ accedetis. m. תִּגַּשְׁנָה accedetis. f. יִגְּשׁוּ accedent. m. תִּגַּשְׁנָה accedent. f. Et quando ē in fine clauſule: ſeba littere ſubſtantialis medie vertitur in camez: accentu in eadem. vt Geñ. 45. גְּשׁוּ נָא אֵלַי וַיִּגָּשׁוּ. ideſt accedite ad me & acceſſerunt. & dages littere ſubſtantialis medie venit etiam in nomine quod a verbo deriuatur. vt מָבּוּעַ ideſt manauit. vnde deriuatur nomen . מַבּוּעַ. hoc eſt fons vnde aliquid manat. in quo nun littera ſubſtantialis prima deficit: q̃ ſuppletur per dagues vt dictum eſt. Et quando littera ſubſtantialis media eſt aliqua ex his quattuor אהחע non excluditur nũ littera ſubſtantialis prima: quia non recipit dagues: preter quã in hoc verbo. נָחַת ideſt deſcendit. quia in futuro amittit nun: & venit in hunc modum אֶחַת תֵּחַת In quibuſdam etiam verbis incipientibus a nun: littera ſubſtantialis media ſcribitur per holem. vt נָגַף ideſt percuſſit. נָפַל ideſt cecidit: quorum futura exeunt in hunc modum. אֶנּוֹף ideſt percutiam . i. cadam. atq; ſic alia complura. Imperatiuus horum verborum explicatur ad hunc modum. גַּשׁ vel גֹּשׁ accede. m. גְּשִׁי accede. f. גְּשׁוּ accedite. m. גְּשֶׁנָה accedite. f. Secunda p̃ſona imperatiui maſculini ſingularis: loco cere ſcribitur aliqñ per cegol & aliquando recipit he in fine. vt גְּשָׁה accede . m. ali as ſcribitur cum holem hoc modo. גֹּשָׁה ideſt accede. m. f. Et aliquando venit cum nun ſubſtantiali prima: hoc modo. נְגֹשׁ . Infinitiuus explicatur ſic. גֶּשֶׁת נְגֹשׁ. ideſt accedere. Subiunctiuus & gerundia ſupplentur per prepoſitiones harũ quattuor litterarum. בכלמ vt ſupra in verbis perfectis. & quando littera ſubſtantialis vltima eſt aliqua ex his: אהחע littera ſubſtantialis media ſcribitur per patha atq; etiam vltima. vt eccleſiaſtes. 3. עֵת לַטַּעַת ideſt tempus plantandi.

De voce paſſiua

In preterito vocis paſſiue littera ſubſtantialis prima deficit. a qua licet verbum incipiat: non eſt ſubſtantialis: ſed ponitur ad deſignandum vocem paſſiuam prime coniugationis. & littera ſubſtantialis prima ſupletur per dagues littere ſubſtãtialis medie. & explicatur hoc modo. Indicatiuo modo tempore preterito. נָגַשׁ oblatus fuit נִגְּשָׁה oblata fuit נִגַּשְׁתָּ oblatus fuiſti נִגַּשְׁתְּ oblata fuiſti נִגַּשְׁתִּי oblatus vel oblata fui.

Plurali.

נִגְּשׁוּ oblati vel oblate fuerũt נִגַּשְׁתֶּם oblati fuiſtis נִגַּשְׁתֶּן oblate fuiſtis נִגַּשְׁנוּ oblati vel oblate fuimus. Preſens.

נִגָּשׁ qui oblatus eſt נִגָּשָׁה vel נִגָּשֶׁת que oblata eſt נְגָשִׁים qui oblati ſunt נְגָשׁוֹת que oblate ſunt. Et quando littera ſubſtantialis vltima eſt aliqua harum quattuor אהחע littera: ſubſtantialis media & vltima participii generis feminini ſingularis ſcribũtur per patha. vt Ezechiel. 34. וְאֶת הַנִּבְרַחַת לֹא הֲשִׁבֹתֶם. i. quod abiectum eſt non reduxiſtis. In futuro nun vocis paſſiue excluditur. & nun remanens eſt littera ſubſtantialis. & dagues littere ſubſtantialis medie venit ad ſupplementum nun vocis paſſiue. hoc modo. אֶנָּגֵשׁ vel אֶנָּגְשָׁה oblatus vel oblata ero תִּנָּגֵשׁ oblatus eris. תִּנָּגְשִׁי oblata eris. יִנָּגֵשׁ oblatus erit תִּנָּגֵשׁ oblata erit. Plurali.

נִנָּגֵשׁ vel נִנָּגְשָׁה oblati vel oblate erimus. תִּנָּגְשׁוּ oblati eritis תִּנָּגַשְׁנָה oblate eritis. יִנָּגְשׁוּ oblati erunt. תִּנָּגַשְׁנָה oblate erunt. Imperatiuus modus explicatur ſic. הִנָּגֵשׁ oblatus eſto הִנָּגְשִׁי oblata eſto הִנָּגְשׁוּ oblati eſtote. הִנָּגַשְׁנָה oblate eſtote. Infinitiuus eſt ſimilis imperatiui modi ſecunde perſone generis maſculini ſingularis numeri ad hunc modum . הִנָּגֵשׁ Applicari. Subiunctiuus modus & gerundia ſupplẽtur per prepoſitiones illarum quattuor litterarum de quibus in aliis coniugationibus dictũ ẽ: cum agebatur de illarum infinitiuis. Et quia verbũ hoc נָגַשׁ eſt neutrum: ideo in hac coniugatione caret participiis vocis paſſiue: quia ſupplentur per tempus preſens. Cum vero ſin ſcribitur cum ciboleth mutat ſignificationem in id quod eſt angere vel conſtringere: & tunc non eſt neutrum: & habet participia vocis paſſiue ad modum actiuorum. vt נָגוּשׁ qui cõſtrictus ẽ נְגוּשָׂה que cõſtricta נְגוּשִׁים qui conſtricti נְגוּשׁוֹת que conſtricte ſũt. Et notandum quod in hac coniugatione & in cõiugationibus verborum imperfectorum que ſequuntur: ſeruatur ordo & forma verborum perfectorum de quibus dictũ eſt. quia ſemper incipiunt a tertia perſona generis maſculini ſingularis preteriti indicatiui modi: & habent eaſdem terminationes: quas habent verba perfecta. Secunda coniugatio non inuenitur in hoc verbo נָגַשׁ.

De tertia coniugatione.

Tertia coniugatio huius verbi נָגַשׁ eſt ī qua deficit nun littera ſubſtantialis prima: & ſuppletur per dagues littere ſubſtantialis medie. & explicatur ad hunc modum הִגִּישׁ fecit accedere. m. הִגִּישָׁה fecit accedere. f. הִגַּשְׁתָּ feciſti accedere. m. הִגַּשְׁתְּ feciſti accedere. f. הִגַּשְׁתִּי feci accedere. m. & f.

Plurali.

הִגִּישׁוּ fecerunt accedere. m. & f. הִגַּשְׁתֶּם feciſtis accedere. m. הִגַּשְׁתֶּן feciſtis accedere. f. הִגַּשְׁנוּ fecimus accedere. m. & f.

In cuius preterito ſi non fuiſſet excluſa nun littera ſubſtantialis prima debuit dici הִנְגִּישׁ הִנְגִּישָׁה. deficit preterea nun prima

© Biblioteca Nacional de España

in tota hac coniugatione tam in voce actiua quam passiua. Presens circumloquimur hoc modo. מַגִּישׁ qui facit accedere. מַגִּישָׁה vel מַגֶּשֶׁת que facit accedere מַגִּישִׁים qui faciunt accedere מַגִּישׁוֹת que faciunt accedere. In futuro venit littera substantialis media subiecto hinc sequenti iod ociosa ad hunc modum. אַגִּישׁ vel אַגִּישָׁה faciã accedere. תַּגִּישׁ facies accedere.m. תַּגִּישִׁי facies accedere.f. יַגִּישׁ faciet accedeꝛ.m. תַּגִּישׁ faciet accedere.f.

Plurali.

נַגִּישׁ vel נַגִּישָׁה faciemus accedere.m.&f. תַּגִּישׁוּ facietis accedere.f. יַגִּישׁוּ facient accedere.m. תַּגֶּשְׁנָה facient accedere.f. Et in omnibus personis supradictis: littere substantiali medie potest subiici cere & sequens iod excludi. sic אַגֵּשׁ תַּגֵּשׁ Imperatiuus explicatur ad hunc modum. הַגֵּשׁ fac accedere.m. הַגִּישִׁי fac accedere.f. הַגֵּשׁוּ facite accedere.m. הַגֵּשְׁנָה facite accedere.f. Et aliquando imperatiuus secunde persone numeri singularis generis masculini accipit hinc in littera substantiali media vt Gen. 27. הַגִּישָׁה לִי וְאֹכְלָה ideſt accede ad me & comedam. Infinitiuus explicatur hoc modo. הַגֵּשׁ. ſ. הַגִּישׁ facere accedere.

De voce passiua.

In voce passiua huius coniugationis deficit nun littera substãtialis prima: & est similis verbis perfectis vocis passiue tertie cõiugationis: que est הָפְקַד. hoc modo. Indicatiuo modo tempore preterito הֻגַּשׁ oblatus fuit הֻגְּשָׁה oblata fuit. הֻגַּשְׁתָּ oblatꝰ fuisti הֻגַּשְׁתְּ oblata fuisti הֻגַּשְׁתִּי oblatus vel oblata fui. Et alie persone ad eundem modum. Presens explicatur isto modo. מֻגָּשׁ qui oblatus est מֻגָּשָׁה que oblata est מֻגָּשִׁים qui oblati sunt מֻגָּשׁוֹת que oblate sunt. Futurum explicatur hoc modo. אֻגַּשׁ oblatus ero.m.&f. תֻּגַּשׁ oblatus eris תֻּגְּשִׁי oblata eris יֻגַּשׁ oblatus erit תֻּגַּשׁ oblata erit. Imperatiuus deficit. & infiniti uus huius coniugationis explicatur sic. הֻגַּשׁ Applicari. Participia vocis passiue sunt. מֻגָּשׁ oblatus מֻגָּשָׁה vel מֻגֶּשֶׁת oblata מֻגָּשִׁים oblati מֻגָּשׁוֹת oblate.

Quarte coniugationis vox actiua non reperitur in hoc verbo nisi tantum passiua: que potest formari ad proportionem vocis passiue verborum perfectorum quarte coniugationis. Sunt etiam quedam verba incipientia a littera nun & desinentia in aleph sicut נָשָׂא ideſt portauit: que possunt declinari ad proportionem superius dicti verbi נָגַשׁ. preterquam quod aleph non profertur. sic. נָשָׂא נָשָׂאת נָשָׂאתִי. i. portauit. portauisti portaui: & pari modo in aliis modis. temporibus. numeris. personis & generibus. Et quemadmodum in predicto verbo excluditur nun in processu coniugationis: ita & in hoc verbo. לָקַח ideſt accepit excluditur lamed: quod solum vt diximus reperitur defectiuum in verbis incipientibus a littera lamed. & in preterito & in presenti habet omnes suas litteras quasi verbum perfectum: ad cuius proportionem declinatur in preterito & in presenti prime coniugationis. & aliquando in preterito reperitur sine lamed: & coph venit cũ camez. vt Ezechielis. 17 קָח עַל מַיִם רַבִּים ideſt accepit sup aquas multas. pro quo nos habemus. vt firmaret radicem sup aquas multas. In futuro ämittit hoc verbum lamed litteram substantialem primam: que suppletur per dagues impositum littere coph. & potest formari ad proportionem futuri prime cõiugationis huius verbi נָגַשׁ in hunc modum אֶקַּח vel אֶקְחָה ac cipiam.m.&.f. תִּקַּח accipies.m. תִּקְחִי accipies.f. יִקַּח accipiet.m. תִּקַּח accipiet.f. Et quando littera substantialis media scribitur cum seba tunc venit sine dagues. hoc modo תִּקְחוּ וְקָחוּ. i. accipietis. accipient. quod fit vt prolatio sit facilior in hoc verbo quod in sacris litteris frequentatur. Imperatiuus duobꝰ modis reperitur. primo quando habet lamed litteram substantialem primam. hoc modo. לְקַח accipe.m. לְקְחִי accipe.f. לְקְחוּ accipite.m. לְקַחְנָה accipite.f. Secundo modo quando scribitur sine lamed in hunc modum. קַח accipe.m. קְחִי accipe.f. קְחוּ accipite.m. קַחְנָה accipite.f. Secunda persona masculini singularis imperatiui scribitur per patha. & hanc differẽtiam hebrei ponunt inter imperatiuum & preteritum sine lamed de quo superius dictum est. Inuenitur quoq; hic modus cũ camez quando venit in fine clausule. vt. 1. Reg. 21. אִם אוֹתָהּ תִּקָּח לְךָ ideſt si istum vis tollere tolle. Infinitiuus explicatur ad hunc modum. לָקֹחַת. ſ. לָקוֹחַ Accipere. De voce passiua. Vocis passiue preteritum aliquando venit sine lamed substantiali prima. sic נִקַּח נִקְחָתָ ideſt fuit. ſ. fuisti acceptus: & nonnun quam cum lamed substantiali. vt Ezechiel. 33. הוּא בַּעֲוֹנוֹ נִלְקָח ideſt propter peccatum suum captus est. & 1. Regum. 4. וַאֲרוֹן הָאֱלֹהִים נִלְקָחָה ideſt arca dei capta est. Presens. & futurum. & imperatiuus modus huius verbi possunt formari ꝑ vocem passiuam prime coniugationis. Et hoc verbum לָקַח non reperitur in voce actiua secunde neq; tertie neq; quarte coniugationis: sed reperitur in vocibus passiuis. vt Esaie. 52. כִּי לֻקַּח עַמִּי ideſt quia captus est populus meus. quod verbum est temporis preteriti vocis passiue secunde coniugationis. & Gen. 18. יֻקַּח נָא מְעַט מַיִם ideſt accipiatur nunc paululum aque: quod verbũ est futuri tertie coniugationis. & Exo. 19. וְאֵשׁ מִתְלַקַּחַת ideſt ignis & grando pariter ferebantur. quod est participium generis feminini singularis vocis passiue quarte coniugationis. & quia heth est littera gutturalis: littera substantialis media & vltima scribuntur per patha. Et dicunt hebrei quod propterea quod hoc verbum לָקַח inuenitur in voce passiua: potest etiam ex eo per proportionem fingi actiua: quod etiam in aliis verbis potest fieri.

De verbis a iod incipientibus.

Verba a littera iod incipientia: plerumq; amittunt illã. aut iod vertitur in vau tam in voce actiua quam passiua: ponimusq; exempli causa hoc verbum יָדַע ideſt scivit vel cognouit: quod verbũ in preterito indicatiui actiue vocis prime coniugationis & in presenti: retinet tres litteras substantiales & formatur ex proportione aliorum verborum perfectorum in eisdem temporibꝰ. Sed in futuro huiusmodi & in imperatiuo plerumq; deficit iod littera substantialis prima: littere vero que adduntur: veniunt cum cere hoc modo. אֵדַע vel אֶדְעָה sciam.m.&.f. תֵּדַע scies.m. תֵּדְעִי scies.f. יֵדַע sciet.m. תֵּדַע sciet.f.

Plurali.

